

Q. HORATII FLACCI
SERMONVM, SEV
SATYRARVM, SEV. ECLOGA-
RVM LIBRI DVO: EPI-
STOLARVM LIBRI
TOTIDEM.

A Dionysio Lambino Monstroliensi ex fide & autoritate complu-
rium librorum manuscriptorum emendati, & commentariis co-
piosissimis explicati:

*Ab eodemque antè paulo quam è viuis excederet, recogniti, ac mendis omnibus
& vitiis purgati: ac dilucidius quam prima & secunda editionibus, com-
mentariis iterum auctis, illustrati.*

PARS ALTERA.



L V T E T I A,

Apud Ioannem Macæum, in monte D. Hilarij, sub scuto Britanniae.

clo ci lxxix.

Q. HORATII FLACCI
SERMONVM, SEV
SATYRARVM, SEV. ECLOGA-
RVM LIBRI DVO: EPI-
STOLARVM LIBRI
TOTIDEM.

A Dionysio Lambino Monstroliensi ex fide & autoritate complu-
rium librorum manuscriptorum emendati, & commentariis co-
piosissimis explicati:

*Ab eodemque antè paulo quam è viuis excederet, recogniti, ac mendis omnibus
& vitiis purgati: ac dilucidius quam prima & secunda editionibus, com-
mentariis iterum auctis, illustrati.*

PARS ALTERA.



L V T E T I X;

Apud Ioannem Macæum, in monte D. Hilarij, sub scuto Britanniæ.

clo io lxxix.

Dionysii Lambinus Monstroliensis Francisco
 TURNONIO SAPIENTISS. ET CLA-
 riſſ. viro, Cardinalium Ecclesiae
 Romanæ primario,
 S. D.



V M fortunati mihi videtur iij fuisse, Franciscus Turnoni, qui con-
 fecto sine offensione, sua vita cursu, ad extremam ætatem peruen-
 runt, & amque tranquille, placide, traduxerunt: tunc longè beatissi-
 mos illos fuisse iudico, qui toto fere ætatis spatio magnis in re-
 bus domi, forisq; gerendis decurso, non modò lenè, & quietè, ver-
 rum etiam honoratè, & gloriosam adepti sunt senectutē. In qui-
 bus te, si quem aliū, his temporibus, & meritò possimus numera-
 re, & principem locū iure videmus obtinere. Nam, vt ceteros ho-
 nores, qui tibi & in tua senectute, & in superiori ætate habiti sunt,
 omittā, atq; ad ea, quæ his temporibus propiora, & coniunctiora
 sunt, veniā, quis fuit nūper tuus in Galliam ex Italia reditus? Quæ
 Auteliani (quæ in vrbe trium totius regni ordinū cōuentus habe-
 batur) à principibus, & nobilibus facta tibi gratulatio est? qui plau-
 sus? quæ ex tuo aduentu perceperat latitudo significatio? quo te vultu Rex Franciscus iij, paucis ante-
 quam diem suum obiret, diebus: quo Catharina Medicæ, mater eius, exceptit? qui cōplexus? quæ lacrymæ partim gaudio, partim eorū, que in Gallia, te absente, acciderant, recordatione profusa fue-
 rant? Lætabatur omnes scilicet, cum difficultibus, & turbulentis reip. temporibus salutem, & incolu-
 mem longo interuallo patriæ esse redditum, qui nō vinculis, non terrore, nō pœna, nō cruciatu, sed
 ratione, consilio, prudentia, sapientia civileis discordias fedare, belli in restiū incendiū restinguere,
 dissensionibus de religione modum, finēmque constituerat posset. Meminerant, te cum semper alias
 pacis suasorem, auctorēmque fuisse, neque vñquam, nisi necessariō tua sententia bellum comprobaf-
 festum anno cīo. Ia lvi. & Ervico Rēgi, datis ad eum Roma litteris, inducias cum Philippo Hispani-
 arium Rege factas gratulatum esse, & Pontifici Max. Paullo iij. coram diffusasse, ne bellum pa-
 triis inter Erricū, & Philippum inducis repressum, ac sōpū excitaret, aut redintegret. Memo-
 ria tenebant, te eundem, cūm Pontificem Max. in belli studiū incumbere videres, instigante præser-
 tim fratri eius filio Cardinali Carraffa, cui Deus immortalis dignum flagitiosa vita, scelerat. q. fa-
 c̄tis exiū dedit, Regi per litteras suaſſis, vt in sententia maneret, pactāq; & sibi honestissima, &
 populo suo vtilissima sanctissimè, religiosissimè obſerueret: sua quidē omnia Pontifici Max. bellum
 Colonis inferre meditanti, pro sua dignitate, ac maiestate pollicetur, laborantiq;. fedulū subueni-
 ret: eum tamen precibus omnibus obſeraret, ne bellū renouādo, spem pacis pæne exploratam tur-
 baret, arque ē manibus quodammodo extorqueret. Quid si ille de belli gerendi sententia, neq; dif-
 ficultate deterri, neque precibus demoueri posset, ita rex illum pecunia, vñrisque iuuaret, vt neque
 eum desertum esse pateretur, neque induciārū pactum infirmaret. Hęc tua fuit de bello illo Roma-
 nis calamitoso, nobis propè funesto sententia: hoc consiliū: hoc iudiciū. In quo si tibi obtemperatū
 esset: & si vel Pontifex Max. de summo iure aliquid remitteret, Colonas (à quibus se læsum esse que-
 rebatur) eniore pœna coērcere in animum induxisset: vel Erricus Pontificis Max. iusto illi quidem
 forfate, sed tamen immoderato dolori paulo restriktiū indulſſeret: non tot oppida Latium flāma,
 ferrōque vastari vidisseret: non tot menes Roma obſidionem miserrimā pertulissent: non tot fortissimi
 vii partim in oppidorū oppugnationibus: partim in præliis, partim fame, frigore, morbo inter-
 issent: non tot in Gallia clades effent accepta: non tot agri depolitū: non tot vrbes capta: nō tot
 templū dirēpta: non tot populi ē suis sedibus, & focus auitis exturbati. Itaque, qui consiliū tuum, re-
 bus integris, non fuerat ſecuti, iij sero iam, & malo demūnū accepto, te plus vidisse, ſe ſpe fallaci du-
 étos effe cognoverūt. Tu autem, cūm paſſim bellicum cateneretur, paſſim dilectū habitu milites con-
 ſcriberentur, neque iam (vt inquit ille) audiret currus habenas, tempeſtatem furū multo anīe pro-
 ſpiciens, voluntate, & concessu ipsius Pōtificis Max. cuius apud te grauiſſima ſemper, & sanctissima
 fuit auctoritas, quanvis multa eius iuſtituta, atq; non admodum tibi (vt credibile eſt) probarentur,
 ex vrbe difceſſisti: trienium, & eo amplius Roma auſiſti, menses circiter quindecim in Umbria:
 sex Venetiis: in oppido Corneliano annū commoratus es. Inde lōgo itinere valetudinis cauſa ſu-
 ceptio, ad aquas Lucenfeis de medicorū ſententia profectus es. Vbi cūm de Pontif. Max. obitu mul-
 torum litteris certior factus es, tiblq; inſtarent non ſolū tui, verū etiam alieni, & tamen tui a-
 mantissimi, vt Romam ad comitia pontificia mari cōtenderes, (nam te terra iter facere aduerſa tua
 valetu-

valetudo prohibeat) vix tandem peruerterūt. Ita Romam nauigasti non ſpe pontificatus adipiſcen-
 di ductus: quem ſperauisti numquam, ac ne oportauisti quidem: led ecclesiæ Ro. laboratis iuuādæ stu-
 dio incensus. In comitiū Cardinalium ad quintum idos Septembr. exp̄eſatus introiſi. Vbi cūm
 ſtudiis patrum rem eō loci adduclam effe animaduertifles, vt comitia in multos mēſes traſtū iri fa-
 cilē appeteret: qua tua fuit & priuatim cum tuis, & palam in Cardinalium cōuentu oratio: cūm ec-
 clesiæ Ro. ſtatū deplorates, cūm vniuersum pontificum, & ſacerdotū ordinem infamia, inuidiāq;
 flagrare oſtenderes, cūm tuos collegas hortareris, vt ſublatis discordiis, cōcordiāq; cōſtitura, vnum
 aliquam ex toto collegio deligeat virtute, cōſilio, prudētia, ſanctimonia, integritatē, vita antē actū
 existimatione p̄ſtantem, qui tantam personam, tantāmq; dignitatem ſuſtinet, qui eccliam Ro.
 propemodum opprefſam, atq; affliſtam excitare, qui religionem Christianam tetris opinionum pe-
 ſtibus affectam, ex litterarum ſacratum p̄ſcripto ſanaē poſſet! Quid illud ne omnibus notissimū
 silentio p̄terire debeo, quod, cūm etiā ij, qui adueſariū ſtudiis etant implicati, atque
 irretit, te ſuffragio ſuo Pontificem Max. cuptent declarare, iij ipſi, qui ſe omnia tua cauſa & velle, &
 debere dicebant, atque adeo p̄ ſe ferebant, tibi defuerunt: tibi aduerſati ſunt: tibi, ne, ad quem lo-
 cum te tua p̄ſtantissimæ virtutes, maximāque, & plurima in eccliam Ro. merita ſecūda omniū
 voluntate prouehebant, in eum locū cunctis Cardinaliū ſuffragiis ſublatiſ ſcenderes, obſtiterūt?
 Quod cūm comperiffes, rātum abeft, vt corū animi egeſtatem (grauiore enim verbo vti non libet)
 iniquiore animo ruleris, vt multo accuratiū, quām anteā, tuos collegas ad cōcordiā cohorteſ ſis,
 orauerisq; vt de te iam cogitare desinerent, alium viderent, ad aliū tanto gradu digniorem ſeſe to-
 totos vno conuerteret. Itaq; cūm in eo comitio non pauci illi quidem effent pro illius ordi-
 ni ſplendore, atq; amplitudine: eo loco dignissimi, ſed non omnibus propter ſtudium ſtudiū aq; pro-
 probat, te ſuſatore, atq; adeo auctore vir eximia virtute, doctrina, morum integritatē, vita religionē,
 ornatissimus Pius iij. omnibus omniū Cardinalium ſuffragiis Pōtifer Max. declaratus eſt. Cui
 quid ego nunc dicā quām carus ſis? quanti te ille, & Romę p̄ſentem fecerit: & nunc absentem fa-
 ciat, neq; id immerit. Non enim audierat ſolū, id quod omniū ſermone celebratū, omniūq;
 testimonio comprobatum, & confirmatum eſt: te ſingulare sapientia, animi magnitudine, grauitate,
 conſtitūta, iuſtitia, integritatē p̄ſtitum eſt, ſed quotidie in priuatis, publicis, de religionē, de ecclia-
 ſe Romanæ ſtatu negoſiis experiebatur tuā & in confilio dando fidem, & in ſententia dicēda pru-
 dentiam, sapientiamq; ſingularem. Neq; verò ille vñquam adduci potuiffet, vt te ſe dimitteret,
 niſi trubibus, iſſq; crebris ē Gallia allatis ad ſe de religionē litteris, ac nuntiis commotus, cūm cupe-
 ret florētissimo, potentissimōq; regno, pro ſuo paterno in omneis Christianos amore, consulere, te
 vnum ad eas parteis aptissimū eſſe iudicaffet, cūm p̄ſertim Rex ipſe Franciscus iij. & mater, con-
 ſiliarisq; Regis te quodidianis litteris ſe flagitarēt, eāmq; ob cauſam triremes quattuor in portum
 Ostienſem partim ventis proueckē, partim temis appulſe effent: quarum erant duæ regia ē portu
 Maſſiliensi profeccē: reliquarum duarū altera à Coſmo Florētia Regulo, altera à ciuitate Genuēſi
 rogatu regis erat miſa. Ita te Pōtifer Max. Pius iij. à ſe diſcedere, atque in Galliam reuerti paſ-
 ſus eſt, vt hominē ſibi cariſſimū, non libenter: vt ad ſedandas discordias, ecclias, Ro. auctorita-
 tem ſartam teatam conſeruādāt accommodatissimum, non inuitus. Redeo igitur nūc ad id, quod
 initio proposueraſt, te verē fortunatum, ac beatū eſſe, Frāſice Turnoni, quem ea cōditione, cōque
 fato natuſe effe videamus, vt omneis vitæ tuæ parteis ad rem pub. iuuādā, atq; ad bene de homini-
 bus merendū contuliffe videaris. Ille enim demum verus eſt honos, qui virtutē ſpectata, & cognita
 tribuitur: verē ille honoratus eſt, qui omni opera, confilio, labore, ſtudio ſuo, cōmunibus hominū
 vilitatibus ſeruit. Laboriosum vita genus, factor. ſed magnus incēt in tali labore fructus, magnum
 p̄ſuum, magna merces: quām, per deos immortaleis, noli contemnere. Non enim ſi ſat magna glo-
 riā vita ſuperiore peperifi, cāque coentus eſt, iſſe circo te conuenit patriæ in eius dubiis, atque ad-
 uerſis temporibus deeffe, labori tuo parcer, orio consulere. Quāquam cui haec dico ſepe ei viro,
 qui p̄clarū ſibi ducat, de hominū genere bēne merendo, patriæq; consulendo, non modò gra-
 uiſſimos labores ſuſcipere, ac perferre, verū etiam vitam, ſi opus ſit, profundere. Sed de his nimis
 multa, tibi p̄ſertim, homini occupato, & forfate grauiſſimis de rep. curiis, & cogitationibus fati-
 gato. Interea per opportunū, niſi fallor, Q. Horatij Flacci à nobis, vt ſciſ, magno labore noſtro, mul-
 tisq; vigiliis explicati, & commentariis illuſtrati, arque ex auctoritate decem codicūm antiquorum
 quām plurimis locis emendati, Satyrarum lib. duos, totidēmque epiftolarum ad te defero, vt, quo ſcri-
 pto plurimū ſemper in otio tuo (ſi quando vñquam otiosus fuſiſt) delectatus eſt, cuius lectione
 maiorum rerum cura defeffus aliquantūm acquiescas, arque ita hac honeſtissima animi remiſſione
 recentior quodammodo factus ad munus tuum administrandum reuertare. Vale. Lugduni,
 Idib. Aprilibus anno cīo. Ia. lxi.

Aa. ii

HORATII SERMONVM, SEV
Satyrarum, seu Eclogarum initia: ac versuum
numerus.

LIBRI PRIMI.

- 1 Qui fit Mæcenas, versibus
- 2 Ambubaïarum collegia, vers.
- 3 Omnibus hoc vitium est, vers.
- 4 Eupolis atque Cratinus, vers.
- 5 Egressum magna, me, vers.
- 6 Non quia Mæcenas, vers.
- 7 Proscripti regis Rupili, vers.
- 8 Olim truncus eram, vers.
- 9 Ibam fortè via, vers.
- 10 Nempe incomposito, vers.

LIBRI SECUNDI.

- | | | |
|-----|---------------------------------|-----|
| 121 | 1 Sunt quibus in satyra, vers. | 86 |
| 134 | 2 Quæ virtus, & quanta, vers. | 136 |
| 142 | 3 Sicardò scribis, vt. vers. | 326 |
| 143 | 4 Vnde, & quò Catius? vers. | 95 |
| 104 | 5 Hoc quoque Tirefia, vers. | 110 |
| 131 | 6 Hoc erat in votis, vers. | 117 |
| 35 | 7 Iamdudum ausculto, vers. | 118 |
| 50 | 8 Ut Nasidieni iunxit te, vers. | 95 |
| 78 | | |
| 92 | | |

SATYRARVM LIBER I.

ARGVMEN TVM SATYRÆ I.

Inuehitur primum in prauam hominum consuetudinem, qua fit ut nunquam sua sorte sint contenti, nec in suo vitæ instituto sibi placeant, sed alienum suo anteferant, & sua conditionis semper eos pœnitent. Deinde avaritiæ, capta ex hoc sermone occasione, infestatur.



*V' fit, Mæcenas, ut nemo, quam sibi fortē
Seu ratio dederit, seu Fors obiecerit, illa
Contentus viuat: laudet* diuersa sequenteis?
O fortunati mercatores, grauis annis
Miles ait, multo iam fractus membra labore.
Contrà mercator, nauim iactantibus Austris,
Militia est potior. *quid enim? concurritur: horæ
Momento aut cita mors venit, aut victoria lata.
Agricola laudat iuris, legumque peritus,
Sub galli cantum consulter ubi ostia pulsat.*

**Ille, datis vadibus qui rure extractus in urbem est,
Solos feliceis viuenteis clamat in vrbe.
Aliunt, cum sibi sint congregata cibaria: sicut
*Cetera de genere hoc (adeò sunt multa) ^A Paruula (nam exemplo est) magni formi-
loquacem
Delaſſare valēt Fabiū, ne te morer: audi
Quò rē deducā, si quis deus, en ego, dicat,
Iam faciam, quod vultis: eris tu, qui modō
miles, (vos)
Mercator: tu cōſultus modō, rusticus. hinc
Vos hinc mutatis diſcedite paribus. eia,
Quid statis? nolint, at qui licet eſſe beatis.
Quid cauſa eſt, merito quin illis Jupiter
ambas
Iratus buccas inflat: neque ſefore poſthac
Tam facilem dicat, votis ut prebeat aurē?
Pratereā, *ne ſic, vt, qui iocularia, ridens
Percurram (quamquam ridentem dicere
verum (blandi
Quid vetat? ut pueris olim dant* crustula
Doctores, elemēta velit: ut diſcere prima.)
Sed tamen amoto queramus ſeria ludo:
Ille, grauem duro terrā qui verit̄ aratro:
Perfidus hic caupo, miles, nauteq; p omne
Audaces mare q currūt, hac mete labore
Seſe ferre, ſenes ut in otia tuta recedant,*

^B Nil obſtet tibi, dum ne ſit te diſior alter.
Quid iuuat immenſum te argenti pōdus,
ēt auri
Furtim defoſſa timidum deponere terra?
*Quodſi comminuas, vilem redigatur ad
affem. (Etus aceruus?)
At, ni id fit, quid habet pulchri conſtru-
Millia frumenti tua triuerit area centū:
Non tuus* hoc capiet venter plus, quam
meus: ut ſi
Reticulum panis venaleis inter onusto
Fortè ueras humero: nihilo plus accipias,
quam (tra

Qui nil portarit. vel dic, quid referat in Naturae fineis viuenti, iugera centum, an Mille aret. at suave est ex magno tollere aceruo.
 Dum ex parvo nobis tantumdem haurire relinquas. fris?
Cur tua plus laudes cumeris granaria no-
*Vt, tibi si sit opus * liquidi non amplius*
vRNA, (malleum,
Vel cyatho: & dicas magno de flumine
Quam ex hoc fonticulo tantumdem sume-
re. eò fit,
** Plenior ut si quis delectet copia iusto:*
Cum ripa simul auullos ferat Aufidus
acer. (que limo
At, qui tantulo eget, quanto est opus, is ne-
Turbat am haurit aquam, neq; vitam a-
mittit in vndis. (ne falso,
*At bona pars hominum decepta * Cupidi-*
Nil satis est, inquit: quia tanti, quantum
habeas, sis. (ter:
Quid facias illi? iubeas miserum esse liben-
Quatinus id facit: ut quidam memoratur
Athenis
Sordidus, ac diues, populi contēnere voces
Sic solitus: populus me sibilat, at mihi
plaudo (in arca.
Ipsē domi: simul ac nummos contemplor
Tantalus à labris sitiens fugientia captat
Flumina. quid rides? mutato nomine,
de te
Fabula narratur. congestis vndiq; saccis
In dormis inhians: & tanq; parcere sacris
Cogeris, aut pictis tanq; gaudere tabellis.
*Nescis * quo valeat nummus: quem pre-*
beat vsum?
Panis ematur, solus, vini sextarius: adde,
Quae humana sibi doleat natura negatis.
An vigilare metu examinē: nocteisque,
dieque
Formidare malos fures, incendia, seruos,
*Ne te cōpilent fugientes: hoc iuuat: * horū*

recens

A Seper ego optarim pauperrim⁹ esse bonoru⁹
At si condoluit tentatum frigore corpus:
Aut alius casus lecto te⁹ afflxit: habes, q
Ab̄sideat, someta paret, medicu⁹ roget, ut te
Susciter: ac reddat natis, carisq; prop̄ quis
Non uxor salu⁹ te vult, nō filius: omnes
Vicini oderunt, noti, pueri, atque puella.
Miraris, cùm tu argēto post omnia ponas:
Si nemo pr̄stet, quē nō merearis, amore?
** At si cognatos, nullo natura labore*
Quos tibi dat, retinere velis, seruare que
amicos:

B Infelix operam perdas: ut si quis a sellum
In campo doceat parentem currere frenis.
Deniq; sit finis querēdi: cūmq; habeas pl⁹,
Pauperie metuas minus: & finire laborem
*Incipias, * parto quod auebas: nec facias,*
quod (diues,
Vmidius quidam (non longa est fabula)
Vt metiretur nummos: ita sordidus, ut se
Non vñq; seruo melius vestiret: ad vñq;
Supremum tempus ne se panuria vicius
*Opprimeret, metuebat. at hunc * libertia*
securi
*Dimisit mediū, * fortissima Tyndaridarū.*
*Quid mi igitur suades? ut viuam * Me-*
nus? aut sic,
Vt Nomentanus? pergis pugnantia secū
Frōtibus aduersis cōponere? nō ego, auarū
Cūm veto te fieri, vappam iubeo, aut ne-
bulonem, (Vifelli.
Est inter Tanaim quiddam, sacerūmque
Est modus in rebus: sunt certi deniq; fines
Quos ultra, citrāq; nequit cōsistere rectū.
*Illuc, unde abij, redeo: * nemor⁹ ut auarus*
Se probet: ac potius laudet diuersa sequen-
teis?
Quodq; aliena capella gerat distictius uber
Tabescat: neque se maiori pauperiorum
Turba comparet? hunc, atque hunc supe-
rare labore?
Sic festinanti semper locupletior obstat:

Vt, cùm carceribus missos rapit vngula A
crrus,
Instat equis auriga suos vincentibus illū
** Prateritū temnēs extremos inter euntē.*
Inde fit, ut raro, qui se vixisse beatum
Dicat, & exacto contentus tempore vita
Cedat, ut cōiuia satur, reperiire queam⁹.
Iam satis est: ne me Crippini scrinia Lippi
Cōpilasse putes, verbū nō amplius adda.

Conset inter omnes doctos, satyrarū libros duos, totidē inq; epistolārū & ab Horatio scriptos esse, & ad nostram aetatem peruenisse. Sed vtrī priore loco debeat collocari, id verò quaeri solet, neque inter eos cōuenit. Alij enim epistles satyris anteponi volunt: alij cōtrā: neque hac cōtroversia veterū mebranarū auctoritate decidi, aut componi potest: quippe quā ita inter se ipse diffideat ordine, & dispositione librorum, vt in nonnullis, epistolārū libri odis pr̄ponantur: satyrae aurē postremo loco posita sint: in aliis satyrae primo loco, epistola secūdo, oda tertio sint collocata: vt facile appareat vel veteres illos de horū librorum ordine non admodum laborasse, vel librarios ordinē à veteribus seruatū perturbasse. Ego primū hoc testificor, me cū quoquā hac de re, ut quā mihi partii admodum momenti videantur, decertare nolle: deinde difficile esse puto certi aliquid de hac cōtroversia statuere ac pr̄monitare. postrem si quis hoc dicet, me ramen in indicasse satyras epistles esse pr̄ponendas, quia hoc ordine eas disposerim: licet mihi respōdere me nullo cōsilio, nullāque ratione id fecisse: sed cūm initio, quo tempore hos cōmentarios ad umbrare cōcipi, hunc ordinē cōsecutus essem, quōd in meo exēplo libri ita effētū collocati: me eundem ordinem cum typis excedendos dedi, seruuisse. Verum tamē si quis facti mei rationē flagitabit, neque mihi crēder, me temere, aut casu hos libros ita dispossuisse: is me hac ratione motum esse sibi persuadear per me licet. Horatus primus omnium Latinorū versūs lyricos exemplo Græcorū scripsit, eōque lyricorum poētarū princeps, ne dicam solus, inter Latinos habetur: quod ipse de se nō vno loco pr̄dicat: vt Od. 2. lib. 4. *Totum vñneris hoc tui usq; Quād monſtror digito p̄tere unū Romanā fidicen lyra.* & Od. vltima lib., magnificē gloriatur se primū omnium, carmē Alcium, nempe Alcaicum & Sapphicū ad cantus Italos deduxisse. Dicar, quia violens obrepit Aufidus. Et, quā pauper aqua Daunus agrestium Regnauit populorum, ex humili potens Princeps Alcium carmen ad Italos Deduxisse modos. satyram etiam scriptor, seu potius poēta fuit, non primus ille quidē (sicut enim Lucilius satyrae in-

Aa iiiij

tantum, cōueniebat eas aut hoc modo & inscribere, & appellare, sermonum libri duo : deinde sermonum liber primus, liber secundus : deinde sermo primus, sermo secundus, sermo tertius, &c. aut hoc modo, satyrarū lib. duo. satyrarum liber prim. lib. secund. deinde satyrā prima, &c. Quod si modus ille superior erat absurdus, atque ineptus futurus: relinquitur, vt hunc posteriorē probare debamus. Præterea quis negabit, omnes epistolas quotidiano sermone textas esse, vt diximus? Nam nō, si aliae sunt aliis ornatores, propterē minūs putadē sunt verbis de medio peritis esse prescripta. Præterea dici potest, quod & veteres quidam grāmatici tradiderūt, hoc differre sermonem ab epistola, quod sermo ad presentem, seu presenteis habetur: epistola ad absentem, seu absenteis mittitur. Nā hoc quidē præterē dum est, singulos sermones, in omnibus ferē libris manuscr. ita esse inscriptos, ecloga prima, ecloga secunda, ecloga tercia, & item deinceps de ceteris, non satyrā prima, &c. eclogas autem appellat Græci disputationes, aut sermones, aut locos quosdām breueis, insignis, eximios atque elec̄tos. Itaque non solum satyras, verū etiā odas eclogas esse appellatas ab Ausonio videmus. Postremò hoc præter cetera inter satyras, & epistles interest arbitrio, quod illæ sunt dicaciores, urbaniores, licentiores: interdum etiam impudentiores, amariores, mordaciōres: haec cōtrā quamvis urbanitatem, & sale non cœatur, minus tamen dicaces, sceleriores, modestiores, verēcūdiores, dulciores, mitiores. De satyta autem hoc vnu dicā, quod scribit Quintilianus, eam Latinorum esse totam, neque à Græcis excēsita. Satyras enim Græci non scriperūt. Negari certè hoc non potest, Lucillium Satyrarū inuentorem, atque auctorem (nam de Varrone nihil attinet dicere) veteris comedia poëtas Eupolin, Cratinum, Aristophanem, & ceteros secutū, se ad satyras scribendas contulisse: quod testatur Horat. ipse saty. 4. lib. 1. Itaque verē hoc dicere licet, satyram veteris comedie, qua ob immo- deratam maledicēdi licentiam lege sublata est, locum occupasse.

QVI FIT MÆCEN. VT NEMO Q. s. s.] Quæritur hic à doctis, quamobrem Horatius, tam varie, & inconstanter pugnet ipse secum, qui in oda prima videatur ostendere, suo quenque studio delectari, in eoq; ad extremū cōstantissimē permanere, spredo alieno: hic cōtrā perspicue significet, nomine sua forte contentum esse. Soluit hunc nodum quidam hoc modo, vt dicat, hic verba fieri de hominibus laborantibus, & in negotio & periculo versantibus, in oda illa autē de iis, qui otiosam & tranquillam vitam agūt, quibusque omnia ex animi sententiā procedunt. Quæ solutio mihi nullo modo probari potest. Nam perspicue in Oda 1. ait, mercatorē, cum ille quidē tempestate aduersa cōflictit, laudare otium vitæ rusticæ, & com-

Cilnius:

Cilnius: quod docuit nuper Onufri⁹ Panuinus. A sed fors] ita sine dubio legendum, & ita scriptum est, tūm in exemplis excusis emendatis, rum in codicibus calamo exaratis, non fors. Præterea quid ineprius, quā ita loqui, siue ratio fortē dederit, siue fors obtulerit, &c. nūc autē cūm fors idem ferē sit, quod fortuna: fors autē præter vulgarē significationē, sit id, quod vel à Deo, siue à fortuna offertur: vel à ratione, & cōfilio datur, verbi gratia nobilitas, ignobilitas, vita priuata, vita publica: horū verborū sententia est apertissima: mirū esē nemine sua sorte esse contentum, siue eam fortē ratio dederit, siue Deus aliquis, aut fortuna obicerit. Propterē autem, q; parū admodum interest inter harū litterarū & f;figuras: librariorū negligētia in optimorum scriptorum libros mēdā tutpia irreplērunt, & fors, pro fors ab illis aliquot locis positū est: vt apud Catull. in carm. de nupt. Pelei, ut leta gaudiente Agnoscam, cum te reducem fors præferra sit, leg. fors prospera, & apud Virgil. in Mōrtide, quoniam fors omnia versat, legendum fors, & apud M. Tull. epist. ad Attic. li. 2. legendum quod fors obtulerit, id alterius videtur: non fors, vt habent libri typis excusi: & oratione in Verr. de signis, legēdūm, tēlūm, quod cuique fors effebat, amplexerit, non fors, & offic. i. in versibus illis Ennianis, mendola est vulgata lectio, rōne velit, an meregnare hera, quidve ferat fors, est enim legendum, quidve ferat Fors, & apud Sallust. in procēm. belli Iugurtini, mēdōc ita legitur Fal-jo queritur de natura sua genus humanum, quod im- beatilla, atque aui breuis forte potius, quam virtute re- gatur. est enim legendum forte, & ita reperi scri- pnum in codice perantiquo. & apud T. Linium lib. 3. 6. sic emendandus locus: ne paulum quidem dubitarunt, quin pro fide erga Romanos, quicquid fors bellū tulisset, patuerentur. denique vt sic emenden- tur hi loci, postulat Latini sermonis vñs, idque è paucis exemplis intelligere licet. Tergentius in Phorm. Quod fors ferat, feremus aquo animo. Idem Hecyra, Quia tam incommode illius fors obtulerat aduentum meum. Lucret. lib. 5. Quod cuique obtule- rai preda fortuna, ferebat. vbi fortuna pro nomine fors perspicue possum est. Idem lib. 3. cōsumque timent, quem cuique ferat fors. M. Tull. epist. ad Att. libr. 4. sed de illa ambulatione fors videtur, aut si quis est, qui caret, Deus. & lib. 14. sed hac fors videtur ea, qua talibus in rebus plus, quam ratio, potest. & lib. 8. eundem, ut, quemcumque fors tulierit, cōsum sub- eam parū cum iis, qui dicuntur esse boni, quam videar à bonis diffentire. Horat. sat. 6. huius lib. Nulla eten- nim mihi fors obtulit, idem sup. Od. 9. lib. 1. Quem fors dierum cumque dabat, lucro Appone. Idem Sat. 1. lib. 2. Dives, inops: Roma, seu fors ita iussit, exful: Quisquis erit vita, scribam, color. Virgil. Æneid. 7. Quae fors prima dedit, sanguis nouis imbuit arma. Sal- lustius bello Iugurt. cetera, ut fors tulit, aliās alta sunt, aliās in tēpēitate uadofa. T. Liuius libr. 25. quos fors obtulit, irati interfecerunt.

B D I V E R S A . S E Q U E N T E I S] id est, eos omnes, qui dissimilia, & diuersa viuendi instituta sequuntur. Plutarchus in lib. ως εὐθύνας ο- stendit, multum valere ad animi tranquillitatē, seipsum & sua inspicere: sin minūs, at certē se inferiores spectare, & nō imitari vulgus hominū, qui se cū præstantioribus cōparant: verbi gratia, serui, qui vincit sunt, solutos, beatos esse predicant: illi autem liberos: liberi, ciueis: hi rūsus copiosos, & locupleteis: copiosi autē, satrapas: satrapæ, reges: deos, propemodū tonare, & fulgurare volētes, sic Plutarch. χει τοι, χει τη- πο μέτα τρέψεις εὐθύνας δε το μαλίται μὴν αδ- τὸν θεοπότεν, καὶ τὰ καρδιῶντα. εἰ δὲ μῆτες τῶν πατέρων πατέρων, καὶ μῆτες, καρδιά- περ οἱ πολλοὶ τρέψεις τὰς τρέψεις αυτηπε- ξάγουσιν, οἵνοι εἰδεῖς οἱ δεινοὶ πειναντείς της λεπυνιδίους Καίνοι δὲ τὸς ἐλευθέρους, οἱ δὲ ἐλευθέρους, τοι πολίται, οἱ τοι δὲ πάλιν αὖ της πλάγους, οἱ δὲ πλάγους τὰς σατράκας, οἱ δὲ σατράκων τὰς βασιλέων, οἱ δὲ βασιλέων τὰς θεούς, μονάχοις βροταῖς καὶ αὐτοῖς φεύγεις λεπτές. eodem pertinet illud Liuium lib. 5. credo fortunatum matrimonium ei fororis uisum, si que ipsam ma- lo arbitrio, quo à proximis quisque minime anteiri vult, paniuitisse.

F R A C T V S M E M B R A] hellenisimus, frat- etis membris dixisset, si Latino more loqui voluisse. Virgil. lib. 4. Ænei. Os, humerūsque deo simili. Horat. libr. 1. Oda. 1. nunc viridi membra sub ar- buito stratus.

G Q V I D E N I M ?] Jacobus Taurellus, Floten- tinus, Lælij Taurelli iuriſ consuli clariss. frater, homo in his litteris magnopere exercitatus, di- cebat mihi Romæ anno superiore, hoc loco le- gendum sibi videri quid nōn, quid enim? neque ramē viuiss codicis veteris auctoritatem profe- rebat: nec ego eam scripturā vlo in codice ma- nuscripto reperi. iccirco nihil mutau, sed rece- ptam, præsertim à 14. libris veteribus cōfirmata, retinui. cuius explicatioē si quis à me re- quirat, dicam solere Latinos hac interrogatione vti, cūm significare volūt se rectē sentire, vel ve- rum dicere, neque eum, quicum loquutur, contrā dicere quicquam posse, vt intelligere licet ex illo loco epist. L. Luceij ad Cic. lib. 5. epist. Quid enim? tu solus aperta non videbis, qui propter acumen oculūsīsma perficere sic Cic. epist. sequ. ad Luceij. Quid enim? ad amicōsne confugiam? Idem lib. 2. de Finibus. Quid enim? te ipsum dignissimum maioribus tuis voluptūne induxit, vt adolecentulus eriperet P. Sylla consulatum? ibid. Quid enim? fortēne possi- mus dicere eundem illum Torquatum? ibid. Quid enim? summus dolor plureis dies manere non potest? sic Horat. sat. 3. lib. 2. Cūm laqueo uxorem interimis, ma- trēneque veneno, incolumi capite es? quid enim? neque tu hoc facis Argis, &c. quamquam, ne mentiar, locus ille Sat. 3. mihi suppectus est, vt suo tépo- re dicimus. sic igitur hūc locū explicabo. Militia est potior (inquit mercator) quid enim? id est, quid est,

quod contrà dici possit, quam obrem ita nō sit? concurrit, &c. Quòd si quis maller legi, quid nō poterit sententia erit planior. hoc modo, quid nō poterit sit? nōs γάρ θ.

C O N C U R R I T V R] sic Virgil. de apibus libr. 4. Erumpunt portis; concurritur: ashere in alto. Sit sonitus.

A V T C I T A M O R S] sic reperi scriptū in col. duob. Vatic. Iann. Tornes. & verò scriptura hæc concinnior est, quām vulgata.

S V B G A L L I C A N T V M] ante galli cātum, vt alibi annot. sic M. Tullius pro Muræna. Seruum iurisconsultum alloquens, Te gallorum illum buccinarmum cantus exsuscitat.

C O N S U L T O R] qui consiluit iurisconsultum. M. Tull. eadem orat. Vigilas tu de nocte, vt consilitoribus tuis respondeas. epist. ad August. Roma dulce diu fuit, & sollemne reclusa Manè domo vigilare, &c.

O S T I A P V L S A T] Oda 4. libr. 1. pallida mors aqua pulsat pede pauperum tabernas, Regimque turreis.

I L L E D A T I S V A D.] agricola, qui cum vadimonio promisit se in iudicio statutum. Sunt autem vades, qui promisit suu periculo se aliquem in iudicio titulos, siue caput agatur, siue pecunia: sapienti ramen, & vestitiū vades dicuntur, qui intercedunt in causa capitii. vt M. Tull. offic. 3. Damnonem & Pythagorēos ferunt, hoc animo inter se fuisse, vt, cūm corum alteri Dionysius tyrannus diem necis definiuerit, & nō, qui morti adductus esset, paucos sibi dies commandandorum suorum causā posse uulserit, vix fuit us sit alter eius fiduci, vt, si ille non revererit, moriendum esset sibi ipse. Idem de finib. lib. 2. Vadem et ad mortem tyranno dabis pro amico, vt Pythagoreos ille fecit Sisculo tyranno?

C E T E R A D E G E N E R E H O C] Lucreianum hemisticchium. vt libr. 3. Et iam cetera de genere hoc, cur omnia membris Ex inuenire aeo ingenerantur, in que generantur? & lib. 4. Cetera de genere hoc monstrata, ac portenta loquuntur. & lib. 5. Cetera de genere hoc, que sunt portenta perenta, si non vixta forent, quid tandem viua nocerent?

(A D E S V N T M V L T A) hæc sunt includenda interpositionis nota.

L O Q V A C E M F A B I V M] quasi aliud a gens Fabium quendam notat, qui Pompeio deuicto, cuius partis fecutus erat, feso ad Stoicam disciplinā totum contulerat, libri 6. que aliquot, eius scholæ sententias, & decreta continenteis, conscriperat satis verbos.

D E L A S S A R E] valde laffare. vt defauire valde lauire, epist. 3. libr. 1. An tragic defauit & amputatur in arte? idem sat. 3. libr. 2. Vnus ubi effigit, matri denarrat.

C O N S U L T V S] iurisconsultus. vt epist. ad L. Flor. libr. 2. Frater erat Roma consuli rhetor.

N O L I N T.] sic habent omnes libri manuscripsi: & ita legēdum est, quid à me omissum fuerat in priore editione.

A T Q V I L I C E T] libri aliquot manuscr. ha-

bent atquin.

B U C C A S I N F L E T] id est, irascatur. nam buccas inflant, qui irascuntur: vt infra dicemus, quod Græci φυσην τὰς γνθεούς dicunt. Demost. τοὺς τὸν θεατὴν ἀγέτης πορεύεται βούλου καθεῖς ἀγέτης σφυρων, τοις βούλον Πυθόνει, τὰς γνθεούς φυσῶν, id est, & per forum ambulat velte ad talos demissa, pariter incedēs atque Pythocles, & buccas inflans.

V O T I S V T P R A E B. A V R E M ?] corum vota audiat, præbere idem fere valer, quod supeditare, παρέχειν ποιεῖται, vt annot. ad Od. 13. lib. 3. votis autem, id est, precibus.

V T Q V I O C V L A R I A] vt qui res ioculareis percurrit, & τὸν κονύν, vel subintell. loquitur, aut quippiam simile.

O L I M J aliquid, ποτε.

Q V A M Q V A M R I D E N T E M D I C E R E V E R V M, Q V I D V E T A T ?] Satyr. 10. lib. 1. ridiculum acri fortius, & melius magna plementum fecit res.

C R V S T V L A] pemmata quædam ex farina, lacte, caseo, oleo, melle, & similibus cōfecta. Sat. 4. lib. 2. Sunt, quorum ingenium noua tantum cruxula promitt. Obseruandum est, quod docet Servius ad illum Virgilij versum Georg. 3. Concrevunt subito currens in flumine cruxula, cruxula genere scamineo lapidis, aut ligni, aut aquæ conglaciata partem significare: cruxula genere neutro, partem panis, aut placentæ, aut cuiusvis rei ad vescendum apta, factæve. vbi profert ille hunc locum Horatij: & illum Iuuenalis, Nos colaphum inuenimus lambenti cruxula fernæ. sunt autem hoc modo alli-ciendi pueri, & auditores, vt discere atque audi-re velint. Non admodum dissimile est illud Lucretij lib. 4. Nam veluti, pueris abstinethia tanta mendentes. Cum dare conantur, prius oras pocula circum Contingunt mellis dulci, flanoque liquore, vt puerorum atas improviu[n]a ludificetur. Laborum tenus: interea perpetuam amarum. Abstinethia latice, deceptaque non capiatur, sed potius tali tactu recreata valeat: sic ego, &c. Sic Plato lib. 7. de Repub. non vult pueros ad disciplinas vi adiigi, sed ludentes inuitari, vt appareat, ad quod disciplina genus quisque sit aptus natura: atq[ue] in eisdem retineri, propterea quid nulla disciplina cum vi coniuncta stabilis in animo permaneat. verba Platonis sunt hæc: μὴ τοις βίεσιν ποτε, ὁ ἀριστε, τὸς πάθεας τοις μαθήμασιν, ἀλλα τοῖς ὄργασ τέφε, ταὶ μᾶλλον οἷος τε ηγετορεψ ερ' δὲ εἴσεστι πε-φυκε.

E L E M E N T A] epist. 1. libr. 1. Restat ut his ego ipse regam, solerque elementis.

S E D T A M E N A M O T O] quia longam interposuerat παρέθεται, mutata orationis insti-tutæ forma, vt sit in hyperbatis, reddit ad institutum, his vocibus dubiis usurpatis, sed tam: quibus solent vti Latinī cūm sententiam verbiis ab ea alienis interpositis, quasi interrupta, repe-te-re, ac renocare volunt. sic M. Tull. libr. accus. in

Verr. 3.

Verr. 3. Atque hoc ego plus oneris subeo, quām qui ceteros accusarunt (si onus est id appellandum, quod cum le-titia feras ac voluptate) Verum tamen hoc ego amplius suscepit, quām ceteri, &c.

S E R I A] feria dicta sunt quasi sine risu. No-nius.

I L L E G R A V E M D V R O, &c.] agriculta, πεδίφερος.

T E R R A M Q V I V E R T I T A R.] sic lo-quitur Virg. Georg. 1. quo fidere terram vertere Ma-cenæ, &c.

P E R F I D V S H I C C A V P O] capones, seu copones, malignos appellat Sar., huius lib. Differtum nautis, caponibus atque malignis.

M I L ē S Q V E] suprà, Miles ait multo iam fra-diis membra labore.

N A V T A Q V E P E R O M N B A V D. M. Q. C.] episto. 1. Impiger extremos currin mercator ad Indos, Per mare pauperiem fugiens, &c.

A V D A C E S] Oda 1. libr. 1. Illi robur & as triplex Circa petitus erat, &c.

C V R V N T] nauigant. vt Od. 28. libr. 1. licebit, Inictio ter puluere, curras, ex quo cursus pro nauigatione sumitur. vt Oda 6. libr. 1. Nec cursus du-plicis per mare Ηλύσεi, & Od. 34. eiusd. libr. nunc retrosum Vela dare, atque iterare cursus Coger relictos.

H A C M E N T E L A B O R E M S. F.] hi omnes aiunt seco eo animo, & consilio, interea dum integris sunt viribus, & dum viget ætas, laboré perferre, ac perpeti, vt seneos otiosam, & trāquillam vitam traducere queant, rebus omnibus ad vietū, cultūque necessariis collectis, & comparatis.

C O N G E S T A C I B A R I A] infra ead. Saty. congeftis vndique facis Indormis inhiens.

S I C V T P A R V V L A, &c.] iauint iij omnes, qui in re facienda occupati sunt, le formicæ ex-eplo, vt querant, & congerant opes, admoneri.

M A G N I F O R M I C A L A B O R I S] Theocritus εὐκομ. Πολεμ. ostendere volens, Ptolemei diuitias non afferuari ab eo domi conditas, ac sub terra defossas, fed ad liberalitatem, ac mu-nificentiam conferri, diffimilitudine vtiror formicarū, his verbis, Οὐ μάλιστας γέ μέμπετον πεντε, Μυρμηκον ἀπε πλάτος, αἱ τέλεστα μορφῶν, Αλλα πολὺ μὲν ἔχοντι θεον τεκνεῖσοι, &c. Virg. Aeneid. 4. Ac velut in-genitem formica ferris accursum Cūm populant hie-menes, teletōque reponunt, &c. [De formicis, sic & Phocylides, Μύρμηκες γάρνις μυχάτης περιπότες οἵσοις Ερχονται, Βιόποιο κεχειρόδοι, ὅπποτεν αργαρι. Απίτα κειρειδημα κερπτον, πλάνθεσιν ἀλασσον δὲ αὐτοι ἡ πυραιο νερβούσοις ἀργαρι ἔχοντι κριθην. αἱ δὲ φέρων φορέονται, πλάκαι Εις θέρεος ποτὲ ψέματα θρόλιον σφετερεύονται. Αρχοντος Φύλων δὲ ὅληστη πολύμελον.] Est autem hic invenusta antithesis, paruula, magni laboris, sic Virgil. Georgic. 4. Ingeit animos angustio in corpore versant.

Q V A S I M V I] simul atque, cūm primū:

nempe mensē Ianuar. brumam enim describit. A Sunt autem nunc Horatij verba.

C O N T R I S T A T] tralatio à re animata ad inanimā, λυπη, vtirur eo verbo Cælius ad Ci-cero. libr. 8. episo. Contristauit hæc sententia Bal-bum Cornelium. & Virgil. Georgic. 3, aut unde ni-gerrimus Aucter Nasctitur, & plauso contristat frigore calum. idem lib. 10. Aeneid. Ille sim, morbo que-ferens mortalibus agris Nasctitur: & laua contristat lumine calum.

A Q V A R I V S] Virgil. lib. 3. Georgic. cum frigi-dus solum iam cadit, extremonoque irrorat Aquarius anno. Aquarium autem sol ingreditur mense Ia-nuario.

P R O R E P I T] foras repit, nam pro in compo-sitione interdum foris, seu foras, & palam signi-ficat, vt in his procullo, produco, produco, pro-doceo, & similibus.

S A P I E N S] sic restituì ex codic. antiquis, Va-tic. Rainut. Tornes. Nicot. Russat. significat au-tem sapientis esse bonis partis vti. cōtrā insipi-tes, parcere, vt sacris. sic suprà Od. 11. sapias: vina liques, & Od. 7. eiusd. sic tu sapiens finire memento Tristitiam, vitaque labores, Mollis, Plance, mero.

S A M O V E A T L V C R O] sic curauimus excludendum, quod: ita scriptum reperimus in libris manuscript. Vatic. Iannoct. Torn. cūm in vulgatis legatur dimouat, planè mēdosē: vt apud M. Tull. quamplutimis locis, dimouat lucro autē dictum pro demoueat de lucro: vt propagnat nu-gi. cum his autem Horatianis valde mihi con-grue videtur illa Varronis Eumenidib, deni-que auarus Qui sanus? cui esto terrarum traditus orbis, Furando tamen, & morbo simulatus codem Ex se ip-se aliquid querat, cogatque peculi.

N E Q V E H I M S, I G N I S, M. F.] si c episto. 1. libr. 1. currus mercator ad Indos Per mare, pau-periem fugiens: per faxa, per ignes.

D V M N E S I T T E D.] nullum laborē re-cusas, nullum periculum reformidas, dummodo id assequaris, ne quis alter te ditor sit.

F V R T I M D E F O S S A] sic dixit defossa terra, vt Virg. Georg. 3. defossis fecubus, ipsi in defossis fe-cubus secura sub atra Ota agunt terra: alioqui vñ-tatius dicimus aurum, siue quid aliud, defodere in terram, aut sub terra. Lucret. libr. 5. nec sciat ferro molieris arva. Nec noua defodere in terram vir-gulta. Idem ibid. Et noua defodere in terram vir-gulta per agros. M. Tull. de diuinat. 3. refondit conie-ctor, thesaurum defossus esse sub lecto. Afinis Pollio ad Cicer. lib. epist. 10. deinde abstractum defodit in ludo, & viuum combugit. Horat episto. ad Numic. Defodiet, condéque nitentia. Virgil. libr. 10. Aeneid. iacent penitus defossa talenta Calati argenti. Plautus in Mostell. hoffes hic me necauit, si que me defodit in-sepulcum.

T I M I D V M] vel timentem vti, vt episto. ad Pisones. Querit, & inuenit miser abfines, ac timet vti: vel timentem à furibus & seruis fugitiuis ac furacibus, vt infra ead. Saty. An vigilare mena ex-e-

nimis, nō tuisque diēsque formidare malos fures, &c.

QUOD SI COMMIVAS] at si pondus istuc auri, & argenti minus, redigatur ad asem, dices. in quibusdam codicibus scriptū est Quod, sine accēto: quam scripturam non improbo, & ea fortasse melior est. Omnino in vetustis codicibus non sērō soler hac, qua sit per accentus, distinctione obseruari. Quare quod ad libros veteres attinet, vtrouis modo legere licet.

AT NI ID FIT] respōdet Horat. at si autrum tuum non minuitur, si nō insinuitur in res necessarias, quid est quod aceruus auri, quantrū us alē exstructus, tantopere sit admirandus?

QVID HABET PVLCHR] tale est illud Od. 2. lib. 2. Nullus argento color est anavis Abdito terris, &c.

NON TVVS HOC CAPIET.] sic scriputū reperi in antiquis codicibus Vaticanis, lan nocti, Torn. Nicor. Cleric. Russardinis, ceteris. sententia autē horum verborū est, etiam si centrum frumenti mediumnum millia in tua area trita fuerint, tuus venter ne pilo quidē plus accipiet, quā meus, hoc, accipendum dēcēto, verbi gratia pilo, & similib. quod quidam non intelligentes, reposuerunt hinc. alij hoc interpretantur propter hoc, sed minus recte.

RETICULVM PANIS] reticulum hoc loco sacculi genus est, retis in modum factum.

VENALEIS INTER] inter seruos venaleis, seu venalitios.

VEL DIC QVID REE. INT. N.] id est, vel dic, quid interfit, si eius personā spectes, qui vita sua modum, naturā finibus circūscibat, ac terminet, utrum centum agri iugera, an mille aret?

AT SVAVE EST EX M.] dices tu avare. tollere autem, id est, sumere: vt epist. 7. lib. 1. partem, vel tollere omnē.

CVMERIS] vasī fictilibus, aut vimineis, in quibus cōdebat frumentum. epist. 5. lib. 1. Forū per angustum tenuis vulpecula rimam. Rep̄ferat in cōmeram frumenti. *υλας* appellant Graci.

LIQUIDI VANAQUE VRNA. liquoris vrna. *υλας*, vt loquuntur Graci. quod annotat P. Viatorius, var. lect. lib. 23. cap. 20.

MALLEM] quinque libri manuscri. habent malin, alij, vt vulgati, mallem.

DE DIT, PLENIOR VT SIQVOS, &c.] id est, ob id: vel ex eo fit, vt si quis vberior aqua copia, quā par sit, delebet, & iccirco maiori ē flumine bibere, quā ex fonte, Aufidus rapidus sēpe eos vñā cū ripa abreptos auferat. allegoria est, per quam significat, sēpe evenire, vt, qui mediocribus facultatibus non contenti ampliores desiderant, in maximas calamitates incident, aut interitū sibi & pestem arcessant. Mēdose autem, meo iudicio, non nulli libri manuscr. habent delebet copia cornu: quam scripturam tamē vir doctissimus Adr. Turnebus obseruatione & cōmēdatione dignam iudicauit, mi-

hi quidē non æquē probatur vt altera, quam secutus sum: quāque reperitur in decem & amplius libris antiquissimis, & calamo exaratis. Quod sicut tamen illa probabitur magis, vt variā lunct hominum palata, ego eam longē aliter, quā ille, explicabo. Sic enim ille. *Copia cornu plenior*, est copia, que cornu abundantiore, & bonis opulentiore, refertior ēst. Ego autem sic: *Copia cornu plenior*, est copia, que plenior, & refertior est ipso copia cornu, ipso Amaltheę capra cornu, quod tamen erat bonis omnibus refertissimum. per eum igitur, quem copia cornu plenior delebet, intelligemus significari hominem inexplibilem atque insatiabilem, & qui non sit contetus copiis vſitatis, & aliquando auditus, & tamen ingentibus & ampliis, sed qui concupiscat opes amplitudinem ipsam & vberatem rerum omnium & copiam superanteis.

AV FIDVS ACE R] rapidus. Aufidus Apulia fluvius. sup. Od. 9. libr. 4. Longē sonantem natu ad. Aufidum.

QYANTO EST OPVS] quidam libri vēt. habent, quantum ēst opus.

IS NEQVE LIM O T V R B. H. A.] huius loci hēc sententia est, qui tātulum desiderat, quantū satis est, id est, quantum natuꝝ necellitas postulat, is hoc assequitur, quod neque turbidā haurit aquam: qualis est ea, quā ē riūlo arido petitur: neque fluij impetu abruptus interit: quod periculum impendet iis, qui ē fluuiō, aut torrente, quā ē fonte, aquam petere stientes malunt.

NE QVE VITAM AMITTIT] amittere vitam etiam Plautus dixit Asinar. Cur ergo minimus tibi te vitam ēst amissorum? & M. Tullius pro Rose. Aner. an insutis in culum per summum decus vitam amittere.

CUPIDINE FALSO] vitiosa cupiditate. vide Od. 16. libr. 2. ibi, aut Cupido Sardidus auferit, quem locum profert Seruius ad illum Virgilij libro 5. Aeneid. Centauro inuehitur magna. vbi ait genus plerūque confundi aut metiri, aut hiatus causa: quasi verō nō potuerit, si non in Oda illa 16. at certe in hac Sat. scribere Cupidine falſa.

QVIATANTI, QYANTVM H. S.] Plutarchus in lib. *φιλοπλάτωνες*, hanc vulgi in re faciēt omne studium, omnēmq; operam ponentis vocem commemorat, *χρήσιμης φέδης, καὶ τοσθέ νόμιζε σωτῆρά ἡγετος, οὐτος ἀντίχειος*, id est, fac quæstum, & parce, & tanti te futurum, quantum habeas, puta.

IVBEAS MISERVVM ESSE LIB.] ex quo animo ferre miseriam suam.

QUATENVIS ID FACIT] id est, vsque ad quem locum id facit, vsque cō sit miser libēter. Quidam legunt *quatinus*, id est, quoniam, quibus assentior, eadēmque erit sententia: nempe iubeas eum æquo animo ferre miseriam suam, quoniam per totam vitam studio lucri incumbat, neque vñquam bonis quæstis vtratur suatur.

tur. Lucret. lib. 3. *Quatinus est unū inter se, coniuncta res est*. & Od. 24. lib. 3. *quatinus (heu nefas) Virtutem incolunem odimus*. pōret & ita explicari, iube eum miserum esse, quatenus, seu quatinus id libenter facit: mutata distinctione, fed mālo illo modo.

VT QVIDAM MEMORATVR AT H.] Timonem *μισαθρωτον* significari putant, qui hominum generi bellum indixerat, omnesque omnis aetas, ordinis, & fortunę homines odiferuit, ex scitacate magnam derrimētum acceptit: quoniam Iupiter aspergit & grauen lapidem eius capiti imminere voluit: quem semper cupiēt longē a capite depellere, omni animi iucūditate priuatur. Euripid. in Oreste, *διχρυσος, κακονειδιζω τύχεις, Διός περίκος, ος λέγεσι, Τανταλος, Κορωνης* *τανταλοντα δαιμονιων περισσον, Αέρι πεταται, καὶ παι τετριών διξιλι.* id est, Beatus enim ille (neque ramen ei suam fortunā maledicti loco obincio) à loue natus, vt aiūt, Tantalus, capiti imminens saxū horres in aēre volat, & has persoluit poenas. Lucretius lib. 3. *Nec miser impendens magnum timet aēre saxum Tantalus (ut fama est) cassa formidine, torpens. sed magis in vita diuina metus uret inanis Mortalis, cūlumque timent, quem cuique ferat fors. Causam autem, cur supplicio affectus sit, hāc fuisse narrat Pindarus, quod, cū Deorum epulis, & cōuiuūs interesse iussus esset, in eorumq; cōtū, & cōcilio quorū versatur, magna illa, & infilita Deorū liberalitate, & benevolentia intemperāter vſus, nectar, ambrosiamque furatus sit, & aequalibꝫ, arque amicis suis impetraverit: & ita Homeri interp. Euripides verō aliam assert, nempe quod lingam habuerit incontinētem, turpissimum (inquit) morbi. alij, quod canem illum templi custodē à Pandareo Milesio furto sublatum, atque apud se depositū, vidisse se iuratus negari, periūroque sēcē cōmaculauerit. At Horat. de pēna sequitur Homerū, tūm hīc, tūm Od. vltima epod. *Opetat quietem Pelopis infidis pater Egens benigna Tantalus semper dapi. Quamquam nō defuerunt, qui verlus illos Homeri, quos suprā protuli, subditos, & adulterinos esse dixerint: in quibus est Aristarchus: Exstat politissimum in libris epigrammarum Græcorū epigrāma de Tantalo: quod de pēna cum Homero concinit, de culpa cum Euripide. Qūtος διηρημαντεροις (Λυτροις), οὐτος διηρημαντος. Νυν λιγάδος θυτης μιμετεται. η Φθονηρη διη Κερσις οὐτε χιλευς οὐτε παπειοτερη. Πινε, λέγει το πρεμια, καὶ Οργια μάνθανε στοιχη. Οι γλάστης παρητερης τάντα κολαζουετα. Quorum versus hac ferē sententia est: iste, qui antea fuit Deorum contubernalis & domesticus: iste, qui sēpe ventre nectare exploxit. Nunc, portū mortalem exoptat: sed potus inuidus semper labro eius humilior est: Bibe, inquit sculptura, & mysteria silentij perdisce. Nos, qui lingua præcipi-**

tes sumus, hac pœna afficimur. Huc pertinet ille Lucilij versus, *Tantalus, qui panas ob facta nefan-*
A *naluit.* Superioribus contentanea ferè de Tantalos scribit Athen. lib. 7. locum dūtaxat indicabo, φιλόνον δὲ οἱ πάντας καὶ τὸ ἀρχαῖον φασὶ
χειρῶν Τανταλον, &c. qui locus non longe ab
est à principio. ordo autem horum verborum
hic est: Tantalus sicut caprat flumina à labris
fugientia.

M V T A T O N O M. D E T E F A B . N A R R.]
quia detracto nomine hæc fabula in te, & in o-
mineis aquarum quadrat, & conuenit. Quædimo-
dum enim Tatalus bonis præsentibus vti non
potest, & in omnium reru copia, esurit, sitit, egit:
ita & tu omnibus rebus ad vietum, cultumque
necessariis abundans, nihil magis iis vteris,
quam si egerrissimus es. Sic teles lib. *Εἰσοδο-*
B *κρίσις πλάτωνος πεντας.* Tantali fabulâ ad in-
genitum auari accedit. his verbis, καὶ ὡς τὸ
Τανταλός εἰ, λίγην ἐγμέ, καὶ χρήστος δὲ καρ-
πον: αλλὰ ὅποτε θύειν οὐχ οὐδὲ τὸ
χειρῶν ἀλλαζειν: οὐδὲ λίγην ἐγένετο: τὸς
δὲ αὐτοῦ πνευματικοῦ ποτὶ νέφεσιν οὐδὲν
σύνιεν, οὐκέτε τετράπλευρον καὶ τονιόν
καὶ τὸν στόν, καὶ τὸν ὄπεραν πιθάρον οὐ ποτὶ^{νέφεσι}, αλλὰ δὲ πλὴν εἰς τὸν ἀρχεργόν, εἰ δὲ εἰς τὸ
χειρῶν: καὶ οὐδεμιανοτέρην οὐδὲν γενοταί,

C *Μ A L O S F V R E S]* malo, est epithetū perpe-
tuum, non discretionis. vt sat. 6. huius lib. *mala*
lustra. & sat. 3. lib. 2. *ambitione mala*.
N T E C O M P I L E N T] ne tua furentur.
compilare (inquit Fetus) est cogere in unum, & cō-
dere, ex quo furari M. Tull. lib. de Orat. 2. Cām
C. Fabrio P. Cornelius homo, ut exsistabatur, avarus
& furax, sed egregie fortis & bonus Imperator, gra-
tias ageret, quod se homo inimicus consulem fecisset,
bello praesertim magno, & graui: Nihil est, quod mihi
gratias agas (inquit) si malum compilari, quām venire.
Idem i.lib. accus. quasi vero id cupiditate defenden-
da nobilitatis, aut studio partium fecerit, ac non aperte-
simē *Corseleum*, exercitum, prouinciamque compilarit.

I N H I A N S] semper cupiens, etiam si tor re-
bus abundes. sat. 5. lib. 2. *corrum deluder hiantem*.

E T T A N Q V A M P A R C. S.] impellit te
im mensa cupiditas, atque avaritia, vt tot, at tā-
tis bonorum aceruis parcas tāquam sacrifici: aut,
vt iis ita delecteris, vt inani pictura. vñ. bono-
rum partorū semper cōmendat, & suader Horati-
us. verbi gratia, epist. 2. lib. 2. *Vtar, & ex modi-*
D *co, quantū res posset, acervo Tollit.* Sic Cornelius Gal-
lus. *Quid mibi diuinitas quaram si demerit vñum, Quāz-*
uis largus opum, semper egenus ero. Immo etiam pœna
est pars incumbere rebus. *Quas cum posseideas est vio-*
lare nefis. Non aliter sicut vicias Tantalus undas
Capras, & appositus abstinet ora obis. sic sat. 3. lib. 2.
Qui nummos, aurumque recondit nefas vñi. Composi-
tis metuensque viles contingere sacrum? & sat. 4. hu-
ius lib. *m quid summa desperat, metuens.*

A V T P I C T I S] quidam libri veteres habent
& picti: al. ac picti.

N E S C I S Q V ð V A L. N. Q. P. V S V M?] legendum cum interrogacione, & quo valeat, no
quid valeat. sic enim habent lib. manuscrip. Vat.

2. Faer. Torn. Nicot. Russard: quod autem, id est,
ad quam rem, vel ad quem vñum.

A D D E, Q V R I S H V M. S. D. Id est, adde ea,
quibus sibi negaris, humana natura sit dolitura:
vel ita, adde ea, quibus natura humana sine do-
lore, & interitus carere non possit: videlicet qua
sunt necessaria. Plato lib. octavo de rep. necessa-
rias quasdam cupiditates ponit, easq; ita definit:
ἀρχαὶ οἰστροὶ εἴησθαι πότεροι αἰσθάνειν.
Τούτοι
χρήσιμοι εἰσορέουσιν τὸν πότερον αἰσθάνειν,
id est, quas nulla ratione propulsare possimus:
& quæcumque, cum expletur, nobis prosum. Nā
has res vñrasque cōcupiscere, nostræ naturæ ne-
cessarium est. Atque Epicurus quidem ita pro-
pemodum, vt Plato, partiebat cupiditates, vt
scribit M. Tull. lib. 1. de finib. *Nam unum genus*
ponebat earum cupiditatum, qua essent & naturales,
& necessaria: alterum, que naturales essent, nec tamen
necessaria: tertium, que nec naturales, nec necessaria:
quarum ea ratio est, ut necessaria nec opera multa, nec
*impensa explentur, ne naturales quidem multa des-
iderant, propter quod ipsa natura diuinitas, quibus con-
tentia est, & parabileis, & terminatas habet. Inanum*
*autem cupiditatum nec modus vñus, nec finis inueni-
ri potest.*

M A L O S F V R E S] malo, est epithetū perpe-
tuum, non discretionis. vt sat. 6. huius lib. *mala*
lustra. & sat. 3. lib. 2. *ambitione mala*.

N T E C O M P I L E N T] ne tua furentur.
compilare (inquit Fetus) est cogere in unum, & cō-
dere, ex quo furari M. Tull. lib. de Orat. 2. Cām
C. Fabrio P. Cornelius homo, ut exsistabatur, avarus
& furax, sed egregie fortis & bonus Imperator, gra-
tias ageret, quod se homo inimicus consulem fecisset,
bello praesertim magno, & graui: Nihil est, quod mihi
gratias agas (inquit) si malum compilari, quām venire.
Idem i.lib. accus. quasi vero id cupiditate defenden-
da nobilitatis, aut studio partium fecerit, ac non aperte-
simē *Corseleum*, exercitum, prouinciamque compilarit.

F V G I E N T E S] si fugientes, cohæreat cum
superioribus illis nominibus, malos fures, exit
accusandi casus: sin cum verbo *compilente*, recti
casus, & numeri multitudo.

H O C I V V A T I] hoc delectat? vt suprā an-
not, ad Odam 2. epod.

H O R V M S E M P E R E G O O P.] ego
quidem his bonis semper carere potius, quām
ea habere velim. pauperissimum bonorum autem, sic
dixit, vt sat. 3. lib. 2. *P auer Opimius argenti positi in-*
D *tus, & auri.* Optarim autem habet libri fere om-
nes veteres: perpanci optarem.

C O N D O L V I T] doluit. nam condolere pro
eo, quod Gracis est οὐραλγεῖν, aut οὐραλγεῖν,
non est Latinum. M. Tull. Tuscul. 1. nos, si pes con-
doluit, si dens: fed fac totum dolere corpus ferre non pos-
sumus.

T E N T A T U M F R I G O R E] sic alibi tenta-
ri morbo,

ri morbo, vt epist. ad Numicium. *ni latus, aut renes*
morbo tentantur acuto. sic & M. Tull. lib. 4. Tuscul. **A**
animi valentes morbo tentari non possunt, corpora pos-
sunt. frigus hoc loco propriū positum: alias pro
morte translatè, vt sat. 1. lib. 2. & maiorum ne quis
amicus Frigore teferat.

L E C T O T E A F F L I X I T] affixit, reperi
scriptū in codic. calamo exaratus, Ianoct. Faer.
Torn. duob. Vatic. Raïnut. Card. Clericano,
Nicorianis, Russardinis, ceteris, vt de huius scri-
pture veritate non sit dubitandum, valdeque
contemnam quorūdam simiorū καρκίνων,
qui, vt aliquid sapere videantur, contendunt tam
men hīc vulgare lectionem esse retinendam.
affligere autem est ad terrā deicere. de quo ver-
bo vide auctor. ad illum locum, *Atque affligit hu-*
B *mo diuine particulam aura, saty. 2. lib. 2.* Praiterea
nomen, *casus*, quo d antecedit, hanc lectionē cō-
firmat. Sic enim M. Tull. loquitur epist. ad Dolab. lib. 9. *Vel meo ipsius interitus malem litteras meas*
desiderares, quām eo casu, quo sum gravissem affligitus.
Idem in Timao. *Potremō ne quis morbus cū posset,*
aut senectus affligere, &c. Addo quid affligere lec-
to, id est, ad lectum, sic dictum ab Horat. v. ab
Eurip. Orest. *πόσσω λέγον δὲ δεινών πειθώ*
Id est, quampridem iste ad lectum afflitus
est: eu, vt propius accedat ad vni verbi Greci,
ad lectum decidet: vel uno verbo, decubuit?

H A B E S, Q V I A S S I D. F O M, P A R.]
hæc sunt accipienda εἰπωνας, & sine interro-
gatione legēda. Nam paucis post negat hoc ita
esse. **C** *V T T E S V S C I T E T]* lacitem, & affli-
tum erigit. sententia hæc est: vt medicus ille
ab vxore, aut aliquo enorum arcessitus te morbo
afflictum, atque afflictum excitet, id est, fa-
num faciat, recitat.

E T R E D D A T N A T I S, C A R.] quibus
te propemodum morbus ademerat.

N O N V X O R S A L.] tollit, ac remouet,
quod paulo ante dissimilanter concesserat. ne
vxor quide, & filius, quibus carissimus esse de-
bet, te saluere volunt, tibiue, salutē exoptat.
Ex quo collige, avarum omnibus esse odiosum
atque iniustum. Nam qui patrē colit, eū cre-
dibile est etiam alienis alicui futurum. Qui ve-
rō neque amat coniunctilima capita, neque ab
iis amat: neque eum cuiquam, neque ei quē
quam carum esse posse probable est. Nonnulli
libri habent, Non vxor te vult salutem.

A R G E N T O P O S T O M N I A P O N A S]

perspicuē verbum cōpositum posponit diuīst.

Q V E M N O N M E R. A M.] quia pecuniam

rebus omnibus anteponas.

R E T I N E R E V E L I S, S E R V A R E Q V E

A M.] retinere & seruare amicos. i. in amicitia,
& perpetua erga te benevolentia cōtinere. sic lo-
quitur sat. 3. eiusd. lib. *Hac res & iungit, iunctos &*

frenat amicos. & epist. ad Numic. que exordine 6.

soldaque, que posset facere & seruare beatum, &c.

N E G F A C I A S]

libri aliquot manu scr. ha-

benet, ne facias, &c.

V M I D I V S]

sic scriptum est in omnibus fe-

rē lib. manu scr. in vno tātū

vñmidius. in vno

& altero, *Fuidiu* in vulg. *vñdiu*.

D I V E S, V T M E T I R. N.] ita diuēs, vt

E b ij

metiretur nummos, non numeraret multitudinem numeramus: magnitudinem, cæque, qua A ita minuta sunt, ut numerari vix possint, qualia sunt legumina, fruges, baccae arborum, & similia, quæ aceruatim congerimus, metimus: res, quæ pondere constant, pendimus. tantæ igitur erant huius diuitiae, vt essent innumerabiles, effettive necesse ei, qui aestimare veller, modis numerorum acerius metiri. Quid autem reperitur apud M. Tull. & alios, *magnus frumenti vini, et similius numerus*, id ita accipendum est: quasi dicerent, *magnus modiorum frumenti, & magnus amphorarum, similiusque vasorum vini numerus*. cum hoc loco congruit ille Sat. 5. lib. 2. unde diuitias, *arisque ruam sic augerius*.

S V P R E M V M] extremum, vt epist. ad Alb. Tibullum lib. 1. *Omne credi diem tibi diluxisse sum premium.*

L I B E R T A] vel vxor, vel cœcubina, quod vtrumque licebat iure civili.

D I V I S I T M E D I V M] in duas partes dividias diuitias.

F O R T I S S I M A T Y N D A R I D A R V M] hanc libertam, quæ patronum, cœdemicum virū suum occiderit, alteram Clytemnestra esse finit, propter quod Clytemnestra facinus sit imitata. Itaq; eam, quasi Clytemnestram, Tyndaridarum fortissimum nominat. Tyndarida autem intelligendi sunt Tyndari liberi, Castor & Pollux, Helena, Phœbe, Clytemnestra. Nam quamvis Tyndaridae propriè dicatur Castor, & Pollux: Clytemnestra vero & Helena Tyndarides, tamen masculorum appellatione continetur & feminis. Norum est autem Agamemnonē è bello Troiano reuersum, iamiamque pedem domū inferre conātem, ab Ægisto & vxore Clytemnestra infidiis exceptum & interfectū esse.

Q V I D M I G I T V R S V A D E S ?] quid igitur me facere iubes? inquit auarus: quo modo me viuere vis? profusus ne ac sumtuosus? Non celabo lectorem reperisse me scriptum in duobus cod. antiquis, *Quidne igitur.*

M A N I V S] homo luxuriosus & profusus. de quo epist. ad Vallam libro 1. *Nauius ut rebus maternis, atque paternis, alijs legunt Nauius, de quo Sat. 2. lib. 2. nec sic, ut simplex Nauius, vñctam Coniuic præbebit aquam.*

N O M E N T A N V S] fuit hic quoque luxuriosus & profusus nepos. de quo Sat. 3. lib. 2. *Tu Nomentanum, tu ne sequerere Cicutam, & ibid. Nunc age luxuriam, & Nomentanum arripe tecum.* Nomentanus autem à Nomento oppido appellatus est cognomēto, cùm ei Caffio nomen esset.

P E R G I S P V G N . S E C V M F R . A D V .] respōdet Horatius: pergis, id est, perseueras res inter se contrarias, conferre & comparare inter se; vel cōmittere; vt tralatio ducta, à gladiatoriis. Sat. 7. hoc lib. vti non *Compositus melius cum Bitho Baccinæ*: duo enim sunt virtus maximæ

inter se pugnatiæ, profusio, seu luxuria: auatitia, seu immodica parsimonia, & immūditia. Hanc dubitationem & cōtrouersiam eleganter dec̄dit, ac dirimit Theognis: qui, postea quām incertum esse ostendit quām diu vñcturi sumus, eōq; difficile esse iudicare, vtrum sit potius, tenuiterne & parec: an sumtuosè, profuē, & libidinosè vivere: itaque se quodammodo in triuio stare. aliū enim se vidisse quantumuis diuitiem, præparcum tamen, atque aridum: omnia ventri & necessariis cupiditatibus denegātem: eundemque in medio vitæ cursu extinctum: eius bona denique ad heredem insperatum, indignum, atque ignotum delata: alium itidē copiosum ac locupletem, omnia ventri & libidinibus largiētem & gratificātem, breui bonis suis consumitis ac dissipatis, ad egestatem & mendicitatem redactum esse: subiūgit ad extremum, optimū ac tutissimum esse sumtus facere copiis & facultatibus rei familiaris cōsentiantos arque aquæleis versus. Theognidis sunt hi, Eν περιώδεια τηνταχ, δὲ εἰσὶ ταῦτα οὐδὲ μοι. Φροντίζω τεταντινὸν τὰ ταῦτα. Εἰ μηδὲ δακτυλὸν τεύχοβιον τὸ περιστότην. Η λέων περινός ἔργα πελάγος ὀλίχαι. Εἰδὼ μὴ γέρεγέων, δὲ ἐφείδετο, καὶ οὐποτε γατεῖ. Σιτον ἐλευθέρους πλάθσιος οὐν, ἔδει. Αλλὰ φύει συντελεῖσα, κατέτειν δύμον Αἴδος εἶσον. Χρήματα δὲ αὐτρόποιον δὲ πιτυχαί εἴλασσον. Ωστ' εἰς ἔλαχει πονεῖν, καὶ μὴ δύειν, οὐ καὶ θέλοι ποτε. Εἰδὼ δὲ ἀλλον, δὲ λιγατεῖ γατεῖονδον, Χρήματα μὴ διέπεινέον, οὐδέρχο φρέα τελασσα. Πιτυχεῖν δὲ φίλας πάντας, οὐτε τὸ ίδη. Ούτοι Δημοκλέσιοι λεγόμενοι ἀπέκτων τὸν δακτυλὸν θέτοντες, καὶ μετέτελεν.

N O N E G O , A V A R V M C V M V E T O T . P .] sententia huius loci hæc est. Tu ex eo, quod vero te aurum esse, colligis, & cōcludis me tibi auctore esse, vt profusus, & luxuriosus viuas, & bona tua perdas, ac dissipes terras. Nam inter hæc duo extrema, & cōtraria, aliquid medium est: nempe moderatus & mediocris pecuniae vñs: huiusmodique animi habitus, per quæ quis neque pecuniā partam in terra defodiā: neque perdat, ac profundat. Quam mediocritatem se in vita traducenda secutum esse ostendit Horatius tum multis locis, tum maximè Oda 1. epod. *hanc paravero, Quod aut, auarus ut Chremes, terra premam, Discinctus aut perdam ut nepos.*

V A P P A M] hominem omnia profundētem, nullius bona frugi, nequā, ad nullam rem vñlē, tralatio ducta à vino corrupto: vappa em vñū est, quod degenerauit à bonitate, & natura vñi. Hora. Sat. 5. huius lib. *Multa proluita vappa nauta, atque viator.* idē Sat. 3. lib. 2. *Pauper Opimus, &c. Que vñctantū festis potare diebus Campana solitus trulla, vappamque profestus.* Plin. lib. 14. cap. 20. *vñctumque musto quibusdam in locis iterum sponte ferire: qua calamitate deperit sapor, vappaz accipit nomen probrosum etiam hominum, cūm degenerauerit animus.*

E S T

E S T I N T E R T A N A Í M Q . s .] Tanaïm quidem spadonem fuisse aiunt, libertum Maece- natis: Visellij autem sacerdotum non nominatum, sed cum locupletioribus, vt totam vitam in quærendo & congerendo consumat, numquam au- tem rebus quæstis fruatur. cūn hoc Floratiano verlu cōgruit Virgilianus ille Georgic. i. in extr. *vt cōm carceribus se effudere quadriga.* Ordo autem horum verborum, & sententia, hac est: Quemadmodum (inquit) cum vngula rapit currus carceribus missos, id est, cūn equi vngulis solidis & continuis prædicti, id est, *μέντος, seu μέντος*, corripunt, id est, celerimè trahunt currus è carceribus patefactis dimissos: auriga instat iis equis, qui suos præcurrunt, & cursu præuerunt, nihil faciens & contemnens eos equos, qui sunt à se præteriti, & qui inter ultimos currunt, vngulam posuit, pro vngulis: vngulas pro equis vngulatis.

I N S T A T E Q V I S A V R . S V O S V I N C .] in sequitur proximè equos antecedētes, & suos cursu præuerente. sic suprà epist. ad Loll. lib. 1. nec præcedentibus infor.

P R A E T E R I T V M] equum, quem præterit, ac superauit.

C E D A T V T I C O N V I V A S A T Y R A .] sic Lucretius lib. 3. *Cur non, ut plena vita conuiva, recede?* Exstat pulcherrima Dionis Chrysostomi oratio, *χρήσιμος inscripta, in qua comparat multis verbiis hanc vitam cum cōniuio variis cibis arque eis pulis referto, homines cum conuivis.*

C R I S P I N I] Philosophi Stoici, de quo Satyra 6. lib. 2. *Dum quæ Crispini docuit me iunior, edo. & sat.* 3. huius lib. *neque te quisquam skipat, inceptum Praeter Crispinum, sc̄itabitur.* & sat. 4. *ecce Crispinus minimo me prouocat.* scriptis hic versus numero quidem milles, pondere autem leueis.

Exemplis dictum illud confirmat, Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt. Insanas quorundam circa adulteria libidines infestantur.

A M b u b a i a r u c o l l e g i a , p h a r m a c o p o l a , M e n d i c i , m i m a , b a l a t r o n e s , hoc geni nus omne,

M e s t u m , a c s o l l i c i t u m e s t c a t o r i s m o r t e T i - Quippe benignus erat. contrà *hic, ne prodigies esse

Dicatur metuens, inopi dare nolit amico, Frigus quo, duramq; famem depellere posset. Hunc si percuncteris, ani cur, atque parētis Præclararam ingratā stringat malus inglu- rie rem,

Omnia* conductis coemens obsonia nūmis:

Bb iii

Sordidus, atque animi q; paruinolit haberet,
Respondet laudatur ab his, culpatur ab illis.
Fusidius* vappa fama timeret, ac nebulonis,
Dives agris, dives positis in feno re nummis.
*Quinas hic capiti mercedes exsecat: atque,
Quato peditior quisq; est, tatio acrius urget.
* Nomina sectatur modo summa vesta virili
Sub patribus duris tironi, maxime, quis nō,
Impiter, exclamat, simulatq; audiuit: at in se
Pro quaestu sumum facit. hic & vix credere
posse,
Terent I
Quam sibi nō sit amicus: ita ut pater ille,
Fabula quem miserum nato vixisse fugato
Inducit, non se peius cruciauerit, atque hic.
Si quis nūc querat, quō res hęc perinet: illuc
Dum vitant stulti vita, in cōrraria currūt.
Malibus tunicis demissis ambulat: est, qui
Inquen ad obscenum subductis usq; facetus.
Pastillo Rusillus olex: Gorgonius bircum.
Nil medium est: sunt, qui nolint terigisse,
nisi illas.
Quarum subfuta talos tegat infita veste.
Contra, alius nullam, nisi olenit in fornice
stantem.
Quidam notus homo cūm extret fornice:
macte
Virtute esto, * inquit sententia dia Catonis.
Nam simulac venas inflavit tætra libido:
Huc iuuenes aquū est descedere, nō alienas
Permolare uxores. nolim laudarier, inquit,
Sic me, mirator cunni Cupiennius albi.
Audire est opera pretium, * procedere recte
Qui mæchis non vultis, ut omni parte labo-
rent:
Utq; illis multo corrupta dolore voluptas,
Atq; hęc rara, cadat dura inter sepe pericula.
Hic se precipitem tecto dedit: ille flagellis
Ad mortem casus: fugiens hic decidit acrem
Prædonum in turbam: dedit hic pro corpore
nummos:
Hunc perinxerunt calones, quin erit illud
Accidit, ut cuidam testeis, * caudamq; salace

* Demeteret ferrū: iure omnes: Galba nega-
bat.
Tutior at quanto merx est in classe secunda?
Libertinarum dico: Sallustius in quas
Non minus* insanit, quam qui mæchatur:
at hic si,
Quares, quā ratio suaderet: quāq; modestè
Munifico esse licet, vellet bonus, atque be-
nignus
(no,
Esse: * daret quātum satis esset: nec fibi dam-
Dedecoriq; foret: verū hoc se amplectitur
vno:
Hoc amat, hoc laudat: matronam nullam
ego tango.
Ut quondā Marsenus amator* Originis ille,
Qui patrum munera donat fundūmque, La-
rémuque:
Nil fuerit mi, inquit, cūm uxoribus unqua.
Verum est cum mimis: est cū meretricibus:
vnde
Fama * malum granius, quam res, trahit. an
tibi abunde
c * Personā satis est, nō illud, quicquid ubiq;
Officit, euitare: bonam deperdere famam,
Rem patrii oblimare, malum est ubiq; que:
quid inter-
Est in matrona, ancilla, peccōne togata?
Villiū in Fausta Sylla gener, hoc miser uno
Nomine deceptus, pēnas dedit usq; superq;
Quam satis est, pugnis casus, ferroq; petitus,
Exclusus fore, cūm Longarcus foret intus.
Huic si mutonis verbis mala tanta videnti
Diceret hæc animus: quid vis tibi? numquid
ego à te
Magno prognatum depasco consule cunnū,
Velatūmque stola, mea cūm conferbuit ira?
Quid responderet: magno patre nata puella
est.
At quāto meliora monet, pugnantiaq; istis,
Dives opis natura sua: si tu modo recte
Dispensare velis: ac non fugienda petendis
Immiscere: tuo vitio, rerumne labores,
Nil referre

Nil referre putas: quare, ne panniteat te,
Desine matronas sectari: unde laboris
Plus haurire mali est, quam ex re decerpere
fructus.
Nec magis huic inter niueos, virideisque la-
pilos,
Si licet hoc Charinte tuum, tenerum est fe-
mur, aut crus
Rectius: atque etiam melius persepe togata.
Addē huc quod mercem sine fucis gestat:
aperte
Quod venale habet, ostendit: nec, si quid *
honesti est,
Iactat, habetque palam: querit, quo turpia
celet.
Regibus hic mos est, ubi equos mercantur,
opertos
Inspiciunt, ne, si facies (ut sepe) decora,
Mollifulta pede est: emtorē inducat* hiātē,
Quod pulchra clunes, breue quod caput, ar-
dua cornua.
Hoc illi* recte: ne corporis optima Lynceis
Contemplere oculis: Hypsea cæcior illa.
Quæ mala sunt, spectes. ô crus, ô brachia:
verū
Depigis, nausta, breui latere, ac pede lōgo est.
Matrona, præter faciem, nil cernere posſis,
Cetera, ni Catia est, demissa veste tegentis.
Si * interdicta petes, vallo circūdata, (nā te
Hoc facit insanū) multæ tibi tū officiēt res:
Custodes, leictica, * ciniflones, parasitæ,
Ad talos stola demissa, & circūdata palla:
Plurima, que inuidet pūre apparere tibi re-
Altera* nil obstat (ois tibi: pæne videre est,
d) Ut nudam: ne crure malo, ne sit pede turpi:
Metiri possis oculo latius, an tibi manus
Insidiis fieri, pretiumque auelli antē,
Quam mercē ostedi? lēporē venator ut alta
In niue sectatur: * positum sic tangere nolit:
* Captat, & apponit. meus est amor huic si-
milis: nam
Trāsolat i medio posita, & fugietia captat.

Hicēne versiculis sferas tibi posse dolores,
Atque astus, curāq; graueis ē pectore pelli?
Nōnne cupidinibus statuit natura modum?
quem,
Quid latura sibi, quid sit dolitura negatum,
Querere plus prodest, & * inane abscindere
soldo.
Num, tibi cū fauceis viri sitis, aurea queris.
Pocula: num esuriens fastidis omnia præter
Pauonem, rhombūmque? tument tibi cūm
inguina, num, si
Ancilla, aut verna est præstò puer, impetus
in quem
Continuò fiat, mālis tentigine rumpi?
Non ego: namque parabile amo Venerem,
facilemque.
Illa, post paulo: sed pluris: si exierit vir.
Gallis hanc Philodemus ait: sibi, que neque
magno
Stet pretio, neque cunctetur, cūm est iussa
venire.

Candida, rectaque sit: munda hac tenus, ut
neque longa,
Nec magis alba velit, quam det natura, si-
deri.
Hac ubi supposit dextro corpus mihi legū:
Ilia, & Ageria est: do nomen quodlibet illi.
Nec vereor ne, dū futuo, vir rure recurrit:
Ianua frāgatur, latret canis: undiq; magno
Pulsa dom⁹ strepitu resonet: vepallida lecto
Desiat mulier: miseram se conscia clamet:
Cruribus hæc metuat: doti deprensa: ego-
met mi.

Discincta tunica fugiedū est, ac pede nudo:
Ne nummi pereant, aut pyga, aut denique
fama.
Deprendi miserum est: Fabio vel iudice
vincam.

M. Tigellium Hermogenem præstantem mu-
sicum & cantorem fuisse, Cæsarique dictatori pri-
mū, deinde etiam Augusto, & Cleopatra miri-
ficè placuisse tradunt Acro & Porphyrio. Addunt
Bb iiiij

iidem, Horatio intussum fuisse, quod eius versus, parum numerosos, parumque modulatos esse dixisset.

A M B U B A I A R V M C O L L.] Ambubaias, mulieres fuisse impudicas, & infameis, suspicari licet; & ita putat Porphyrio: quem plerique fecuti sunt. unde hinc appellatae, non est facile diuinare. utitur hoc nomine Suet. in Nerone. Cenitabat nonnunquam & in publico, naumachia praeclara, vel Martio campo, vel Circo maximo, inter scortorum totius urbis, ambubatarumque ministeria. Alij à Baiis, & voce peregrina ambul nominatas esse putant: alij ab an, vel am, quod est circum, & Baiis. Ego ambubaias non mulieres, sed ab auctore, id est, tibicines quodam barbaros, aut certe à barbaro voce ambul, quæ tibiam significat, appellatos esse dicō: (dque non solum à P. Mercetio, collega meo, viro lingue Hebraicæ scientissimo audiuī, verum etiam in uno exemplari manu script. antiquissimo, ad oram libri annotatum reperi: quod item mihi Scaliger huius lingua non ignarus confirmavit. Siquis ramen tibicines fuisse contendet, non tibicines, non magnopere repugnabo, aut laborabo: tibicines tamen malo.

P H A R M A C O P O L A] pharmacopolæ fuerunt olim turpes, & inhonesti. vendebant enim pharmaca simulata, & speciosa, atq. horum pharmacorum vim miram esse iactabant, re vera populo verba dabant: iidem etiam vnguentia ostentabant in præsentia odoris grati, brevi post tempore fugientia, & evanescantia, postrem vendebant omne genus fuci ad candorem & ruborem neque verum, neque natuum ori, curi, comisque appingenendum. Appellantur autem à nonnullis nomine Latino vnguentarii, quod mihi non probatur. hos enim, μυροπόλας Graci dicunt, non φαρμακοπόλας.

M E N D I C I] Simeon Bosius putat per mendicos, ἀρχες significari, homines egerentis, qui vel præstigii populo obiectis, vel naniis recitandis, & similib. victum queritant, & stipem colligunt, & flagitant.

B A L A T R O N E S] Balatronem, nomen cuiusdam nepotis, aut parasiti fuisse quidam putant. Horat. Sat. vlt. lib. 2. cum seruilo Balatrone: ab eo que huiusmodi ordinis, & ingenij homines ita esse appellatos: alij balatrones à barathre dictos esse, quasi barathrones. Sex. Pöpeius Festus scribit balatrones, & blateas esse bullas luti ex itineribus: vel, quod de calceamentorum soleis eruditur. Varro de re Rustica: Videbo vos iam, balatrones, & huc affiram meum corium, & flagella.

C A N T O R I S M O R T E T I G E L L I] Tigellum Hermogenem Sardum cōmemorat etiam in Sary. 3. huius lib. Sardus habebat ille Tigellus hoc. & 9. Inuidat quod & Hermogenes ego canto. & 10. Demetri, tique Tigelli, Discipularum inter tuba plorare cashebras. & iterum tertia huius lib. Ut quamus raset Hermogenes, cantor tamen, atque Optimus est modulator. Eundem

puto significari à M. Tull. epist. ad Fab. Gall. lib. 7. his verbis, ille autem (nempe Phamea) qui sciret scēpotem bellum tibicinem habere, & sat bonum cantorem, discessit à me, ut mihi videtur, trator. Habet Sardos ve- nales, alium alio nequorem, per nepotem Phameam tibicinem, & cantorem, hunc Hermogenem, Tigellum (inquam) significari arbitror.

B E N I G N V S E R A T] id est, beneficis & liberalis, ut in fratre eadem Satyra: at hic, si Quæ res quæ ratio suaderet, quæque modestè Manifico efficeret, velle bonus, atque benignus Esse, &c. vide annos ad Od. 17. lib. 1. Erat autem hic Tigellius, manificus in tibicines, & tibicinas, mimas, pharmacopolas, & id genus homines.

I N O P I D A R E N. A.] amico inopi id dare nolit, quo frigus, &c.

P R A E C L A R. I N G R: S T R I N G. M.] id est, cur amplissimas à maioribus suis relietas fortunas comedat, ac deuoret, &c. ego puto idem dictum esse Latine ab Horatio, quod à Græcis dicunt σφύραι ποιησαν τὰς θύγατρα: id est, sex patrimonio suo pilam, aut pilulam facere. Atheneus lib. 4. Δευτερος. εἴτε ράβι αὐτῷ δοτοῦ μητροῦ Αλεξίς οὐ Κυδέα. Διδώμενος & πτερόπλοιος, εἰς ἔπειτα δύο σφύραις απέδεξαν τὰς πατρῷας οὐσίας, οὗτος ἡγεμός ἀποτελεῖται πατερασμόντο. id est, Diodorus perditus dicit, biennio patrimonium suum pilam reddidit: ita improbè omnia deuorant. Idem in Phædro, Σεργίῳ περὶ τὸν Ηλιον, χαλκῆ λέγειν, Εἴ ποτε καρπίδις οἱ μηρός εἰ πενθήμερος Σφύραις ἐποίησε τὰς πατερῷας οὐσίας, Ούτοις οὐεπόποιητε τοις ἡγεμόνις πατέρων οὐσίαις. id est, verò per solem, sero dicens. Epicharmides parvus quinque diebus pilam reddidit paterna bona. Ita impudenter & improbè, & celiter ea conglobauit, atque in pilam conformauit. idem ferè valer illud, quamvis alio modo dictum, epist. ad Vallam lib. 1. ubi omne venterat in fumum, & cinerem. stringat igitur, id est, imminuat, & in pilam conformet, & ita deuoret. nam quicquid deuorare volumus, vel mangi, vel dentibus & lingua in sphæram, seu globum conformamus, deinde deuoram, vel gutture ipso stringimus, & extenuamus. Sed cur ingluviem ingratam dixit: fortasse quia nepotes, & prodigi, luxuriosique homines, qui amplius à patre, aut à maioribus acceptum patrimonium patris anni perdunt, ac dissipant, prebent se in illos ingratis, neque illis eam, quam debent, gratiā referunt: quid ita? quia consumto patrimonio ad inopiam & egestatem redacti, videntur iam nihil à maioribus suis acceptisse, afferuntque hanc nonnullis opinionem, nihil sibi ab illis esse reliatum: quod illis turpe est. Ita quibus ornamento esse debent, iis sunt dedecori: ergo ingrati.

M A L V I X Χερός, profusus, dissolutus, nequam.

C O N D Y C T I S N V M M I S] fænori acceptis, ex quo fænus mox ab eodem merces nominabitur.

A N I M I P A R V I] pusilli animi, μυρόψυ-

χος,

χος, fat. prox. seq. D'ij bene fecerunt, in opis me, quodque pusilli finixerunt animi.

A altero duritas, in altero cornutus: sic enim legendum esse, non, ut vulgo, diritus, alibi ad monuimus.

V A P P A E] hominis omnia sua effusa largientis, ac perdit, ut dixi superiore Satyra, vel hominis nullius boni frugi, & nequæ: quod id ēaleret.

D I V E S A G R I S, D I V E S] hic versus reperitur etiā in epist. ad Pisones de arte Poëtica.

Q V I N A S H I C C A P. M E R C E D.] id est, quinas vñras, si vñras sint semisses, quinæ vñras semisses quadragesimo mense æquabūt sortem, si centesimæ, vicecimo. Itaque finge me ab hoc improbissimo feneratore centū aureos fænorū accepisse, & quinas centefinas in singulos menses promisiisse: vicecimo mense fors æquabitur. sunt enim soluēdi in singulos menses ari quini. finge me quinas semisses promisiisse: quadragesimo mense vñras sortem æquabunt.

B Nam duo aurei cum dimidio, in vñquemque mensē vñras nomine erunt ei numerandi. exsecat autem excudēdom curaui, secutus auctoritatē vñus cod. Vatic. Rainutj Card. Iann. Faer. Toines, quod interprior, demit, detrahit, deducit. Atque hanc scripturam videtur agnoscere Porphyrio: idq; ex eius verbis quamvis corruptis intelligere liceat: Sic enim ille: exigit autem capitū, ad illud pertinet, quod auari feneratores cum dabant vñrarium pecuniam, primi mensē vñras capiti ipsius sortis statim denebant: hoc est ergo exigit, apud Porphyrio: legendum exsecat supra: vbi est exigit autem, Nam exigit, interpretatio est verbi exsecat, quæ postea in contextum translata est.

C C A P I T I] sorti, τῶν κεραλαχοί.

Q V A N T O P E R D I T I O R Q V I S Q V E] quanto quicque est luxuriosior, & ἀστοτέρος, tanto fenerator ille grauiores ei vñras imponit. vñsus & alter liber manuscr. habent preditor: quos non sequor.

N O M I N A S E C T. &c.] nomina secesserunt adolescentium, qui nuper admodum sumserunt virilem togam, quorum sciat duros, & præparcos esse patres, id est, quos sciat à patribus suis nihil, aut parū admodum abradere, atq; exprimere posse ad cupiditates suas explēdas, quæcū filios familiās ad modū adolescentēs, qui modō virilem togam sumserunt, quibus pecuniā grandiō pacto expensam ferat. notū est nomen vñrari & pro eo, quod nobis debetur, & pro eo, quod aliis debemus. uterque enim & creditor & debitor nomina facere dicitur, cum hic refert in codicem nomine creditoris, ille debitoris. Verabant autem leges & senatus consulta pecuniam filiis familiās, & minoribus viginti quinque annis fenerari: qui hinc tirones appellantur.

S V B P A T R I B V S D V R I S T I R.] ordinatio est hic, Seccatur nomina tironum sub patribus duris, id est, adolescentium, qui sunt sub imperio patrum durorum, non ita pridem sumta virili toga. Pet duros patres autem, præparcos & nimium tristeis, ac severos significat. Sic M. Tul. in Lælio de Demea & Mitione, Quantā in

21

T V N I C I S D E M I S S I] tunicis longis, & talatibus, ποδοφέρες, & ποδωνέρες, appellant Græci, erant autem tales vestes parum viriles. stola contraria, mulieribus vestes, demissæ ad pedes erat, infra Satyra ead. Ad talos stola demissæ, &c.

E S T Q V I I N G V E N A D. O B S.] est alius multū illi dissimilis, qui tunicis vñrit breuibus, & vix partes corporis inhonestas tegentibus.

F A C E T V S] ridiculus est mouer risum.

P A S T I L L O S] globulos, & quali panes rotundos, massas terete, ex rebus odoratis compostos: ex quibus suaves odores efflantur: quibus vñrit mulieres, & viri mulierum similes, nempe molles, ac delicati: Græci vocant ποδοφέρους, alij ποδωνάρας, & vñguemra interpretantur. Nonius: Panis proprietatem à pascendo

putant veteres existimandam. Varro de vita populi Romani lib.1. *l'filios & p̄nes haec vocabula pastus,* quod esse, *pastore dicebant.* conficiuntur etiam hodie pastilli odorati, fuit & alij pastilli, quibus vntut medici: qui quid à malagmatis, & emplastris differant, docet Cornelius Celsus libro 5. cap.17. hic verfus iteratur infra Sat.4. huius lib. Seneca epist.1.lib.13. profert hunc dimidiū verfum: sed legisse videtur Rucillus: sic enim ille, *Descriptorū infamē, & nimis notabilē deliciis.* *Erotatīus Flaccus* quid ait? *Pastilli Rucillus olet.* Dares nūc *Rucillus.*

O L E T] epist.19.lib.1. *Vina ferī dulces oluerunt manū camēna.* Terent. Eun. *plet vnguentā de meo.*

H I R C Y M] vel odorem illum tāterium, qui sub aliis esse solet: vel animal ipsum sua natura pessimè olens. vide suprà Od.12.epod. *An grauius hirsutis cubet hircus in aliis.*

N I S I I L L A S, Q U A R V M S V B S.] matronarum vestitus hic erat, stola, & pallia, insīra eadem Sat. *Ad talos stola demissi, & circundata pal- la.* matronas igitur significat, affiebat autem instita extrema stolē. Itaq. per vestem subsutain pannum tenuem, ac molleum, seu latam fasciam & praetextam significari puto, qua nihil aliud est, quam ipsa instita, id est, fasciola, que stolam ambiat: *ωεπτελον* appellari à Gracis docet Porphyrio. Ouid.lib.1. de arte Amandi. *Este procul vieta tenues, insigne pudoris.* *Quaque regis medios infita longa pedes.*

C O N T R Ā A L I V S N Y L L A M N I S I O L E N T I I N F O R N. S T.] contrā alius nullam tangere velit, nisi ea, que in fornice prostet: nisi mercenariam, seu metetricam, seu venalem, in hoc versu *ce syllaba postrema vocis fornice* quamvis excipiatur à voce initium capiente à ditibus consonantibus, si. nibilominus breuis inaner, sic apud Tibull. eleg.1.lib.1. *o quantum effari percat, potiisque smaragdi,* sive, *Xmaragdi.* & apud Catull. carm. de Pelei & Thet. nup. *Tefū erit magnē virtutib⁹ unda sciamndri.* & Virg. lib. 10. Ponite: *ip̄s̄ sibi quisque Horat. Sat. seq. si quod sit vi- tium non suffidre strabonem Appellat patum pater,* & Sat. 5. *infani ridentes pramia scriba.* Iam fornix appellatus est, locus, ubi prostitue puditice mulieres erant, à locis arcuatis, ut docet Isidorus.

M A C T E V I R T U T E] sic s̄pē lōquitur Liu- uius, ut lib.10. *Tu quidem macte virtute, diligētiāque Dēsto.* & Cic. Tuscul.1. *Macte virrute, ego enim ip̄s̄ cum eodem ip̄s̄ non iniutus errauerim.* idem lib. 12. epif. ad Att. *Macte virtute, mihi quidem gratum:* & erit gra- tias, si. &c. Virg.lib.9. *En. Macte noua virtute puer:* sic itur ad aſtra. Macte autem valet magis auſte, ex quo mactare: quod valet magis augere. Cic. lib. de rep. ferunt laudibus, mactant honoribus. ma- etus verbum pontificale, & quo vtebantur in facris, & libationibus. *Mactus hoc vino inferio esto,* que verba sic explicat Arnobius lib.7. aduers. gēteis. *Quid est aliud quād dicere, tantum ip̄s̄ mactus,* quantum volo: tantū amplificatus, quantum inbeo, &c.

Priscian. lib.17. in extr. notat, *macte hīc positiū esse, pro malūs.*

I N Q V I T S E N T E N T. D I A C A T.] id est, inquit Cato. periphrasis. sic Lucretius libr.5. *Democriti quod sancta viri sententia ponit.* i. Democritus. Id.lib.3. *Nec tam doctus equa pullus, quād for- fū equi vir,* id est, fortis equus. & Horat. Od.21. lib.3. *Narratur & prisci Catonis Sepe mero caluisse vir-* sum. cuius generis sup. ad Od.5.lib.3. plura colle- gimus exempla. diua autem habent libri aliquot veteres.

T A T R A L I B I D O] Venerea libido. sic Catullus amorei *tātrum morbum* appellat. *Ip̄s̄ valere opto, & tātrum deponere morbum.* O dī redditio mi hoc pro pietate mea.

D E S C E N D E R E] verbo apto, & significante v̄sus est. in locis enim depresso, & defossis e- rāt gānea: videlicet sub fornicibus. à quib⁹ s̄ e- tiam fornices gānea sunt appellata.

P E R M O E R E] corrumpere, adulterare, *μαρτύζειν*, tralatio est, sic & Theocr. id. *Εἰτ̄ δέ μοι Κορύδων, τὸ γερόντος ἵψη ἐπὶ μύλῃς Τίνος τὸν καύσοφον ἐποίησε;* quem locum indicauit mihi Fulvius Vrsinus, vir humanissi- mus. Lucill. *Hunc molere, illum autem ut suum mentum vānere tū vī.* improbus dixit Catull. in Gellium, *Hoc ne ipsi accideret, patrii perdesuit ipsam Vxorem,* & vī vulgo mendosè legitur perdesuit.

M I R A T O R C V N N I C V P I.] hic Ci- piennius longè ab illo superiore dissidebat, ut pote qui matronas solas amaret, & miraretur. cunnus, *εγέρει* mulieribus.

A L B I] albiti. per cunnūm album, matronam, & ingenuam mulierem significat, quia matronæ albæ, id est, stola amictæ in publicum pro- dabant: libertinae, atratae.

A V D I R E E S T O P E R A P R E T.] incommoda, pericula, aduersos deniq; casus adul- teriorum enumerat: est opera preium (inquit) vobis, qui moechis sua flagitia ex sententia suc- cedere nō vultis, audire quo pacto hi omni ex parte malis omnibus exerceantur ac vexentur. Est autem imitatus Hor. versus Ennianos, *Audi- dire est opera preium, procedere recte Qui rem Romanam, Latīnum augeſcere vultis.* opera preium, id dici- mus, quod tanti est, quanti opera in eo insunta. itaque opera preium facere, & inanem operam sumere, plane sunt contraria: & cūm ita loqui- mur, opera preium est audire, opera preium est spectare, hoc significamus, non perditurum eum operam, qui audiat, neque eū, qui spectet. M. Tull. lib. 2. accus. *Iam vero Censoris quendam-* dum in Sicilia isto pretore creati sunt, opera preium off- cognoscere. Idem lib.4. de finib. at, quo vntant homi- nes acuti argumento ad probandum, opera preium est considerare. T. Liuſus r.lib. ab vrbe cond. *Fatigūſ- ne opera preium sim,* si à primordio urbis res populē Rom. per scripterim, &c. Terent. in Andr. *Audire que- tur est opera preium audaciam.* Horat. epist. ad August. Sed tamen est opera preium cognoscere, qualeis Cūstodes

Cūstodes habeat, &c. & Sat. 4.lib.2. Est opera preium dupli- cū per nos fore iūris Naturam. sic Iuuenalis sat.6. **A** Et opera preium penitus cognoscere toto Quid faciant agitāturque die.

I L L E F L A G E L L I S A D M O R T E M c̄s. C. Crispum Sallustium significai dicūt: qui deprehensus ab Annio Milone in adulterio cum Fausta eius vxore, flagellis ab eo c̄s est.

D E D I T H I C P O C O R P. N V M.] honesto homines loco nati, & locupletes deprehensi in adulterio, pretio se redimebant: hu- miles & pauperes non item, vt iam cognoscē- mus. huiusmodi pretia autem Homerus ὁδονθ. μοιχέραι nominat, eo loco, vbi cantum illum Deniodici persequitur de Marte, & Venere in adulterio deprehensis, & à Vulcano tenuissima vinclorum texture irretitis.

P R O C O R P O R E] vel ne sibi cauda salax ferro demeteretur: vel ne stupraretur.

H V N C P E R M I N X E R V N T C A L.] id est, calones alii praeviderunt, seu p̄dicarūt: pudicūt ei eripuerunt. erat & alia pœna gra- uior in pauperes deprehensos Atheniensibus v- sitata, quam πιλυμόνα φανίδων appellabant à verbo πιλειν, quod est vellere: & à verbo πα- φανδεῖν, quod est rhaphano podicem perfode- re: quād Catullus describit his versibus ad Au- relium. *Ab, tum temerū, malique fari, quem ar- tractis pedibus patente porta Percurrent rhaphanique, magilisque.* Aristophanes. Neop. Tid. lib. πα- φανδεῖν γε πειδούμνος, πεφρα τε πηλην, την πιλυμόνον λέγειν τὸ μηνύρωντος ἐνοχήδ est, quid si rhaphanis perfoſtas fuerit sua voluntate, cineréque vulsus, poteritne negare se esse im- pudicum?

V T C V I D A M T E S T E I S, C. Q V A S A L.] cūm anteā in omnibus libris impressis legeretur, quidā t.c.q; C.D. ferro, ego à duobus codicib; calamo exaratis admonitus, in quibus scriptū reperi quidam, coniecturam feci totum hinc locum sic esse legendū, ut cūdam tēſter, caudāmque salacem Demeteret ferrum: quād quidem mea coniectura ita mihi vera, & certa videtur, ut neque quemquam in his litteris exercitatum à me diffidetur: neque loci huius sententiam cuiquam obscuram futuram purem.

C A V D Á M Q V E S A L A C E M.] penem, caudam turgentem nominauit Sat.7.lib.2. *tur- genis verbra, cauda & κέρων, & οὐρα* appellant Græci.

G A L B A.] Seruius Galba iurisconsultus, & idem adulter.

M O R C H A T V R.] propriè hoc verbo v̄sus est, pro vxorem alienam, mulierem ingenuam adulterare.

Q V A R. Q.] Quād id est, qua ratione, &c. significat eos, quoque esse reprehendendos, ac viruperandos, qui libertinas ita perditè amant, ut neque rei, neque existimationi sue parcentes, aut consulentes, maximis iacturis, summōque

dedocere, atque in famia earū complexus emāt.

M V N I F I C O E S S E L I C E T.] sic habent omnes ferē libri veteres, in his tres Vat. & Faēr. Iann. Torn. Nicot. Russ.

B E N I G N V S.] beneficus, liberalis: vt ferē semi- per: itēmque interdum bonus.

D A R E T Q V A N T V M S. E.] daret intra modum, patrimonium suum non profunderet.

H O C S E A M P L E C T I V R V N O] hoc vno se venditat: hoc vno sibi placet: hoc vno se amat.

H O C A M A T, H O C L A V D A T.] sic ha- bent omnes libri veteres, quos hīc nauctus sum, Russard. Cleric. Nicot. ceteri: neq; aliter ij, qui- bus Romæ v̄sus sum.

O R I G I N I S] mimæ cuiusdam & meretriceis nomen, quidā libri vet. habent, origenis, quos non sequor. Cōmemorātur hāc tres nobiles me- retrices, cūm ab aliis, cūm à Seruio: quā vno rē- pore, nempe atētē Ciceronis, floruerunt: Cithē- ris, Volumni liberta, M. Antonium in castra fe- cuta, quā à Virgilio Lycoris appellatur, quam Gallus perditè amauit: Arbuscula, Origo, pro- fert hunc locum Seruio comment. in Gallum.

N I L P V E R I T M I (I N Q V I T)] hic Marsfæus his verbis sibi blandiebatur, suāmque hoc modo nequitiā, ac libidinem extenuabat.

V E R U M E S T C V M M. E. C.] hāc iam sunt Horatij, ita respondentis, quid tum postea, si te ab vxoribus alienis abſtines, cūm mimas, & meretrices impotentissimo amore persequaris? quem quidem amorem fac tibi minus esse dam- nosum: at est tibi turpior: grauiorēmq; tibi in- famiae noram inurit: multo autem maior existi- mationis, & famæ, quād rei vno haben- da ratio est.

Q V A M R E S] quād ūs familiaris: quād bona, & facultates.

A N T I B I A B V N D E P. S.] dicit non sa- tis esse personam, cum qua adulterium comit- titur, nempe matronam, vitatem: sed operam pre- terea dandam esse, ut existimationi nostræ con- fulamus, & vt ne rem nostram familiarem amo- ribus, & libidinibus exauriamus. M. Tull. Phil. I. M. Antonio nūmim mīmæ cuiusdā amorem maledicti loco obiicit his verbis: *Venisti Brundi- sum, in sinū quidem, & complexum tua mīmule:* *Quid estūm mēnīorū quād mīfērū est, id negare non posse, quod sit turpisūm cōfērītē hoc idem & Verr. Acc. lib. 5. *Huc tertia illa producta per dolū, atque insidias ab Rhodio tibicīne, maximas in istūs castris ef- fectis turbas dicitur, cūm indigne patetetur vxor Cleo- menis Syracusani, nobilis mulier, itēmque Aschrionis honesto loco nata, in conuentū suū mīmī Isidori filiā venisse. Iste autem Isimbāl, qui in suis castris virtute putaret opere, non generē certari, sic hanc Tertiā di- lexit, ut eam secum ex prouincia exportaret.**

R E M P A T R I S O B L I M A R E.] consu- mere, perdere, verbum est à lima deductum.

P E C C E N B E] peccative habent quidam libri

veteres: sed legendum: tamen puto percepisse. & ita loquuntur Saty. 8. *Cum faber incertus sciamnum; faceretne Priapum.*

T O G A T A?] matrona adulterij conuicta, ac damnata, ut quidam volunt, alij simpliciter meretrice interpretantur: & melius. Nā mulieres, quae vulgo expositae erant, in publicum togatae prodibant, & togis vtebantur, vt à matronis stolas distinguerentur. M. Tull. Philipp. 2. *sumissi virilem: quam statim mulierem togam reddidisti.* Sic enim huic locum restituerunt ex antiquiss. condice manuscrip. Romano Muretus & Faenus. Mart. *Kis magis que meruit, mittere mitte togam.*

V I L L I V S I N F A V S T A S Y L L E C.] Fausta Fausti Sylla filia, Antonio Miloni nupserat, quem Horatius hoc loco Lōgareni nomine videtur appellare. Nā quod Porphyrio, & Acto per Villium volunt Milonem significari, per Lōgarenum; adulterū: id probare nullo modo possum, cūm alias ob causas, quas pretermitto, tūm quod Horatius non exfolueret id, quod promisit, (proinserat autem se expositurum, quantis incommodis afficiantur, quāisque in periculis, versentur adulteri) si faceret Annū Milonem Fausta virū domo sua excludi, pugnis cēdi, serro peti: Longarenū autem adulterū impune mochari, & ex animi sententia in ædibus Milonis eo inuito, ac malè multato cum Fausta lōgarenum interesset putas vtrūm tuo virtio, id est, immoderata, & virtiosa cupiditate labores, an rerū, id est, pænuria, & egestate arqui multūm interest, vtrūm quis suo, an rerū virtio laborer. exempli causa, qui sities aquam in medio positam, ac paratam spernit, vinum vel capitūs periculo defterat, suo virtio laborat: qui bibere non vult, nisi aureo poculo, suo virtio laborat: qui vero præclarè scū agi putat, si aqua sitim explere detur: sed tanta inopia cōficitur, vt ne aqua quidem suppetat, is rerum virtio labore dicendus est.

D I V E S O P I S N A T. S V E] a u t o r i s, suis opibus contenta.

T Y S I M O D O R E C T E] hæc coherent cum superioribus, hoc sensu. Quanto rectius te-

monet natura rebus ad vistum, cultumque necessariis cumulata, nihilque exterū desiderans, si modò tu fugienda cum experēdis confundere, ac permiscere nolis: quidam libri habent ista modo: quæ scriptura dulcior, & concinnior est.

T V O V I T I O, R E R U M N E L.] nichilne interesse putas vtrūm tuo virtio, id est, immoderata, & virtiosa cupiditate labores, an rerū, id est, pænuria, & egestate arqui multūm inter-

est, vtrūm quis suo, an rerū virtio laborer. exempli causa, qui sities aquam in medio positam, ac paratam spernit, vinum vel capitūs periculo defterat, suo virtio laborat: qui bibere non vult, nisi aureo poculo, suo virtio laborat: qui vero præclarè scū agi putat, si aqua sitim explere detur: sed tanta inopia cōficitur, vt ne aqua quidem suppetat, is rerum virtio labore dicendus est.

D E S I N E M A T R. S E C T A R I E R.] libri aliquot manuscr. habent, *Desine sectari matronas.* quos non sequor.

E X C L V S V S F O R E, & fore, & fore Terentio, Plauto, T. Livio vñstata, Terent. Heraut. Mane, mane, quid est quod tam à nobis grauter creput foris? Plaut. Mil. glor. Sed foris concrepuit hinc à vicino sensu. T. Livius lib. 40. forem ex ede Lune, quæ in Auentino est, ruptam tulit. Dicta est autem foris, siue foris, quod olim apud veteres Romanos foras, non intrò aperiebatur: vt scribit Serenus ad illum Virgilij locū. An. foribus cardo fribat abenī. Hinc fieri videmus, vt apud Terentium & Plautum, vbi quis domo prodit, crepente foras. Nam qui domo foras prodibant, antequam foras aperiret, crepitu illo significabat iis, qui per viam publicam iter faciebant, & ea fortè præterabant, vt sibi cauerent, ne à foribus ledetur.

L O N G A R E N V S] alter adulterū Villio felicior, sed, vt alij Milo.

S I T L I C È T H O C C H A R I N T E T.] licet ames matronas vñionibus, & smaragdis, & auro

auto collucenteis. Nam si hunc locū intelligen-

dū arbitror, hoc, nempe vñiones, & smaragdos, & cetera ornamenta in matronis admirari, iſq;

capi, & teneri. sermonem ad Chærintū conuerit, qui matronas gemmis collucenteis ſectabatur. Alij hunc Chærintum, puerum formofum, mollem, & impudicū ſuſſe, & gemis tanquam ſeminam, ornatum incessissime dicunt, hoc modo explicantes: sit licet hoc Chærinte, tuum, hoc, nempe, vñiones & smaragdos gestare, quod mibi nō diſplicet. Iamverò quod in nonnullis libris manuscrip. reperitur ſcriptum, sit licet hoc Chærinte tuu: nullo modo probo.

M E R C E M S. F.

G E S T A T] togata. mercer autem intellige eam corporis partem, quam meretrix habet venalem, non diffimulabo, me in aliquo libris manuscrip. Nicotiano vno, duob. Russard. Cleric. reperiſſe getat apertam: *Quod ven. h. oft.*

H O N E S T I] pulchri, & glori.

I A C T A T] coniunge negationis copulam

cum hoc verbo, & cū his, habet, palam, hoc modo,

nec iactat, habet, palam, si quid honesti est:

i. nec venditat, aut ostēt, & in luce collocat, &

proponit ob omniū oculos, si quid pulchri est.

Q V A R I T] repete & hīc negationem, hoc modo, nec, si quid pulchriti habet, id ostentat, ac præſe fert: deformitatem autem, aut vitium aliquod corporis occultare studet. Lucretius cōtrāt hoc omniū mulierū impudicū ſe cōmune, vt sua mala fuos amatores celare conetur: bona in protū habeat, lib. 4. his verb. Nec Veneres nostras hoc fallit: quo magis ipſe Omnia summopere eos vīta poffencia celant, Quos retinere volunt aſtricō ſque eſſe in amore, &c.

R E G I B V S H I C M O S E S T, &c.] eandem

cautionem, ac diligētiā in fæminis, quæ libidi-

nis cauſa coluntur, vult adhiberi, atq. in equis.

Nam quemadmodū in equis pedum præcipuā

habenda ratio est, cœnūque ne capitis, &

ceruicū pulchritudine capiti, in pedibus, & ti-

bii, quæ maiorem curā desiderant, simus negligentes: sic iū fæmina parūm debet commouere

prudentem amatorem (si quis amator prudens

reperiſſe potest) facies, & forma: alia enim sunt,

quæ longē maioris ſunt ponderis, quæque in re

Veneres magis dominatur. Xenophon in libel-

lo *πειπτον̄* ei, qui equum ſit emutus, præ-

cipit vt pedes primūm inspiciat, & diligēter cō-

fideret. Quemadmodum enim (inquit) ædium

nullius vſus ſit, ſi partes earum ſuperiores admo-

dum ſint ornatae, magnifica, affabre factæ: fun-

damenta autem ſint virtuosa, malè materiata, ac

ruinosa: ſic & equus bellicus inutilis ad bellum

futurus eſt, ſi ſit *χειρός*, id eſt, pedibus virtuolis

etiam ſi cetera omnia eius membra ſint optima,

ac præstantiſſima. ſic in lib. de arte poētica, ſimi-

litidinem ſumit à regibus. Reges dicuntur multis

virgere cululis. Et torqueare mero, quem perfixe labo-

rent, An fit amicitia dignus, ſi carmina cōdes, Nun-

quam, &c. ſic M. Tull. frument. in ea parte, quæ

eft de decumano frumento, ſolere aūnt Barbaros Reges Perſarum, ac syrorum, pluriſſimis vñcores habere: hiſ autem uxoribus ciuitates attribuere hoc modo: Hæc ciuitas mulieri redimiculum praebat, hec in collum, hec in crineis: ita populus habent uniterſos non ſolum conſcios libidinis ſuſſa, verum etiam adminiftratos. eandem ſiſius, qui ſe regem ſiculorum eſſe dicbat, licentiam libidinēque ſuſſa cognofite, qui locus Ciceronis (vt dicam ἡρακλῆς) videtur è Platone peritus, Alcib. primo, mendosè autem puto legi in quibusdam libris, apertos, cūm videatur potius legendū operos, vt habent cod. Vatican. 2. Iannocb. Tornes. duo Nicor. Russard. totidem, Clericanus, meus.

Librorum veterū auſtoritatem bac ratione adiuuare, & confirmare poſſum, quod perſpicue

Horatius mulierem cū equo comparat. Quemadmodum autem vīle eſt ei, qui equum emi-

rus eſt, opertum inſpicere, ne dum caput, & cer-

uicem, & clunci, & ceteras partes corporis in

promtu poſitas admiratur, cæcū ſit in pedibus

considerandi, & ita fallatur: ſic interēt amato-

ris, meretricis amore potius, q̄ matronæ capi:

quia meretrix neque tegit eas parteis, quæ ha-

bet venaleſ, neque oſtentat eas, quæ ſunt pul-

chriores.

F A C I E S] ſuſſa, forma. Neque vero facies ſo-

lum de homine, aut equo, ſed & de re alia qua-

liber dicitur. Virg. Georg. 1. in extr. Tam mulierē ſe-

culorum facies. Idem lib. 4. de apibus. Ut bina regum

facies, ita corpora gentis. M. Tullius proflacco. Facies ciuitatis. Idem Philip. 8. Facies ſenatus.

I N D V C A T] decipiat, in fraudem impellat.

H I A N T E M] inhiantem, cupidum, capitis

pulchritudine captum, quod accideret, ſi eme-

ret apertum. Sat. v. lib. 2. recoltus ſcriba ex quinque-

niro coruum deluder hiantem.

Q V D P V L C H R A C L V N E S, &c.] hæc ſunt,

quæ cupidum equi emtorem inducere

poſſunt: & ita deſcribitur pulcher equus à Virg.

3. Georg. ill. ardua ceruix, Argutumque caput, brevis

aluis, oblique terga. Itaque reges inſpicunt equos

opertos. Animaduertendū clunes, ab Hor. vñſur

pari genere fæmineo, quod notat Nonius.

A R D V A C E R V I X] Xenoph. eo, quem ſu-

prā commemorauit, libro, Σπορε μιν τὸ σύγγε-

διὸ αὐχένι αὐτῷ μη, ἀστρεψ κατεργασθε,

τε περιποιοι, ἀλλ' ἀστρεψ ἀλεκτρυνίων, ὅρος

τερψ τὸν κεφαλὴν, id eſt, à peccore autem

ceruicis quidem eius ne, vt apri, prona, ſeu præ-

ceps nata ſit, ſi partes earum ſuperiores admo-

dum ſint ornatae, magnifica, affabre factæ: fun-

damenta autem ſint virtuosa, malè materiata, ac

ruinosa: ſic & equus bellicus inutilis ad bellum

futurus eſt, ſi ſit *χειρός*, id eſt, pedibus virtuolis

etiam ſi cetera omnia eius membra ſint optima,

ac præstantiſſima. ſic in lib. de arte poētica, ſimi-

litidinem ſumit à regibus. Reges dicuntur multis

virgere cululis. Et torqueare mero, quem perfixe labo-

rent, An fit amicitia dignus, ſi carmina cōdes, Nun-

quam, &c. ſic M. Tull. frument. in ea parte, quæ

eft, vt interpretatur Eustath. in *ἀρδυxερες*: duos

equos arduis ceruicibus: & Virg. eo, quem paul-

lo antè poſui, loco, illi ardua ceruix, &c.

H O C I L L I R E C T E, N E C O R P . &c.] id eſt, hinc illi morem recte instituerunt, vt ne-

quis venustissimas corporis parteis in equo aa-

cuitiſſimè cernat, virtuosas autem, & imbecillas

prætareat.

L Y N C E I S O C V L I S] acutissimis. Idas, & Lynceus Apharei filij: quorum Lynceus minor natu tam acuta oculorum acie fuisse traditur, ut ea per densos etiam queretur locis trucos, ac stipites, atque adeo usque ad inferos vim suam exprimeret. vide Paulan. Mess. de Lynceo. Apoll. lib. i. Argon. Lynkeus δι καλαμάτης ονείρος Ούππασον, εἰ ἐπέρι το πέλευς κλέος, αὔρα κένον Πρίδιας καρύπεδος οὐρανός αὐραλέθης. id est, Lynceus autem acutissimus instruxit erat à natura oculis, siquidem verum est quod de eo ferunt, illum facile etiam sub terram ad inferos oculorum aciem contendisse. Theocr. διονύσ. ἀκρίτης οὐππασοι Λυκέως, id est, acribus oculis Lynceus. & Pind. Nea. εἴδ. i. κείνης γέρης θονίων γένεται οὐππασοι. Aristoph. in Pluto. B. Βλέποντος στονέλαιον τον Λυκέων. Erasmus hic legit Lyncei, non Lynceus, ego utramq. lectionem probabilem esse puto: sed hanc recipram magis Horatianam.

H Y P S A C A C I O R , &c.] cæcis oculis ea quæ mala sunt, cernas, id est, non cernas. tale est illud Od. 7. lib. 3. nam *leopulus* furius Icarus audet adhuc integer. Hypsæam mulierem conicere licet cæcam fuisse, vel parvum vidisse: nihil autem, præter coniecturam, comperti de ea habemus: nisi quod Porphyrio tradit, Planciam Hypsæam vitiulos oculos habuisse: quam hic εὐ πραγματεῖ carpit Horat.

O C R V S , O B R A C H I A .] hæ sunt exclamations admirationis plena, hominis togatas conjectatis portiis, quām marronas: & in togatis alia probantur: alia improbatas: quæ quidem potestas cuius datur, cūm in eis licet nō solūm crura, utpote quæ brevioribus vestibus vrantur, sed etiam reconditas corporis partis spectare: quod idem non licet in matronis.

V E R Ú M D E P Y G I S , N . B .] hæ sunt improbat amator in togata. depygis est, quæ nates habet macras, gracileis, & depressas; iccirco rei scienda nota sunt contraria pueræ illæ καλλιπυργοι, id est, pulchris natibus, apud Athen. lib. 12. quæ cūm pauperis patris filiae, atque indotatae: non alio nomine præclaræ & splendide fuerint collocatae, quām quod à duabus fratribus honesto loco natis, καλλιπυργοι habitæ, & repertæ sunt. ex quo templum Veneri posuerunt: quām καλλιπυργοι nominarunt. mulierem depygem καλλιπυργοι & λατρόπυργοi appellat Arithophanes. pyga nomen Græcum est, quo nates significantur. viri eo infra Horatius hac sententia. Ne nummi perirent, aut pyga, aut denique fama, ex quo mox verbum obscenum, quo viri Theocritus εἴδε. Depygis autem habent aliquot libri veteres, quod æquè rectum est. nam u Græcum, est u Latinum.

N A S T A] nasus nitidum longus in pueræ, aut muliere, non laudatur. Catulli. Salua nec minimo pueræ. nec pes longior. idem Catulli, ibid.

Nec bello pede, Nec nigris ocellis, Nec longis digitis. sic

A Theocritus, εργατηρις, η θεραπαι. Martis τοι τὰ γύψα γενετέλαιον η καλαμάτη: id est, nocte tibi adiacet vates in calamis nascens & habitans: hoc est locusta: ad quem locum notat interpres: εἴδε ἄλλης εἰ τὴ καλαμάτη γένεθλην. τοι καλέται ματις, λοτος οὐδὲ &c. sequitur Εἴδε καλαμάτη κατεύκτης τοις ἔμφροσοις πόδας ἔχουσι, καὶ λεπίδος καὶ συνεχῆς αὐτοὺς κακόσια: id est, Est autem locusta, quæ in calamis nascitur, & vates appellatur. Fortasse igitur, &c. Est autem pallida seu viridis, & longis pedibus, & gracilibus, & assidue eos mouens.

M A T R O N A , P R A E T E R] id est, ex omnibus autem matronæ membris nullū præter faciem aspicere licet.

N I C A T I A E S T] hæc matrona præter decolor veste breuissimo vtebatur, vt crurum pulchritudinem in promtu haberet, arq. ostentaret. iccirco ab Hor. vrbane notatur.

D E M I S S A V E S T E] longa, & talari veste quæ mulierum, & maximè matronarū propria est: vt supræ diximus, ibi *Malthinus tunicus demissus*, &c. Nam meretrices brenioribus vtebantur, vt & paullo ante diximus.

S I N T E R D . P .] si matronam amabis: si matronæ concubitum concupisces: qui & lege vetitus est: & multis difficultatibus obseptus, atque obuallatus.

V A L L O C I R C Y M D A T A] difficultia expugnati. tralatio ducta à re militari.

H O C] difficultas potiendi.

M V L T A T I B I T V M O F F I C I E N T R E S] quidam libri veteres habent, *tum officiant res*: que scriptura ferri potest: nonnulli *dum officiant res*: que reliqua est. alii omnes, vt vulgati, & vt edidimus, *tum officiant res*.

C I N I F L O N E S] cineratij, qui calamistris crineis inurunt.

S T O L A] velfis muliebris, vt diximus. Mi Tull. Philip. 2. & tanquam stolam dedisse, in matrimonio stabili & certo collocauit. ex quo Caesar Caligula Liuiam proauiam suam, *stolam* non minare solebat, significans, cum mulierem esse astutissimam.

P A L L A] hæc appone distinctionis notam. εἴ autem palla, mulieris honestioris vespimentum, inquit Non. Marcellus.

P L V R I M A] plurima denique alia, quæ tibi obstant, quominus totum matronæ corpus planè, & purè abs te perspici possit.

I N V I D E A N T] tralatio est, obstant, ac prohibeant, quo minus tibi res purè appareat.

A L T E R A] togata, seu meretrix.

N I L O B S T A T C O I S T I B I ,] sic milib videretur distinguendus hic locus: non, vt in vulgaribus: in quibus distinctionis nota locatur post verbū *obstat*. erant autem Coæ, vel, vt alijs volūtæ. Cœæ vestes, tenuissime, molliissime, ac delicatissime: & vcluti vitreae ac pellucidæ, à Co, vel Cœo insula,

insula, vbi fiebat, sic appellat. Tibul. lib. 2. eleg. 3. illagerat vesteis tenues, quæ feminæ Coæ texunt, auratas diffoſuitque vias. Taleis vesteis, vtreas appellat Varro. quorum vitrea togæ ostentant tunica clausos. Sed nō celabo lectorein, quosdam libros veteres habere: Altera nil obstat. Chlorin tibi pane videre est, vt nudam. quæ scriptura non est rei-cienda.

M E T I R I P O S S I S O C V L O L A T V S] ita omnia habet in promtu, vt solo asperci, longo, an breui sit latere, iudicare possit.

P R E T I U M Q V S ,] suprà dixit eam aperte, quod venale habet, ostendere, & mercem sine fisco gestare, quo circa conuenienter nunc pre-tij nomine vtrit.

L É P O R E M V E N A T O R] verba sunt a-motoris matronarum.

P O S I T V M S I C] sic appositum, id est, sine cursu, & labore venationis sibi appositum: vel ita positum, vt manu capere possit: sed priorem explicacionem magis probo. & ita vsuperpauit sat. 2. lib. 2. *Vix tamen eripiam*, posito paucone veliquin *Hoc potius, quām gallina, tergere palatum*, & satyra vlt. lib. 2. *Pividimus et merulas ponit*, et sine clune pa-lumbes. sic autem, accipendum *deus nō*, vt Od. 11. lib. 2. *sicutem sic temere*. Talis erat Xerxes ille Darij filius: (sic parvis magna cōponere licet:) qui negabat se caricas Atticas gustare velle ve-naleis ad se allatas, & ita sibi appositæ: sed tum demum se libenter & iucundè comedurum, cūm eam terram, quæ eas genuisset, & exulisset, armis partam obtineret.

C A P T A T , E T A P P O N I T] hunc locum in omnibus libris, & manuscriptis, & excusis de-pravatum restituī, vnius litteræ immutatione fa-ceta, coniectura dunitaxat ad veram scripturā du-ctus, à nullis codicib. adiutus, miror autem tam manifestum mendū, vel, vñquā admissum esse: vel semel admissum, rádiu in codicibus hæfisse. Ne longum faciam, huius loci sic emendant hæc sententia est. Quemadmodum (inquit amator matronarum) venator in mediis frigoribus, al-tissimisq. niuibus lépore se etet, id est, sectari non recusat: quem, si ei ab alio captus, & sine ip-sius labore detur, arque apponatur, ne tangere quidem velit: nunc autem per nūc, & frigora-sectatur, & captat, atq. ita captum summa cum voluptate sibi apponi iubet: sic ego feminas in medio positas, & meretrices sperno: matronas, quæ non nisi cum labore, & periculo expugnat, peto, & perseguo. ita locutus est sup. Od. 2. epod. *Pavidamus lépore, et aduenam laqueo gruem, Iuunda caput premia, & proximo verfu idem verbum vsuperpat*. Cum ego hæc scripsisse, & edidisse quartuor abhinc annos, vir quidam doctissimus à me dissentiens, Pseudacronem se-cutus, vulgatam huius loci explicationem iam à me exploiam, & abiecam, deincepro excitauit, ac reuocauit in mediū, verba ipsa Acronis vsuper-pans, nihilque de suo præterea afferens. sic enim

ille: Amator, inquit, cantat quomodo venator libenter se etet in nūc lépore: sic appositum in ferculo tan gere nolit: & mox addit, (hoc enim est apponit) suum a-morem effe similem, &c. sequitur deinceps. & cū versiculos dicat, sati indicat, verū superiores pro cantico accipi debere, ut explicauit. haec tenus ille. Ille vero vehementer fallitur, cum suo Acrone, cuius verba cadentia tollit: & piget me toties explicacionem tam absurdā refellere: Quid enim ine-prius, quām ita loqui: amator cantat, id est, cantando exponit, vt, id est, quo modo, venator se etet, & apponit, id est, addit ad superiora, quæ dixit, seu cātāt, meus amor, &c. Nam primū hoc contendo, nō posse ita Latinè dici, vt illi volunt, cantat vt, seu quomodo venator, &c. deinde apponit, pro addit, seu adiungit iis, quæ dixi, non repe-rentur in tota lingua Latina. Præterea hæc verba Hiscēne versiculi, nullo modo arguant, neq. declarant, superiora illa esse cātāta. Nam si hoc vereum esset, personæ omnes, quas hæc loquentis facit Horatius, cātarent, cū versiculi sint: quod in euptu atq. absurdum dicitu est. Postremò in his verbis, meus est amor huic simili, est ἀνταδοσία. At inter similitudinis partem eam, quæ alsumta est ad aliquid illustrandum, & ἀνταδον, id est, redditionem, nihil debet ex persona scrip-toris interponi, quod hæc fieri volunt, essent enīm hæc Horatij verba, *Cantas et apponit*, illorū ratione. Maneo igitur in sententia, & dico, *captat legendum esse, & apponit, explicandum, apponit ad comedendum, & cetera, vt suprà*. Nam piget eadem toties inculcare.

H I S C Ē N E V E R S I C V L I S] loquitur nunc Horatius, & fortasse hæc verba locum errori, & errato dederunt Acroni, & Porphy. & iis, qui eos fecuti sunt.

N O N N E C V P I D I N I B V S S T . N . M .] id est, nōne cupiditatem sunt aliqua naturales, eadēmq. à natura finitæ, ac terminatæ? Non sum fecutus eos codices veteres, qui habent, statuat.

Q V E M , Q V I D L A T . S I B I , Q V I D S . D .] id est, quem modum, seu finem cupiditatū, vñlius est quārere, & superuacanas, minimēq. necessarias cupiditatem amputare, subaudiendū, quām cupiditatem habere infinitas, minimēq. necessarias. modus autem cupiditatū in eo positus est, vt experiamus ea, quæ natura desiderat, & quib. sine dolore carere nō potest: ea non experiamus, quibus facilè potest carere. hunc igitur locum sic explicò studiorum cau-sa, quibus videri solet et impeditus, arque implicatus. nōne cupiditatibus natura modum cōstituit, quem quārere, videlicet quid natura sibi deesse ferre possit, quid sit dolitura deesse, id est, qua re facile carere possit, quæ non possit: & discernere inaniam, ac superuacuam à plenis & necessariis, vñlius est, quām cupiditatibus inanibus, minimēq. necessariis aestuare?

I N A N E A B S C I N D E R E S O L D O I] id est, inaniam ab iis, quæ sunt plena, ac solida relecta-

re:inanis est cupiditas esuriens, verbi causa, poscere phasianum, paonem, acipenserem, & similia: inane est sifienti, vinum Falernum, Calennum, Lebium desiderare: necessarius est esuriens, sifienti aqua: & harum rerum copia plena & solida est, illarum autem inanis, vide annotat. ad illum locum: addit, Quae humana sibi delect, &c. satyri.

NVM, TIBI CUM FAVCEIS V. S.] inductione probat, cupiditates non necessarias esse circuicandas, & resescandas, neque eis esse villo pacto obtemperandum, hoc modo: quis sifienti malit sit enecari, quam non ex quolibet vase bibere: quis esuriens nolit alio cibo, quam paone, aut rhombo famam explere? Quis igitur libidine inflamatus, cum ei superpetat, & pretest sit ancilla, cuius complexus libidinis flammam restinguat, malit cupiditate rei venerea excruciar, marrone concubinum expertus, arque expescans, quam præsenti, & parato remedio vti?

FASTIDIOSI] fastidiosè aspernaris, ac reicis, ut suprà Od. i. lib. 3 somnis agrestium Leni virorum, non humilem domos Fastidit, &c. epist. ad Iul. Florum lib. 1. Fastidire lacus, & rivos: aysus aperios, & Satyri prox. si nos debemus amici, si quod sit, vitium non fastidire.

TENTIGINE RVMP] tentigo à rendendo est nominata: que significat hoc loco libidinem ardentissimam, per quam alicui penis valde intenditur. Periculum est autem, ne, qua nimium tenduntur, rumpantur, hoc igitur periculum, atque hunc tentiginis dolorem, vt parabili & facili concubitu leuet, ac minuat, suader, secundum ac nefarium illud in Priapeis. Turpe quidem factu: sed, ne tentigine rumpar, &c.

PARABILEM] que facilè parari potest, & que paruo constat, ev. p. c. v. ev. v. v. v.

ILLAM POST PAULLO, SED PL.] id est, illa autem Venerem, seu mulierem, que mihi querenti, quido veniam, aut quando sit ipsa vertura, respoderet, post paulo, seu post paullum: alias quæreti facturâne sit mihi sui corporis copiam, responder se facturam, sed pluris: alias responder, se mihi gratificaturam, si modò exierit vir: hanc (inquam) Philodemus ait Gallis esse relinquentiam, seu dandam, tam caram, ac difficultem, (mala enim solemus hostibus, & inimicis precari, vt annoruantur sup. ad Od. 2. lib. 3.) sibi autem optat eam, que, &c. Fuit autem Philodemus, seu Philodamus, philosophus Epicureus, idemq; poëta: qui cum L. Pisone aliquandiu vixit: de quo M. Tullius in orat. in Pisone. Est quidam Gracchus, qui cum isto viuit, homo, vere vt dicam, sic enim cognomi, humanus: sed rādius, quemdiu cum aliis est, aut ipse fecit, &c. & lib. 2. de finib. bon. & mal. in extr. Credo, Syronem dicit, & Philodamum eum optimos viros, tum doctissimos homines. Alij legunt Philo, demus, ait: que lectio videtur facilior quidem, & planior, verum tamen prior altera probatur magis omnibus eruditis: & fortasse

idem significat Martialis lib. 9. in eo epigr. cuius principium est, Hanc volo, que facilis, que palliolata vagans, &c. sequuntur hi versi, Postcentrum numeros, ac grandia verba, sonantem Postideat crassi mentula Burdegal. vocem Callis, alij explicant ita, vt intelligantur Cybeles sacerdotes, quia cum illi sint esuriens, facilius ferre moram possunt, in quibusdam exemplaribus antiquis scriptum est post paullum. Legenda autem sunt haec membratim, & singillatim, vt recte admonet Porfir. nempe hoc modo, post paullum: sed pluris: si exierit vir:

SIBI, QVAE NEQVE MAGNO ST. P.] id est, sibi autem optabat subandi, eam, que neq; magno constet, neque vocata, longam moram interponat. animaduerte autem, hæc feminani, que non cunctetur, opponi illi, que respondeat se post paullo véturam, aut differat in id tépus, quo exierit vir: eam, que non magno constet, ei que plus poscat, quam solita sit, aut quam amator promittat.

MVNDA HACTENVS, &c.] tantam munditiem, tantumq; ornatum adhucens, vt neque cerussa malas candeferat, aut villa alia re mulierebri expoliat, neque veram corporis statutam crepidarum altitudine angeat: que duo in vxore sua improbat Ischomachus apud Xenophon. in Oeconomico, his verbis: ἐγώ τοιούς (εφη) ἔδωποτε αὐτίκιον, ὃ Σάρκαρτες, εἰστρέψαντες πολλῶν ἀνθρώπων, λευκότερος ἢ δοκεῖ εἶναι, ἢ τολλή δὲ ἐξχρόνιος ὅπως ἐρυθρότερος φαντοριον τὸν αὐτούς. Τοῦτο μέντοι δὲ εὔσοιαν οὐλαδόπτως μείζων δοκεῖ εἶναι, ἢ ἐπερύκη, εἴτε μείζων, ὃ γυναις, &c. καὶ εὐετοῖς νόμιζε εἰπεῖν, ἐπον ὁ Ἰχόνιαρχος, ὃ γυναις, μέτρει λιμενίδης, μέτρει ἐξχρόνιος ζεόματι ἡδεῖς μᾶλλον, ἢ τῷ σαὶδει, ego igitur (inquit) cum aliquando, ὁ Socrates, eam vidisse multa cerussa sufficeret, vt candidior: multa anchusa, vt rubicundior, quam re vera esset, videretur: calceis autem vtentem altis, vt maior, quam nata esset: dic mihi, inquam, yxor, &c. me igitur hoc dicere puta, inquit Ischomachus, ὁ vxor, neque cerussam, neque anchusam mihi tuo colore esse iucundiorum, eodem pertinent illa Propert. lib. 1. Quid innat ornato, &c. Naturæque decus mercato perdere cultu: Nec sinere in propriis membra nitere bonis: idem lib. 2. vt natura dedit, sic omnis recta figura: Tuypi Romanæ Belgicus ore color.

HAC VBI SVPPOSVIT] vtitur eodem verbo ad eandem rem Catullus, Noli admirari, quare tibi fæmina nulla, Rufe, velut tenerum supposuisse femur. sentientia autem huius loci haec est, Hæc vbi dexteram corporis partem, seu dextrum latus, meo latere lauso suppositum, ita vt haec mihi sit laua, ego ei dexter: mihi Ilia & Egeria instar est. Quidam hic significari putant Veneris modum omnium simplicissimum, ac facillimum, vel Ouidij iudicio. sic enim ille lib. 3. de arte amandi, Mille modi Veneris: simplex, minimus, laboris, Cum iacet in dextera-

trum

trum semispina latus. sed vt cū Ouidio congruat Horatius, legendum videtur, dextrum corpus mihi levo, in Tornes. quidam lauo ascriptum reperi.

NEC VEREOR] quidam libri calamo exarati habent, Nec metu, quod idem valet: & fortasse magis ad hunc locum quadrat.

RECVRRA] fortasse aliquid de vxoris impudicitia vel per se suscipias, vel etiam ab aliquo domestico, aut vicino certior factus.

IANVA FRANGATVR, &c.] ianua frangatur à viro redeunte, vel adulterum & vxorem vñā cum eo comprehendere cupiente: vel eo quod sibi fores tardius aperiantur, calcibus & faxis eas pulsante. Ianua, primus est dominus ingressus, dicta à Iano, cui omne principium dicatum est, vt scribit Servius quodam loco commentar. in lib. 1. Aeneid.

VEPALLIDA] sic restituimus, auctoritatem veterum lib. Vatic. Iann. Faern. Tornes. & aliorū omnium, quamvis ve pallida diuīsi legatur, securi, atque haec scripturam agnoscent Porphy. & Acror. Et certe sine librorum manu scriptorum testimoniō, ex ipsa orationis struttura, atq; ex verborum cursu facile erat hoc mendum tollere, nam totus hic sermo est accidens ab illis verbis, vir rure recessat, vsque ad hæc, egomet mi.

ve pallidus autem idem ferè valet, quod malè & miserè pallidus: vel aliquantū pallidus, nam ve, in compositione interdum auger, interdum minuit, vt in his, vesanus, vecors, vegrandis, quod proximum nomen item emendauimus in oratione de leg. Agrat. contra Rull. ad popul. Nam cum antea legeretur in omnibus exempl. vulg. quem hominem vt grandi macie torridum, sive horridum, &c. nos viris doctissimis probauimus conjecturam nostram, qua est, legendum esse vegrandi. Pompeius Festus præterea nomine vegrande, ait significari vel male grande, vel parum grande, vide eundem in nomine vesuli, & vesci.

ONSCIA] ancilla, vt sat. 7. lib. 2. peccati conscia herilis, animaduerte autem hoc loco esse pulcherrimā antithesim, mulier vepallida lecto defiliat: ancilla culpæ herilis conscia, se miseram exclameret, necmē ancilla, cruribus metuata: illa autem, necmē vxor à viro suo deprehensa, dotti, amitterebant enim dotem maritæ in adulterio deprehensa, sed eas interficere viro ne deprehendas quidem, licebat iure ciuilis: patri licebat.

DISCINCTA TVNICA] magna adulteri trepidatio, magnusq; timor exprimitur, qui ita vrgatur à viro, vt distincta tunica, & pede nude fugere cogatur. Non solebant autem veteres in publici distincti prodire, notum est illud, distincta vestis, distinctus animus. Postremò milites, qui fugarant, aut, qui flagitium aliquod aliud militare admirerat, distincti sub iugo trahiri cogeabantur.

NEVMMI PER. AVTPYGA, &c.] id est, ne pecunia multe, néve, si soluero non sum, pudicitia mihi eripiatur, aut ne nateis meas

percurrant raphaniq; mugiléisque, vt ait Catull. aut denique ne damner lege Julia de adulteriis.

AVTPYGA] pyga, πυγὴ, Græcum nomen est, quod nateis significat, nōnulli codices antiqui habent, puge, Latinis literis scriptum, sic supra eadem Sat. Depug.

FABIO VEL IVB; v.] etiam Fabio iudice obtinebo, miserum esse deprehendi: qui fortasse fuit aliquando deprehensus, quod autem ad loquendū genus attrinet, sic loquitur Liuius lib. 27. Quem tum principem ciuitatis esse, vel Annibale iudice, vñtrum effet, & Hor. sat. 3. lib. 2. Vincit enim, stultus ratio insinare nepotes, & Sat. 3. lib. 1. Nec vincet ratio, tantumdem vt peccet, id ēque, &c. C. Marius ad Cicer. epist. lib. 2. Id quidem me cupere, nisi anteacta vita, & reliqua mea p̄st tacent me probat, dicendo vincere non possum.

SATYRA 3.

Eos primū reprehendit, qui quin ad sua ipsorum virtutia conniveant, in alienis videndis acumine oculorum valent. Deinde amatorum & patrum exemplo leniora virtutia in amicitia dissimulanda esse docet. Postremò ad reprehensionem Stoici paradoxi delabitur, quo paria esse peccata dicunt.

O Mnibus hoc vitium est cantoribus, inter amicos

Vt numquam inducant animum catare, rogati:

In iubis numquam desistant. Sardus habebat

Ille Tigellius hoc. * Cæsar, qui cogere posse petret per amicitia patris, atq; suā, nō Quicquā proficeret: si collubuisse * ab uno Vsq; ad mala * citaret, Io Bacche, modo summa

Voce, modo hac, resonat chordis que quat tuor ima.

Nil aquale homini fuit illi: * s̄pē velut, Currebat fugiens hostem: per s̄pē velut se

* Iunonis sacra ferret, habebat s̄pē ducentos, (trarchas, frigus,

s̄pē decem seruos, modo reges, atque te Omnia magna loques, modo, sit mihi mēsa triplex, &

Conchalis puri, & toga, que defendere, Quavis crassa, queat decies cetera dedisse

Huic parco, paucis contēto: quinq; diebus

Cc iii

s̄pē enim virgines, amantes, bacches, subiectas Iuno

Nil erat in loculis: nocteis vigilabat ad ipsum.
 Mane: diem totum sterrebatur. nil fuit unquam
 Sic impar sibi. nunc aliquis dicat mihi,
 quid tu?
 Nullane habes vitia? immo alia, et for-
 tasse minora.
 Menius absentem Nouium cum carpe-
 ret: heus tu,
 Quidam ait, ignoras te? an, ut ignotum,
 dare nobis.
 Verba putas? egomet mi ignosco, Menius
 inquit.
 Stultus, et improbus hic amor est, dignus
 que notari.
 Cum tua peruidas oculis mala lippus in-
 unctis,
 Cur in amicorum vitius tam cernis acutus,
 quam aut aquila, aut serpens Epidau-
 rius? at tibi contra
 Euenit, inquirant vitia ut tua rursus et
 illi.
 Iracundior est paullo, minus apius acutus
 Naribus horum hominum, rideri posset,
 eo quod
 * Rusticus togo toga defluit: et male laxus
 In pede calceus heret. at est bonus, vi me-
 lior vir
 Non aliis quisquam: at tibi amicus: at
 ingeniū engens (ipsum)
 Inculto latet hoc sub corpore. denique te
 * Concute, numqua tibi vitorum inseue-
 rit olim
 Natura, aut etiam consuetudo mala. namq;
 Neglectis vrenda filix innascitur agris.
 Illuc praeuertamur, amatorē quod amice
 Turpia decipiunt cecum vitia: aut etiam
 ipsa haec
 Delectant: veluti Balbinum polypus
 Agnæ.
 Velle in amicitia sic erraremus: et isti

A Errori nomen virtus posuisset honestum.
 At pater ut nati, sic nos debemus amici,
 Si quod sit vitium, non fastidire. strabonē
 Appellat patum pater: et pullum, male
 parvus
 Si cui filius est: ut abortiuus fuit olim
 Sisyphus. hunc varrum, distortis cruribus:
 illum
 Balbutit scaurus, prauis fultū male talis.
 Parcius hic viuit frugi dicitur. inceptus,
 Et iactatior hic paullo est? coccin⁹ amicis
 B Postulat, ut videatur. at est truculentior,
 atque
 Pl⁹ aequo liber: simplex, fortisq; habeatur.
 * Caldior est: acreis inter numeretur. op-
 nor
 Hec res et iugit, iuctos et seruat amicos.
 At nos virtutes ipsas inuertimus: atque
 * Sincerum cupimus vas incrustare. pro-
 bus quis
 Nobiscum viuit multum est demissus ho-
 mo. illi
 C Tardo, cognomen pinguis damus. hic fu-
 git omneis
 Infidias, nulliq; malo latus obdit apertū?
 (Cum genus hoc inter vita verisetur, ubi
 acris
 Inuidia, atq; vigent ubi crimina (pro bene
 fano,
 Ac non incauto, fūtū, astutūq; vocamus
 Simplicior quis est? (qualem me sepe
 libenter
 Obtulerim tibi, Mecenas) ut forte legere
 Aut tacitū* appelleat, quoniam sermone mo-
 lestus?
 Comuni sensu plane caret, inquisimus. eheu
 Quā temere in nosmet legem fancimus
 iniquam!
 Nam vitius nemo sine nascitur. optimus
 ille est,
 Qui minimis urgetur. amicus dulcis, ut
 equum est,

Cū mea compenset vitiis bona, pluribus A equi.
 hisce,
 (Si modò plura mibi bona sunt) inclinet,
 amari
 Si volet. hac lege in trutina ponetur eadē.
 Qui, ne tuberib⁹ propriis offedat amicū,
 Postulat, ignoscat verrucis illi⁹. et quā est,
 Peccatis venia poscentē, reddere rursus.
 Denique, quatinus excidi penitus vitium
 ira,
 Cetera itē nequeūt stultis herētia: cur nō
 Ponderibus, modulīsque suis ratio vi-
 turā, res
 Nam fuit ante Helenā cunnus tēterri-
 ma belli
 Causa: sed ignotis perierūt mortibus illi,
 Quos Venerem incertam rapienteis mo-
 re ferarum, (rus.
 Viribus editior cedebat, ut in grege tau-
 Iura inuenta metu iniusti fateare necesse
 est,
 Tempora si, fastosque velis euoluere mundi.
 Nec natura potest iusto secernere iniquū,
 * Dividit ut bona diuersis, suangienda pe-
 tendis:
 * Nec vincet ratio hoc, tantudem ut
 peccet, idemque,
 Qui teneros cauleis alieni fregerit hontis:
 Et qui nocturnus diuum sacra legerit.
 asit (equus:
 Regula, peccatis quae panas irroget
 Nesutica dignum, horribili sectore fla-
 gello. (subire
 Nam, ut ferula cædæ meritum maiora
 Verbera, non vereor: cū dicas esse pareis
 res (neris
 Furta larociniis: et magnis parua mi-
 Falce recisurum simili te, si tibi regnum
 Permittat homines. si diues, qui sapiēs est,
 Et tutor bonus, et solus formosus, et est
 rex: (ter, inquit,
 * Cur optas, quod habes? nō nosti, quid pa-
 ce iiiij

Chrysippus dicat: sapiens crepidas sibi numquam, (*quod?

Nec soleas fecit: sutor tamen est sapiens.

Vt, quamvis tacet Hermogenes: cantor tamen, atque (fer,

Optimus est modulator: ut Alfenus va-Abiecto instrumento artis, clausaque taberna,

*Sutor erat: sapiens operis sic optimus omnis Est opifex solum: sic rex. *velliū tibi barba*

Lasciu pueri: quo tu nisi fuste coerces, Virgeris turba circum te stanre: misér que

**Rumperis: & latras magnorum maxime regum.* (natum)

*Ne longū faciam: *dum tu quadratē la- Rex ibis: neque te quisqua stipator, ineptū Prater Crispinum, sectabitur: Et mibi dulces*

Ignoscet, si quid peccauero stultus, amici:

Inq. vicem illorum patiar delicta libeter:

Priuatisque magis viuam te rege beatus. et c.

SARDVS HABEBAT ILLA TIG.] C Totum hunc locum profert Seneca epist. i. lib. 22. sub extr. vbi de hominum inconstancia disserit.

CÆSAR, QVÍ COGERE P. & C.] Caesar, qui cogedi potestatem haberet, si enim orarer per amicitiam Iulij Cæsaris patris, & suam, ab eo non impetraret, vt caneret.

PATRIS] auunculi sui natura patris iure ci- uili, id est adoptione.

AB OVO VSQVE AD MALARIA] prouerbium est, quod valer, à prima mensa ad secundam. M. Tull. lib. 9. epist. ad Varro. *Integram fa- mem ad ouum afferro.* Apponebant enim etiam veteres oua in prima mensa: quod vel ex Atheneo lib. 2. cognoscere licet. quamquam idem tradit. lib. 14. etiam in secunda mensa apponi solita, his verbis, *Διδότα δέ της ἀδελφής τοῦ θεοῦ την πρώτην καταπλάκην.*

CITARET IO BACCHE] probabile est carmen quoddam fuisse in laudem Bacchi hoc principio, *io Bacche: aut, in quo haec voces identem iterantur.* Quia autem *io Bacche* vocandi casus est, verbo citandi aptissimum, & conuenientissimo vius est: proinde ac si diceret Horatius: *Tigellius ille, si ei collubisset, carmina in Bacchi laudem caneret, Bacchumque identidem appellaret, atque inuocaret. io autem vox est, luctitiam animi significantium, vox triumphantibus gratulantium, vox inclamantium, & inuocantium. Tibull. Agna cadet, vobis, quam circum*

A *rufica pubes clamet io, meffie, & bona vina date. Ita & triumphibus acclamabat io triumphus, vt supra annos ad Od. 9. epod. sed Adr. Turnebus existimat legendum, *io Bacche.**

MODÒ SVMMMA VOCE, MODÒ H. R.] modò acutissima, modò grauissima voce. Intellege, hunc Tigellium hoc loco vno tempore & voce, & fidibus cecini: organo quo quatuor chordarum, quod *τετραχοδον* appellant Græci, vnum esse. refonat autem excludendum curaui codices veteres securus; ex quibus tamen nonnulli habent refonet.

NIL A EQVALE HOMINI F.] erat sibi ipse inaequalis, inconstans, varius, multiplex, nullam vitam aquabilitatem retinens.

SAPE VELVT Q.] ordo verborum hic est. Qui sape currebat, velut fugiens hostem.

PERSA DE VELVT, SI IVN. S F.] persæpe ita incedebat, quasi Iunonis sacra ferret. eas ante virgines, quæ Iunonis, aut Cereris sacra cerebant, quæ *γυγηφοποι* dicebantur, vt notauimus ad illum locum, vt *Attica virgo Cum sacris Cereris* &c. sat. 8. lib. 2. tardissime incedita solitas esse, declarat locus ille M. Toll. Offi. i. canendum est, ne aut tarditatibus viam in ingresso mulieribus, ut similes pomparum ferulis esse videamus: aut in festinationibus suscipiantur nimias celeritates, & illud *ηπειροβασικεν*, id est Iunonum incedere: & illud Virg. lib. 1. *Απέργος, qua diuinum incedo Regina,* et c.

HABEAT SAPE DVCENTOS, & C.] Totum hunc locum profert Seneca epist. i. lib. 22. sub extr. vbi de hominum inconstancia disserit.

SIT MIHI MENSA TRIP.] qualis est pauperum, & tenuium. Ouid. Metam. 8. mensa succincta, tremensque Ponit annus: mensa sed erat perstans. *Testa parens fecit.*

CONCHA SALIS FVR 1] concha salis, id est, ex concha salinum, supra Od. 16. lib. 2. viuit parvo bene, cui paternum splendet in mensa tenui salinum. per cocham salis puri, tenuem viustum, parvumque apparatum significat, talis enim est pauperum vietus & apparatus, panis & sal pro obsonio. vt saty. 2. lib. 2. cum sale panis Lustrantem stomachum bene leniet. Et Plutarch. Sympos. xvii. *Διεύθεστοι τοι οἱ λαοὶ τὸν λαῶν ὄντος ἐνεργείαν.* Διεύθεστοι εἰνοι, ταχογράφοι εὐτελεῖς, οἱ τῆς τροφῆς εὐαγγελιστοὶ παισιον, id est, videtur enim sal aliorum: opsoniorum obsonium & condimentum esse. Quocirca & cum gratias appellant nonnulli, quia victum enim, qui necarium est, dulcem efficiunt.

FVR 1] cur puritanus quid res puras & incorruptas conferuet, & iccirco appellatur à Lyco-phroni *ἀγνήτης*, & ab Homero *θεος* per purum, merum & solum & simplicem, & sine ylo, alio obsonio: coniunctum significat, vt sal purus, solus, & simplex obsonij loco sit: quod probabilius est.

DEFENDERE]

D E F E N D E R E] id est, arcere, & propulsare, vt supra Od. 17. lib. 1. *Defendit astem capillis.*

D E C I E S C E N T E N A] decies centena se- stertia, id est, decies centum millia nummum: qua efficiunt circuite xxv. aureorum Gallicorum, aut Italorum millia. usurpabatur à veteribus pro ingenti summa. de festorio autem plura ali- libi dicemus.

H I C P A R C O P. C.] *εἰρηνικός*: vel qui paulo ante tam parcus, & tam paucis contentus erat.

S I C I M P A R S I B I] sic inæquale, atque inconstans.

M A E N I S A B S] si Maenius recta & emenda scriptura, credibile est hic describi ab Horatio Maeuium illum, de quo Virg. in Palamone, *Qui Bauium non odit, amet tua carmina Maeui.* Sed plerique legunt Maenius, existimantes ab Horatio significari luxuriosum illum Maenius, & facetissimum scurrum, qui ex amplissimo & lautissimo patrimonio nihil sibi praeter vnam columnam exceptit, quin omne profunderet, ac dissiparet, vnde gladiatores spectaret. de eo autem plura dicemus ad epist. ad Vallam, ibi, *Mae- nius ut rebus maternis.* et c.

I G N O R A S T E] non nouisti te? sic Terentius. Heaut. Erras, si id creditis: *εἰ με ignoras Clinia.* M. Tull. Academic. quæst. lib. 4. Maiore studio Lucilius philosphia studio deditus fuit, quam, qui illū ignorabant, arbitrabantur.

I M M O A L I A ET P. M.] lib. quidem omnes vulgati habent hand fortasse min. sed aliquot verteres: in his duo Vatic. Ianno. Faen. Rainurij Card. & Torn. & Nicotian. Cleric. immo alia, & fortasse minor. quos secutus sum.

A N. V T I G N O T V M D A R E N O B I S V.] dare verba, est nihil, præter verba, dare: multa quidem & larga promittere, sed nihil re præstat: verbi iactare, ac decipere. Terentius Heaut. *Die me hīc opipido esse iniuitam*, atque fernari: *Verum aliquo patēto verba his me daturam esse, & venturam.* Lucilius. *Vni se atque eidem studio omnes omnes circumspecti etem, si forte Antilochum redire, & arti, Verba dare ut caute posint, pugnare do- lofe, Blanditia certare, bonum simulare virum se, In- dias facere, vt si hostes sint omnibus omnes. Plaut. Mechanach. *Sic hoc decet, dari facete verba custodi cate.* Ide Milite glor. *ηε μισθο μιhi.* Verba mihi data εβε- dieo.*

S T VLTVS ET IMPROBVS H. A.] hoc genus hominum, qui in aliorum ingenis, ac moribus obseruandis sunt diligentes, & acres: in suis, admodum negligentes, pulchre notat Theognis his verbis, *Νητοι, οἱ τοι εὖτε μὴ γένεται φυλακῆσι, Τὸ δὲ αὐτὸς θεον οὐδὲ Επιτραπέδαι.* id est, Stultus est, qui mentem quidem meam obseruat: suam autem non attendit. & Plutarchus lib. *ταξιδιώταις, η τὸ ἀλλοτριον, αὐτοποιει βασιλεωται τε καρονοι οξυδερκεις, τὸ δὲ θεον τοι ελέπεις;* id est, quid alienum malum, homo inuidissime, acutissime perspicis: tuum transuer-

sis, & connuentibus oculis intueris? Non abhorrent ab his illa Ciceronis lib. 3. *Tuscul. q. εἰ qui suos casus alter ferunt, atque vt alii autores ipsi fuerunt, nō sunt virtuosores, quam ferè plerique, qui auari avaros, gloria cupidos glorijs reprehendunt.* Est enim proprium stoliditatis aliorum via cernere, oblitisci suo- rum.

C U M T V A P E R V I D E A S O C. M. L. I.] huius loci hæc sententia est. Cum tua mala oculis lippientibus, & negligenter vel quasi lippus, cuius oculi inuncti, id est vñcti sunt, cernas, cur in amicorum, &c. P. Victorius lib. Var. lectio 20. ait hoc loco peruidere, id est valere, quod apud Græcos *τοι ελέπεις*, quod est, non admodum contentis oculis intueri, connuere, negligenter inspicere. Atqui apud M. Tullium 3. altam vim habet verbum peruidendi. vt lib. 5. de finib. *Intrandum est igitur in rerum naturam, & penitus, quid ea potest, peruidendū.* Et apud Lucret. lib. 1. *Peruideamus virum finitum funditus omne Con- fect, an immensum pateat, vastaque profundum.* & lib. 2. *Ex quo iactavi magis omnia materia corpora Peruidendæ.* Itaque existinatim, quod quidem pace Victorij dixerim, peruidere semper significare acutissimè intueri: sed hoc loco fieri, vt contrarium significare videatur propter has voces adiectas, *calis lippus inunctis.* sic supra dixit Od. 7. lib. 3. nam *σοφοι* *πειρωνεις* *Ιαρι* *Voices audi ad- huc integer, inucti* autem participium est à verbo *inungo*, epist. 1. lib. 1. *Non tamen iecirco contemnas lippus inungi.*

T A M C E R N I S A C V T V M] *οζυδερεῖς*: vt loquitur apud Plutarchum poëta quidam.

A Q Y I L A] Traditum est à veteribus, aquilas esse acie oculorum acutissima prædictas: easdem pullus stros nuper natos Soli admouere, cogere, vt solem aduersum intueantur: quod si facere possint, legitimos haberi: sin minus, vt adulterinos reici. Hom. quoque *Ιαδ. p. aquila* omnium avium esse oculatissimam satis declarat iis versibus, quibus Menelaum quoquoqueruntur. *Εις τοι επιδειπονεις, οι πειρωνεις, Ιαρινοι, ηε μισθο μιhi.* Verba mihi data εβε- dieo.

S E R P E N S E P I D A V R I V S] draco. oculatissimum est enim genus draconum, ex quoniam traxerunt, nam *Σφραγίδαι*, cernere est: unde dracones sunt appellati, serpentes Epidaurum dixit, vel quod *Εἰσκαπέδαι*. id est, Stultus est, qui mentem quidem meam obseruat: suam autem non attendit. & Plutarchus lib. *ταξιδιώταις, η τὸ ἀλλοτριον, αὐτοποιει βασιλεωται τε καρονοι οξυδερκεις, τὸ δὲ θεον τοι ελέπεις;* id est, quid alienum malum, homo inuidissime, acutissime perspicis: tuum transuer-

bilius est. posuit rame serpentem Epidaurum pro quo quis alio dracone. Adiuuat autem & confirmat hanc postremam sententiam Arnobius lib.7.adueris gentes.Ex Epidauro, ramu quid est aliud allatum, nisi magni agminis coluber? fidens si annualium sequimur, & explorata eis attribuimus veritatem, nihil (vt cōscriptum est) aliud. quid ergo dicimus? Aesculapius iste, quem praeclaris Deus praeftans, sanctus Deus, salutis dator, valetudinum pessimum propagator, prohibitor & extuctor, serpens est forma, & circumscriptione fructus: per terram reptans, cēno natis vt vermiculis mos est, solum mento radit & pectore, tortuosis voluminib. se trahens, atque vt pergere prorsus possit, partem sui postremam conat, prioris adduct, &c.

I R A C Y N D I O R E S T P A V L O , & C .] B huius loci hæc sententia est. Est aliquis fortasse aliquanto plus quam par sit iracundus, qui levissima de causa irascitur, & cicerio minus aptus est congressibus hominum, qui hodie vivunt, dicacium, & vrb. anorum, quia ferre non potest eorum sales & rufus, & dicta, id est, lemmata. cūm sit autem subrusticis moribus, & incuto corpore, expositus est dicacium hominum naflo. Esto igitur aliquis, tali ingenio, talique corporis cultus: ut bonus est, at tibi amicus est, at ingenio præstat. est igitur ferendus & amadus.

M I N V S A P T . A C . N A R . H O R V M H o m .] minus aptus huicse ærat hominum urbanitati atque irrationi, qui sagacissime aliorum mores odorantur, vitiæ vel levissima urbanè insectantur, acutæ nates, sunt sagaciæ: obtusa & obesa, ad odorandum ineptiores. iracundi autem homines, inepti sunt ad congressus hominum urbanoru, & dicacium, quia si quid in eis reprehendendum est, illis quidem rideendi materiam præbent, ipsi autem ferre non possunt propter innatam iracundiam: quanto autem molestius rufus & falsa dicta ferunt, tanto magis irritantur. Alij sic distingunt, quod & mox iterabimus, iracundior est paulo, minus aptus: acutus Naribus hominum rid. p. &c. vt sit hæc sententia, Iracundior est paulo, minus aptus. id est, ineptus ad hominum congressus, quia sit aliquando iracundior: rideri possit acutus naribus hor. homi. id est, rideri possit ab istis natus, & derisoribus. Sime Bosius Lemouis autem dicebat mihi, se in suo codice perantiquo scriptum habere, Iracundior es paulo. quam scriptura nullo modo probo. vide epist. ad Mæcen. 3. lib. 1. ibi, ad hoc ego naribus vti Formido. Sed quidam sic legendum ac distinguendum existimant, minus aptus, acutus naribus hor. hom. &c. vt sit hæc sententia, Iracundior est paulo, minus aptus, id est, homo ineptus: & post minus aptus, locant interpunctionis notam, aut virgulam, aut comma: deinde ita sequitur, dñus &c., rideri possit, ed quid, &c. id est, ridiculus sit, ed quid rusticus est tonsus, quid ei toga laxa, mi-

nusque astricta pender è pectore, seu ex humeris.

R I D E R I P O S S I T E ò Q . V .] hæc verba declarationem, rationemque continent superiorum, tempe, cur sit minus tonsus ac. n. h. h. vel dic vt proximè diximus.

E O Q . V O D R V S T I C I V S T O N S O T O G A D E F L . E T M . L . I N P . C .] id est, quid & imperitus tonsus est, & toga non est apte composita, & calceos habet nimis laxos, ita vt in eis pes quasi naturæ videatur, vt loquitur Ouidius: id est, male hæreat, incertus & instabilis sit. Quidam dicunt hic Virgilium vellicari, quasi subrusticis moribus hominem.

M A L È L A X V S I N P . C . H .] si male cōiungas cum nomine latus, sic eris interpretandum, nimis, aut valde latus, vt inf. ead. Sat. male parus. Si cui filius est, & Od. 17. lib. 1. ne male dispari Incontinentes inycut manus, & Sat. 4. sulcius, & Caprius ranci male. & Sat. 5. lib. 2. male tuſiet. alias contraria habet significacionem, vt Od. 9. lib. 1. aut digito male pertinaci, id est, parum pertinaci, & epist. ad Mæcen. 3. lib. 1. vt male sanos Ascriptis liber satyris. Faunus que poëta. M. Tull. episto. ad Att. lib. 2. Sed ego odi illam male Consularem. Catull. ad Aur. & Fur. male me marem putatio. Quid. lib. 1. de arte. Et si quis male vir queret habere virum. T. Liuius lib. 35. annualium, videretis vix duarum male plenarum legiūlularum infar in castri regis. Sed omnino hoc male, cohætere debet, cum verbo hæret, vt sit hic ordo, & structura. & calcus laxus in pede male hæret. Vnum autem hoc est argumētum rusticis maiorem pede calceum gerere, vt docet Theophr. libello, quem inscripti ab illo χαρακτηρες. sic enim ille, capite πέδῳ ἀγριάτῃ, id est, de rusticitate, καὶ δρόπος τοιστος τις, οὐος μετ' τῷ πόδες τὸν διδύματα φορει, id est, rusticus eo ingenio est, vt pede maiores calceos gerat.

S V B C O R P O R E] aliquot membranæ manus scriptæ habent, sub pectore. quæ scriptura non est fortasse reiœda. pectus enim proculdubio propriæ pars est corporis, sed ex sententia Epicureorum, animi, & ingenij, & consilij sedes. Ex quo pro animo à poëta vñtpatetur. hæc scriptura tantum rusticat illud ex Sat. 6. huius lib. & latum demissi pectore claustris.

N V M Q . V A T I B I V I T , I N S .] id est, numqua virtus tibi natura ingenerit, seu ingeneruerit. malè autem Acron, siue potius pseudocrō, qui inseuerit potius esse putat pro insita fuerit. & numqua coniungit cum natura.

C O N S V E T V D O M A L A] consuetudinem malam, non intelligit vietus consuetudinem cum virtiosis, & improbis hominibus: quamvis hæc quoq; multum valeat ad animos corruptendos, vt ostendit Theognis his versibus, Οἱ γεροὶ οὐ πάντως γεροὶ οὐ γεροὶ γεροῖσιν. Αλλ᾽ αὐτοὶ γεροὶ σωθεύσονται. id est, ridiculus sit, ed quid rusticus est tonsus, quid ei toga laxa, mi-

nuscuntur: sed ex eo virtiosi sunt, quid cum virtiosis familiaritate coniuncti sunt: sed consuetudinem pec- candi: de qua Aristot. lib. 3. de morib. ad Nicomach. his verbis, ἀλλὰ τούτους γνέθησαντο εἴπιοι, ζῶντες ἀνεψιόν, καὶ τούτους ἀκολά- τους εἴπουσιν, καὶ γενεράτους τούτους τούτους. Φέροντος τούτου ὁρθότητα, οὐτε οὐτε ὅρα- γε, καὶ εἰ λόγῳ πάσας τε τραχύδεις τραχεῖσις, καὶ πάντες φωνας ἀφίεται, οὐτε μηδέποτε βάλλεται τῷ πόντον τῷ ὄρε, id est, nōn ita vos geritis aduersus formulos: nōnne hic quidem quid sit simus, venustus appellabitur, arque à vobis laudabitus illius pulchrum dicitis regium esse: alium, qui medius inter hos locatus sit, exquisitissimam mediocritatem obtineat: nōnigos autem aspectum virilem præ se ferre: cōfandos, Deorum esse filios: iam vero eorum, qui μελιχωροι appellantur, nōnne nomē ipsum ab eo amatorē factum est, qui eius, quem amet, pallorem luridum, ac subvirent, facileque ferat, si sit ætate matura: Denique (vt uno verbo absoluam) causas omnes excogitatis, vocesque omnes mittitis, vt ne quis eorum, quorum artas floreat, de manibus vestrīs elaboratur. Huc pertinent qua Lucretius scribit lib. 4. Multis modis igitur prauas, turpēisque videmus esse in deliciis summoque in honore vigere. Atque alii irrident, Veneremque suadent. Ut placent, quoniam fredo afflentur amore, Nec sua respiciunt miseri malamaxima sepe. Nigra μελιχωρος [id est mellei coloris] est, immunda, & sciatula ἀλογους, id est immunda seu inornata. Cæsa παλλαδητος [id est parua Pal- las] nernosa & lignea, δορκας [id est caprea] paru- la pumilio, πατον μια [id est vna gratiaru] tota, merum sal. Magna atque immanis, κατάστατης, [id est horsem] seu potius stuporem incutens.] plenaque honoris: balba, loqui non quiri, πενιλιζε, [id est balbutit.] mita, pudens est. At flagrans, odio, lo- quacula, λαγυνητος, [id est parua lampas] fit: Ιγνορεωνδιον [id est gracilis articula] sumfit, cum vivere non quit Pra matie: pædum vero est iam mortua tuisti. At gemina, & mamma, Ceres est ipsa ab Iaccho: simul στριλον, [id est filena] ac satyra est: labio, φιλημα, [id est osculum] His similia sunt illa apud M. Tull. lib. 1. de natur. Deor. Naues in articulo pueri delectat Alcamum. At est corporis macula ne- nus. Illi tamen hoc lumēn videbatur. Q. Catulus huius college, & familiaris nostri pater, dilexit municipem suum Rofcum: in quem etiam illud est eius. Confiteram exorientem auroram forte salutans, Ciam subito à leua Rofcius exortitur. Pace mihi licet, calefies, dicere vestra: Mortalis uisus pulchrior est Deo. Hui: pulchrior Deo: at erat, sicut hodie est, peruerſimis oculis, sic & Theocr. Et ep̄. aut. Bombyce venusta, Syram, te omnes appellant, gracilem, sole perustam: ego autem solus pallidam, & subflavam. Itaque amorem cœcum faciunt id est, quid amantes, eorum, quos amant, deformitatem tum animi, tum corporis non videant: & quid ea, quæ minimè pulchra sunt, amanti pulcherrima videantur: quemad-

modum idem Theocr. ait in Boeoliā. *τι γένεται*

πολλάκις ὁ πολύφαμε τὰ μῆ καλῶ, πέρι τε ταῦ.

P O L Y P V S] Ode 12. epod. *Polypus, an graui hirutis cubet hircus in alis.*

S T R A B O N E M A p p .] oculis peruersis ac distortis. M. Tull. lib. 1. de natura dōrum. *rede ad deos. Ecquos, si non tam strabones, at petulos esse arbitramur?*

A T T V M] pati dicuntur semiculus oculis, & vult Porphi. leuiter declinatis. qualis pingebatur Venus.

E T P U L L V M] quasi pannulum.

M A L E P A R V V S] valde parvus.

V T A B O R T I V V S F. O. S I S Y P H V S] quis fuerit iste Sisyphus, quæro: credibile est abortuum dictum esse propter corporis breuitatem. Sisyphum propter calliditatem.

H V N C V A R V M D I S T O R T I S, &c.] huc, qui distortis est cruribus, varum appellant.

B A L B V T I T S C A V R V M] balbutiendo scaurum nominat. scauri dicuntur, quorum tali exstant, seu prominent.

P A R C I V S H I C V I V I T ? F. R. D.] docet nunc, quo pacto amicorum virtutia sint verbis extenuanda, dissimulanda, ac ferenda.

I N E P T V S] quid valeat nomen ineptus apud Latinos, docet M. Tull. lib. 2. de Orat. *Quem nos ineptum vocamus, si mihi videtur ab hoc nomen habere dulcum, quid non sit aptus; idque in sermone nostro cōsuetudine perlata patet. Nam, qui aut tempus quid posse, non vider, aut plura loquitur, aut se ostentat, aut eorum, quibus cum est, vel dignitatis, vel commodi rationem non habet, aut denique in aliquo genere aut inconveniente, aut malitia est, si ineptus dicitur.*

C O N C I N N V S] lepidus, politus, eorum, qui buccum viuit, ingenio, & moribus accommodatus, commodus. Lucr. lib. 4. *Et simul ipsa viris Venus ut concinnior esset.*

T R V C V L E N T I O R] qualis ille Stratilax Plautius, à quo dicta comoedia est Triculētus. *s i m p l e x*] simplicem appellant Latinis aperum, liberum, nihil dissimulantem, omnia & eloquentem, & facientem, quæ sentit, & recta iudicat, sic item & Graci. Eurip. *Ιφίγενης αὐλή*. sub perf. Achill. *Εἰδὼς δὲ τὴν οὐρανὸν τεττάρας Τερψίχορας, ἔπειτα τὸ τέσσερας τεττάροις ἔχειν,* id est, ego autem in viri maximè pī domo educatus, Chironis, didici mores simples habere, cui contrarius duplex διπλός, supr. Od. 6. lib. 1. *Nec cursus duplicitas per mare πλύσει.* Euostath. p. 1279.

C A L D I O R] caldior, ardenter, feruidior.

H A C R E S E T I V N C I T , &c.] Plato quodam loco ait haec re amicitudinem maximè integrum, incolum èmque conferuari, si nostra in amicos beneficia, minora esse putemus, quæm iij in quos conferuntur, putant: illorum cōtrà, erga nos merita, maiora nobis, quæm illi existimant, videantur. sic Plato *τάντα φυλάκτορες, οὐδέλευτον τὸν φιλαρχούσοις.*

vincas

I V N C T O S E T S E R V . A M.] id est, Atque amicos partos & conciliatos, continet. frustra autem amici parentur, nisi in amicitia retinentur. Nam quid iuvat præda, si postea quæm capta est, elabatur ē manibus? inquit Themistius junior. *τι γένεται εἴτε κέρδος τῆς ἀγορᾶς, εἴτε κρατούσαρτες εἴτε τὴν μῆ κατερχούσαι μέρη.*

A T T V S V I R T U T E S I P .] tantum abest (inquit) vt amicoru virtutia extenuemus, leuoribusque nominibus appellemus, vt cōtrà, eorū virtutes vitiorum nominibus calumniates inquinemus.

A T Q V B S S I N C E R V M C V P . V A S .] quæ sunt suæpate natura pura, & sincera, ea per summā iniquitatē, & malitiam turpi, atque impuro tectorio deformamus, allegoria est, per quæ significat, nos, quæ sunt recta, honesta, cum virtute coniuncta, ea per improbissimam caluniam prava, turpia, vitiosa nominate. Incrustabantur autem vase vel lapide, vel tectorio, vel herba intrinsecus. Lucill. *nam vel regionibus illis incrustati calix rura, cauli ve bibeatur.* Tale ferè est illud Plautin. Mostell. *Vna opera ebur atramento confacere postulas.*

P R O B V S Q V I S N O B . V I V . &c.] bunc locum sic explicabam, vulgatā lectionem, quæ ramen nonnulli codices veteres cōfirmant, securus: quæ talis est. *probus quis Nobiscum vivit, multum demissus homo: illi Tardo cognomen pinguis damus, si quis probus, & demissus homo nobiscum vivit: illum tardum & pingue nominamus. hæc enim tardus, pinguis, dōcūs, posita mihi videbatur esse; atque ita longè maiorem vim habent, quæm si dixisset tardus & pinguis, ut infra eadem satyra, habere infusus, acerbus. Iam verò non est dubium, quin vox demissus, interduin in laude ponatur. vt apud M. Tull. pro Muræna. sit apud vos modestia locus: si demissus hominibus perfringimus: sit auxilium pudori.* Idem lib. 2. de orat. ad Q. Frat. *et que omnia, quæa proborum, demissorum, non acrum, nō pertinacum, nō litigiosum, nō acerborum sunt, sed deinceps consultis libris manuscriptis, aliter arbitror hunc locum esse explicandum. sic autem in eis scriptum est. probus quis Nobiscum vivit: multum est demissus homo: illi Tardo cognomen pinguis damus: quæ sic explico. Si quis probus nobiscum vivit: eum dicimus esse hominē demissum, & abdicetū. si quis sit tardus: cū pingue appellamus.*

H I C F V G I T O M .] In s.] si quis est cautor, & aduersus omnes in fidias, & fallacias hominum septus, ac munitus, cum inter eos homines se versari intelligat, qui bonis innidetur, & innocentis criminari solent: pro prudente, & cordato, fictū, astutumque eum appellamus.

N V L I Q V S M A L O L A T V S O B D . A p p .] tralatio est à re militari, aut à gladiatori bus, qui studiose cauere solent, debent quidem certe, ne larus apertum aduersario ostendant. Tibullus nudum larus appellat lib. 1. eleg. 4. *Si vollet arma, leni tentabis ludere dextra: saepedabis nudum,*

vincat ut ille, latus. Cæsar lib. 1. de bello Gallic. idem lib. 7. *Multis undique vulneribus acceptis, nulla munitione perfracta, cum lux appareret, veriti ne ab latere aperto ex superioribus castri eruptione circumuenirentur, se ad suis recuperent. Boj. & Tulingi, qui bonarum nullibus circiter XV. agmen hostium claudebant, & non solum præsidio erant, ex itinere nostris latere aperto aggreſi circumuenere. contrarium est latuus rectum. Terent. *Heautont. triumpho, se licet me latere recte discedere.**

C R I M I N A] criminationes, *ἐγκλήματα.* vt infra epist. ad Loll. 2. lib. 1. *VI penitus notū si tenet*

crimina, serues. **S I M P L I C I O R**] apertior, vt suprà simplex, fortisque habeatur. opponitur dupli ci, vafro, & callido. *Simplior quis est autem edendum cūrati libros veteres plerisque omnes secutus. pro quo alii habent, simplior si quis, qual.* &c.

Q V O V I S S E R M O N E M O L E S T V S .] licet haec verba vel cum iis, quæ antecedunt, cōiungere, hoc modo, vt forte legentem, *Aut tacitum appetet, quouis sermone molestus?* id est, cū sit, vel qui sit quouis sermone molestus: vel separatim legere, vt intelligamus esse verba corū, qui hominem simplicibus moribus præditum inse-stantur, & reprehendunt.

Q V A M T E M I N N O S M . L . S .] nimia (inquit) haec seueritate, & asperitate in amicos leuiter peccanteis, cōdicionem nostram efficiens duriorum, nobisque (vt ita dicam) legē grauissimam imponimus. Nam cū ab omni vieti labo nemo sit purus, nec integer, non dubium est, quin eadem lex sit in nōs valit, quæ in alios tulerimus.

N A M V I T N E M O S I N E N .] sic Theognis. *Εἴτις ἀμαρτωλοῖς φίλων ἔτι παντὶ χαλῶτο, Οὐ ποτὲ αὖλοις αργεῖοι, οὐδὲ φίλοι Εἰεῖς ἀμαρτωλοῖς τῷ σε αὐθόποιστη ἐποται Συντοῖς, κόρε, θεοὶ δὲ τοῖς ιελέσοι φέρειν.* id est, Si quis ob amicoram peccata, & ob quodius delictum stomachetur: nūquam inter nos concordes, & amici esse possimus. peccata enim, Cyrene, mortalis omnes comitantur: soli dij ferre non possunt: Idem, *Οὐδένα παυπερίου ἄχαθον, καὶ μέτεον ἄνθρακα Τὸν νῦν αὐθόποιον οὐλοῖς τοξόποιον.* id est, neminem prorsus bonum, & moderatum virum corporum, qui nūc sunt, hominum sol aspici. & auctoꝝ epigrāmatis illius, quod est in oratione Demosthi. *Θεοὶ τεῖχοι, in ext. Μηδὲν ἀμαρτῶν ἔτι φίλοι, καὶ πάντα τοξόποιον Εἰς βιοτοῖς μολέγειν δὲ οὐτε φυγεῖν ἔποει.* quos versus sic verti, *Nil peccare Dei est, neque falli in rebus agendis: sed fatus legem non licet effugere.* Et Themist. iunior oratione: *ἔτι δὲ τοι μηδὲν ἀμαρτῶν έπει τῆς φύσεως κατα τῆς αὐθόποινος, &c. quoniam igitur nihil peccare extra naturæ humanæ fortem possum est, &c.*

A M I C V S D V L C . V T A Q V . E . Cū m.] id est, quo tēpore amicus virtutes meas cū virtutis comparat, propendeat in virtutes nostras numero plureis, si modò plures sint mēc virtutes, quæm virtutia, carūmque pondere virtutia nostra.

Dd

eleuer, potest & particula cum pro coniunctione accipi, hoc modo, mea bona cum virtutis compescet: deinde sequitur ἀσυνέτος: pluribus hisce, &c. ego ramenillo modo malo.

H A C L E G E I N. T R V T. id est, hac lege, eadē erga eum adhibetur aequitas, ac lenitas, trutina nōmen est Latinū, à Græco τρυπάνη ductum: quod significat eam libra partē, per quā horsum & illorsum vergit lingula, seu examen: anfā appellant Latinī, nomine translato. Sunt enim ha libra, seu bilacis parres: trutina, træcta & paullum deflexa à Græco nomine τρυπάνη: quod nomen à verbo τρύπω, dicitū est, hoc est, fatigari, & laborare: examen, quod est lingula, quæ cùm in neutrā partē inclinatur, sed medianā pūndo responder, fit ἀσυνέτος, id est, aequamentum, seu aequilibrium: ingūm, à cuius extremitatibus pendent lances: lances binas, que à Græcis dicuntur πλάστης, & πλάστης à latitudine: in quarum altera ponitur pondus suis plumbis, sive æreum, in altera res, quæ pèndit, seu pōderatur, pendent autem lances ē iugo singulē ternis funibus ab inferiore parte in tribus punctis pari interallo inter se distan- tibus, annexæ: à superiorē autem, id est, ea, qua iugo funes adhaerent, funes in vñt colliguntur & coēunt. Q V I, N E. T V B. P R O P. id est, qui vult sibi ab amico sua peccata ignosci grauiora, ignoscat ei leuiora. ἀλληλεξι est.

D E N I Q V E Q V A T I N. E X C.] Ingreditur disputationem aduersus Stoicos, quorum vnum ē multis hoc erat decretū, omnia peccata esse patia. Quandoquidem (inquit Horatius) vi- tiis carere non possumus, neque fieri vlo pacto potest, vt peccata, sive à naturā sicut insita, sive mala consuetudine cōtracta, funditus extirpe- mus: cur nō ea distinguimus, & pro cuiusque gravitate, aut levitate pœnas irrogamus? Quidā libri veteres habebat excidi, seu excludi: quod non displicer, vt sit à verbo excludi scilicet, nō alterū, quod hīc editum est, à verbo iuncto exido, cu- ius est simplex cedo, deductum est.

Q V A T I N V S] quoniam, vt Od. 24. lib. 3. qua- tinus, heu nefas, virtutem incolument odimus. & Saty. 4. lib. 2. Quatinus in mea petit volvens aliena vitellus. C V R N O N P O N D. M O D. E S. R.] Jour non ratione peccata ponderamus, & metimur, vt pœnae sint peccatis aequales?

T E P I D U M Q V E L I G V R R. I V S] id est, paulatim & leuiter delibaret, seu exsorberet. Est enim ligurire, eleganter, & paulatim, & ferē cum fastidio delibare, ac decerpere, ἄπο τὸ λι- χερόν, quod est suave, inquit Donat. in Eunuch. ad illū locū, Quæ dum fori sunt, nihil videtur mundissim, Nec magis compostum quicquam, nec magis elegans: Quæ cum amatore suo cum sunt, ligurriunt, Harum videare ingluvem, &c. idem eadem comed. sup. Hominem hanc impuram, patria qui abligurriera, seu (vt alijs legunt) obligurriera bona: Abligurriera (inquit ille) id est, suauibus eos consumferat,

A Nam ἄπο τὸ λιχερόν est ligurrire: & λιχερόν Graci suave appellant. Nonius Marc. productus testem hunc locum, & ligurrire interpretatur, degustare. unde (inquit) abligurrire, multa audiū conseruare, vtitur Horat. hoc eodem verbo sat. 4. lib. 2. seu puer vñtis Tractauit calicem manibus, dum fuita ligurrit. M. Tull. lib. accus. 2. posuit translate, non repeteris hominem timide, nec leuiter hac improbisima lucra ligurrientem: denorare omnem pecuniam publicam non dubitauit. Hoc verbum autem duobus rr. scribendum est, viri docti cōsent, & in libris calamo exaratis omnibus præterquam in Tornes. ita scriptum est. fortasse autē accessit r. vt producatur. neq; verò esse aūsus princeps vulgatam scripturam immutare, nisi mihi Faer- nus, vir acerimī iudicij auctor fuisset, vt ita ty- pis excedendum curārem.

L A B E O N E I N S A N I O R] M. Antistium Labeonē carpens, Augusto assentatur. Nam hic Labeo vñque adeo fuit liber, & contumax, vt etiam Augusto sepe refuterit, ac responfarit.

Q V O D N I S I C O N C. H A B. I N S.] quod nisi igncas, merito possis insuas haberi, atq; acerbus. insuavis, acerbus dixit ἀσυνέτος, quod genus alibi norabimus.

O D I S T I, B T F V G I S, &c.] quamvis leue admodum sit amici peccatum, odisti eum tamē & fugis, vt Drusonem feneratore debitor. Hic Druso, sive, vt habent alij libri, Rufo, fenerator erat, & historiarum scriptor, suorum scriptorū nimius amator, nimiusq; admirator. Itaque cū à debitoribus sortē, aut vñtis ad diem non abstulerat, eos suarum historiarū recitatione mālē multabat. Erat enim iis granissimæ pœna in- star audire Drusonis historias, vñpore indocti scriptas.

Q V I] debitor atri, non nominatus.

T R I S T E S K A L E N D A E] Kalendis pecuniam & collocabant in fano, & quæstū, vt suprā Od. 3. epod. Quidā Kalendū ponere: & exige- bant, vt hoc loco, tristes autem, nempe debitori. vide qua ad Od. illam 3. annotauius.

M E R C E D E M] vñtis. vt laryr. 2. Quinas hic capiti mercede exscusat.

E X T R I C A T] explicat, expedit, & ita dissoluit, & ita Latinē dicimus, expedire nomen.

P O R R E C T O I V G.] significat, ita fuisse iniucundam, ac molestam debitoribus recitationem illam, vt vñtro iugulū Drusoni, seu Rusoni, præbere, & iugulari malleū, quām audire: vel vt viderentur iā iam, quasi iugulandi, iugulū præbere. Druso scilicet recitandis suis histo- riis debitores suos occidebat. sic li. de arte poēt. Indoctum, doctissimum fugat recitator acerbus: Quem ve- rō arripuit, tenet, occidatque legendo. Nō missura cutem, nisi plena cruxis hirudo.

C A T I L L E V A N D R I M. T R.] partum catinum, quo vñs fit Euander: ex quo intellige antiquissimum. Euander Pallantis Arcadiæ re- gis nepos, patre imperfecto in Italianam vñvit, ex- pulsisque

pulsisque Ab originibus, ea loca, vbi nunc Ro- ma est, occupauit. vide Virg. lib. 7. Aeneid: Alij Euandrum cælatorem, aut sigillum, & plastam ætate Horatii suisse dicunt, à quibus dissentio. Catinum (inquit Varro) dicunt sicuti, vbi assū pone- bant.

C O M M I S S A F I D E I] id est, fidei. arcana quædam consilia sua fidei commissa, fidei enim pro fidei positum: vt apud Virg. Georg. i. Libra die, summa pars vbi fecerit horas, idem lib. i. Munera, larariumque die, & suprā Od. 7. libr. 3. Constantis iuuenem fidei.

S P O N S U M V E N E G A R I T] promissum vel suo nomine, vel alieno, insitiatuſ sit. epist. i. lib. 2. Hic spōnsus vocat, hic auditum scripta, &c.

Q V E P S P A R I A E S S E F. P.] Nunc ac- pertre Stoicos exigitat.

S E N S U S, M O R E S Q V E R E P V G N.] sic M. Tullius de finib. libr. 4. In prima igitur conſtitutione Zeno tuus à natura recebit: cūm summum bonum posset in ingenij præstantia, quam virtutem vocamus, nec quicquam aliud bonum esse dixisset, nisi quod esset honestum: nec virtutem posse constare, si in certis rebus esset quicquam, quod aliud alio melius esset, aut peius: his propositis tenuit prorsus consequentia, &c. sequitur mox. Omnes, qui non sapientes sunt, eque miseros esse: sapientes omnes, summe beatos esse: recte facta omnia equalia: omnia peccata paria: que magnificè primò dici videntur, considerata minùs probabant: sensu enim ciuique, & natura rerum, atque ipsa veritas clamat quodammodo non posse se adduci, ut inter eas res, quas Zeno exquaret, nihil interesset. Fuit autē Zeno Stoicæ disciplinæ auctor, Polemo- nis auditor.

A T Q V E I P S A V T I L I T A S, I V S T I] sequitur hoc loco Horat. quorumdam philo- phorum opinionem, qui existimabat nullū ius esse, nullum iustum naturā: sed hæc omnia ab utilitate esse nata, & profecta, id est, propterēa leges esse latas, & iura descripta, quia sine iure, & legibus societas humana incolunis conseruari non posset: qua de rem plura dicimus.

C U M P R O E P S E R V N T] cūm sensim è terris in lucem extiterunt, & processerunt.

D E H I N C A B S I S T E R E B E L L O, O P P.] M. Tull. lib. i. de inuentione, & lib. i. de Orat. ad Qu. frati. & in orat. pro Sextio, ait, primos illos homines, cūm primò dispersi essent, & vagi, postea vi eloquentia, & prudentia paucorum, vñnum in locum esse congregatos, arque à fera, agrestiq; vita, ad humanum cultū, ciuilēmque societatem deduxerat: & cōstitutis iam ciuitatis, vñbūtūq; conditīs, leges ab eis, & iura, iudicijq; fuisse descripta. Horatius hāc vim scribit poētis, & musicis: qui iidem erant sapientes, & eloquentes, in epist. de arte poēt. siluestris ho- mines sacer, interpretique deorum, cædibus & vñtu fido deterruit Orpheus: qua de re ad illum epistolæ ad Pisones locū nonnihil dicemus. & ad Od. 10 lib. i. plura diximus, cū his Horatianis congruit.

illa Isocratis in Nicocle. *Eγέρειδώς δὲ ίμην τούτους ταῦτα εἰναι βελτίσταρι, οὐ μάντις τούτους θεωρῶντας ζητοῦντας αὐτούς αὐτούς, καὶ συνελθόντες πόλειν φύσεις, καὶ νόμους εἴθεται.* id est, Eō autem quod innata est in nobis fidei inter nos facienda, & voluntatum cogitationumque nostrorum declarandarū facultas, non solum agresti, & fertino viuendi genere liberati sumus, verum etiam vna congressi, & conciliati & vrbeis condidimus, & legibus tulumus, quem locum rebus Muret. in lib. var. lec.

O P P I D A M. Tull. libr. 1. de gloria, oppida ex eo appellata esse existimat, quod opem darent alii, quod eō opes suas homines cōferant. Varr. lib. 4. de ling. Lat. vel ab ope, quod munintur opis causa, vel quod opere munibant mœcia, quo tutius essent.

E T P O N E R E L E G E S ita natæ sunt leges ex utilitate, nam cū ante primi illi homines more ferarum viuerent, & valentissimus, ac robustissimus quisq; imbecilliorē, & infirmiorē opprimetur, atq; hoc modo omnium ferē vita est sollicita, infesta, & iniuria exposita, quod nemo ita viribus suis confidet, ut vel ab insidiis, vel ab aperto finitimorū bello securus esse possit, id partim his incōmodis cōfictati, partim sapiētiā oratione adducti, belli gerendi finem fecerunt, vrbeis considerunt, leges & rularunt, & sibi inponi passi sunt. Quie testimoniū Lucetij confirmantur, lib. 5. *Inde magistrum partim docēre creare: Iturāque constitueri, ut vellet legis uti. Nam genu humānum defessum vitare aūum. Ex iniunctis languebat, quo magis ipsū sponte fidēcēdūt sub leges, arduaque iura. Atrum ex ira quod enim eō quisque parabat vīcis, quam nunc concessum est legibus aūis. Hanc ob remēt homines pertulam vi colere aūum, &c.* Ponere leges autem Græco & more, & sermone dictū est, nō vīa vīoīoī.

N A M F V T A N T E H E L. id est, fuit enim ante Helenam aliae mulieres, è quibus bellū cause nata sunt: fuerunt alij ante Paridem adulteri. Athen. libro 13. cōplurei mulieres enumerat, quae belli principia, causasq; præbuerint: & Herodotus lib. 1. prima inter Græcos & barbaros bella ob fæminas hinc & illinc raptas ora esse ostendit.

T A T E R R I M A B E L L I C A V S A: sic habent plerique omnes libri veteres, & ita legendū, non, vt vulgati, deterrima.

Q Y O S V E N E R E M I N C E R T A M, &c. sic Lucret. lib. 5. *Et Venus in filiis iungebat corpora amantū. Conciliabat enim vel mutua quamque cupido, vel violentia viri vīa, atque impensa libido, vel pretium glande, atque arbuta, vel piralecta.*

V I R I B V S E D I T I O R] viribus altior, id est, valentior, robustior.

I V R A I N V E N T A M E T V . I N I V S T I] Concludit Horat. iura non natura, sed utilitate valere & constare, quae sententia fuit etiam vere-

rum quorūdam philosophorum, vt ex Platone multis locis cognoscere licet. Atque in lib. qui dem de leg. 10. scribit hāc est sententiam quorūdam hominum, qui habeti volūt sapientes, corum omnium, quæ orta sunt, quæ oriuntur, quæq; oritura sunt, alia naturā, alia arte, alia fortuna cōstare: vetbi gratia, ignē, aquam, terram, animā, seu aëra naturā, & fortunā vigēre, & valere, non artē: cetera, quæ pictura, artes fabricandorum signōt, musica, & artes omnes efficiūt, arte valere: ita Deos non natura, sed arte, id est, quibusdam legibus, & institutis hominum cōstare. Iam honesta quidem alia lege, alia naturā valere: iusta autem nulla ēste naturā: sed homines assidūt inter se de iusto, & iniusto dissidere, quotidie ea immutare, quæ porrō iusta ēste statuerint, tū ēste iusta, lege scilicet, & arte, non naturā. Atque hāc loquuntur (inquit Plato) sapientes quidam apud adolescentēs homines, dicūntque id ēste iustissimum, quod quis vi obtinuerit: vnde in adolescentium animis impietas īgeneratur, proindeaç si non sint ij dij, quos lex animo, & cogitationē informare iubet. Id ē in Gorgia eorū opinionē refellit, qui dicebant τὸ δικαιοῦν τὸ χρεῖτον τὸ ἡδόνος ἀρχεῖν, καὶ τὰ έργα εἶναι id ēst, ius ēste, vt, qui præstantior est sive viribus, sive virtute, inferiori imperet, & plus eo obtineat. Cū enim in eo dialogo Socrates multis verbis docuisset præstare iniuriā accipere, quām inferre: Callicles & Polus contrā disputant, iniuriā inferre dexterū ēste, quām accipere, naturā: sed lege constitutū ēste contrarium ab hominibus imbecillis, ne præstatiōribus parēt cogeretur, néve ab illis spoliariēt. Quinetiam eos (quos dixi) imbecillos reū nō minima immutasse, ac pervertisse, nā, quod iustum sit naturā, id illos, vt iniustū haberetur, lege lata extorsisse: & contrā, quod iniustū ēst naturā, vt iustum exempli causa, si quis præstatiō ac potentior, dexterōrem atque imbecilliōrem spoliet, id iniustū ēst dixisse, & iniuriā appellasse, cūm sit iustum, & ius appellādū. Atque hāc quidē, & multo plura apud Platonem, & ab illis contra iustitiam disputantur, & à Socrate refelluntur. Horatius autem hoc loco eos sequitur potissimum, qui ius ab utilitate natū ēste voluntaria sententia quamvis videatur probabilis, est tamē & falsa, & pernicioſa: satiūisque mulro & verius eorum iudicium est, qui stirpē iuris à natura reperūt, quām ducem secuti prōbant, iura aut omnia, aut multo pluimā, naturā valere: primum propterea quod homo solus ex omnibus animantibus rationis sit particeps naturā: lex autem, quae iusta ab iniustis distinguit, nihil aliud sit, quām recta ratio: deinde quod homines cōgregabiles sint naturā: nulla autem societas sine iure & legibus diu incolumis manere possit: postremq; optimus quisq; iustitia colat, improbissimus iniustitiam: vir bonus autem sit optimus & verissimus rerum humānarū existima-

existimator ac iudex, atq; adeo regula, seu mé-
sura: itaque iustitiam, & iuris æquabilis descri-
ptionē, vt item illam quidem esse hominum ge-
neri, fed nō id ē ab utilitate ēste natam. Hesiodus
quidem scribit hoc interesse inter feras, &
homines, quod ille soleat se mutuō vorare, quia
non sit illa inter eas iuris, & iustitiae communis:
hominibus autē non si fas hac immanitate
vīi, propterea quod Deus immortalis iura, legē
que eis dederit, quibus imbuti ac temperati
iustitiae inter se colerent, versus Hesiodi sunt hi,
Τόν δέ πρωτόποτοι γόμης διέταξε Κρόνος Ιχ-
θύοι μηδέ τινας καὶ οιονος πετενοις Εθεοις αλ-
λήλος, ετέται ουδικη δικη εται εύτοις, Αΐρπόποιοι
δέ εδεικνύεται, ή πολλοὶ ἀρρένες Γέτεται. Idem
paullo antē dixerat Iustitiam virginem ēste, &
Louis filiam: quibus dubios peripicū significat, eam & à Deo natam ēste, & incorruptam
atque inuolatam ēste tuendam: quod ita non
est, si ab utilitate ortum haberet. Et M. Tull.
lib. 1. de legibus, iuris ortum à natura repetendū
ēste pluribus verbis ostendit.

F A S T O S Q V E V E L I S E V O L V. M.] & si velis annales explicare, seu replicare potius, & ita légere. Fasti, libri sunt, in quibus rota anni, rerumque, quæ per totum annum gesta sunt, fit descriptio.

N E C N A T V R A P O T E S T. I. S.] à dis-
simili probare conatur, nihil ēste iustū, aut iniustū
natura, sed hāc sola utilitate distingui: id
est, utilitatē causa constitutū ēste, vt alia sint
iusta, alia iniusta: de bonis autē & malis lōgē a-
liter esse sentiēdū: bona enim à malis, fugienda
ab expetendis natura, nō utilitate distingui.

N E C V I N C E T R A T I O H O C Potest
quam docuit, ius ab iniuria non natura, sed utilitate
separari, credit ad iniustū, vt refellat πο-
λυχρόνητον illud Stoicorum decretum, pecca-
ta ēste paria, pendet autem hāc quāstio à supe-
riori illa de iuri origine. Nam si iusta & iniusta
natura valerēt, sortit omnia iusta ēst ēqua-
lia, quod enim per se, & natura est tale, neque
utilitate ponderatur, id non potest altero magis
ēste tale, idēmque de iniustis ēst sentiendum:
ex quo efficeretur vt peccata ēst ēqualia, cū
peccata omnia sint iniusta. Nūc autem cū ab
utilitate ius & iniuria originem, principiūque
duxerit, vt vult Horatius) sequitur vt, quēad-
modum alia aliis sunt utiliora, & iniutiliora: ita
alia aliis sint & iustiora, & iniustiora: ergo vte-
riam alia peccata aliis sint grauiora, aliāq; aliis
leuiora. sic loquitur autem satyra 3. lib. 2. *Vincit
enim fūltoſ ratio īſanire nepotes.*

T A N T V N D. V T P E C C. I D E M Q V E] id est, tamē grauior peccat, notauius hoc lo-
quendi genus, idēm peccat, in epist. de arte poēt.

Q V I T E N E R O S C A V L E I S A L I E N I F.R. non dubiū est, quin Draconis leges respe-
xerit, quod vidit Simeo Bosius Lemouix: quā
vīsq; adeo acerbæ & crudeles fuerunt, vt omni-

bus ferē peccatis mors ēset in pœnam cōstitu-
ta. Atque ob eam causam Demades orator non
atramēto, sed sanguine scriptas esse dixit, vt re-
fert Plutarchus in Solone: vbi, quod ad hūc lo-
cum planē pertinet, hoc quoque tradit, illius
legibus eos, qui olera, aut pomā furati sint, &
quæ gravi pœna affici, atq; sacrilegos & parci-
das. Verba Plutarchi sunt hæc: καὶ τὸ λόγον
τοῦ φανταστοῦ ὅπερας κοντά τοῖς εἰ-
σοδοῖς, καὶ αὐτοφορούσι.

N O C T V R N S L E G E R I T id est, noctu,
vt sup. annot. ad Od. 19. epod. *sacra legerit autem,*
sacrilegiū admiserit: rem sacram furatus sit, seu
compilarit. Lucill. lib. 28. Omnia viscaū manibus
legerit, omnia sumet.

A S S I T R E G U L A P. id est, si peccata sunt
inæqualia, vt re vera sunt, debent & pœna ēste
inæqualis, id est, peccatis æquales.

N E S C V T I C A id est loro. vox Græca est,
oxūtis enim corium, & oxutēs, cerdonem, seu
futorem significat.

N A M V T F E R V L A C A D A S, &c.] occurrunt iis, quæ poterit Stoicus dicere, hoc mo-
do: nō vis Horati, qui scutica, seu loro, id est,
minore pœna dignis sit, flagello cædi. I. gravi-
iore pœna affici, cur nō cæde: opera vetas, ne,
qui grauiorem pœnam meritus sit, ferula ceda-
tur, quia nō vereor (inquit Horat.) ne id facias,
cū fūra latrociniis paria ēste dicas, & inmeritis
te vtraq; peccata pari pœna castigatur, si regiā
potestatem adeptus sis, attendat autem lector
Latinī sermonis studiosis, non cēle hoc ordinē
vocabula collocaōda, non vereor vt ferula cedas, nā
qui ita loquitur, vereor vt cedas, vult cædi; &
videtur ita dicere: vereor ne non cedas, qui hoc moi-
do autem, vereor ne cedas, non vult cædi: & con-
trari: si quis ita loquatur, non vereor ne cedas, hoc si-
gnificat, ego non dubito quin non sis cæsurum, vel, con-
fidō te non cæsurum: & si quis ita, non vereor vt cedas,
hoc innuit, non vereor ne non cedas: mihi dubium nō
est, quin sis cæsurum: confido te ēst cæsurum, non sunt
igitur hæc verba ita disponēda, non vereor, vt fer-
ula cedas meritus maiora, &c. aliqui Horatium
aliud, quām sentiat, loquente faceremus, nam
hoc sentit Horatius, hōc que à nobis vult audi-
ri, atque intelligi, non vereor ne cedas ferula, id est,
certò scio, te ferula non ēst cæsurum eum, qui
pœnas sit meritus grauiores, quid igitur dice-
mus: Horatium minus Latinē ēst locutum? mi-
nimè verò confugiēdū igitur est ad id, quod
tories iam dixi, particularē vt, nō ēst cum ver-
bo vereor, coniungendam, sed totam illam, quæ
antecedit, orationē, suo loco, & separatim ēste
legendam, hoc modo: Nam vt ferula cedas eum,
qui maiores pœnas sit meritus: non vereor, subaudi, ne
id facias, id est, scio te istuc non facturum. exem-
pla autē à bonis scriptoribus sumta, quis sit hu-
ius verbi & similiū visus, nos docebū. Terēt.
in Andr. haud vereor, si in te solo sit situm: sed, vim
vt queas ferre, ibid. id paues ne ducas tu illam: tu dis-

temp. vi ducis, id est, ne non ducis. M. Tull. ad Attic. lib. 7. tamen vereor, ut his ipsis contentus sit, &c. id est, ne non contentus sit. Idem lib. 2. Videris vereor, ut epistolas illas accepte sis. Idem epist. 1. ad T. Torquat. lib. 6. cuius tanquam malum, quoniam docti viri multa dicant, tamen vereor, ut consolatio villa posset vera reperiiri, praeceps illam, quem tanquam est, quantum in cuiusque animo roboris est, atque nerorum, &c. vel legendum ne consolatione nulla, nam vulgata scriptura mendosa est. Idem ad Terentium. Vereor ut Dolabella ipsa se vobis prodeposset. Idem orat, contra Rull. ad popul. hoc quia vos fideles non inservitis, veretur Elienpsal, ut sati firmum sit, & natum. Idem libr. 1. de Orat. ad Qu. fratr. sed illa duo, Crassus, vereor ut tibi possem concedere. idem orat, pro Quintio, tamquam vereor, ut possem hanc contra Horat. defendere. Horat. sat. 1. lib. 2. o puer, ut sis vitalis, menu. Cesar lib. 5. de bello Gall. Labienus, vereor, si ex hibernis fuga similem profectionem fecisset, ut hostium impetum sustinere posset, presentim quos recenti, victoria efferris, &c. sic enim habent cod. calamo exafaci. Veniamus ad exempla alterius locutionis, vereor, ne: cuius quidem sententia priori cōtraria est, Terent. in Eunuch. Misericordia me, vereor ne illud grauius Phaedria tulerit, &c. idem in Andre. benevereor, ne quid Andria apportet mali, in Hecyra. vereor, si clamorem eius hic crebro exaudiat. Ne parturire eam intelligat, ibid. simul vereor Panphilum, ne rorata nostra nequaquam distinxit celare. idem Phorm. vereor ne istuc fortitudine in neruum erumpat denique. ibid. hei vereor lenonem, ne quid suat. M. Tull. in Lælio, neque enim vereendum est, ne quid excidat, aut ne quid in terram deflaat. Ibid. sin autem illa vereor, ne idem interitus sit animorum, & corporum, &c. qui locus mendosus in vulgaribus codicibus legitur, ut idem interitus. epist. ad C. Coelium C. F. vtrima, lib. 3. verebar ne id ita caderet, quod etiam nunc vereor, ut ante quam tu in provinciam venisses, ego de provincia decederem. & pro M. Marcello, vereor ne hoc, quod dicam, non perinde intelligi audito posset, atque ega pse cogitans sentio, ubi mendo se legitur vulgo vereor ut hoc, quod dicam. Virg. in Palam. ipse Necessum dum sonet, ac, ne me sibi praferat illa, veretur, Hic alienus, &c.

E T M A G N I S P A R V A, &c. Id est, & minister te similem pœnam ad leuiam peccata vinclanda adhibiturum, atq; ad gratia, simili fati recidere posuit pro eo, quod est, simili pena coercere. pœnis enim deterretur, ac reuocatur improbi à flagitiis ac maleficiis: atque ita maleficia pœnis reciduntur. falco autem simili magnis dixit more Gracorū, quod totis uectis, simili atque magna peccata reciduntur.

S I D I V E S, Q V I S A P.] Stoicos irridet hoc modo. Quid opus est ista condicione, si tibi regnum perm. homines? nonne hoc vestrum est, sapientem esse diutinem, sutorum, formosum, atque etiam regem? quid igitur vetat, quominus potestate regia vtraris? & cur id, quod habes, operas, quasi desit i cum hoc loco congruit ille,

epist. 1. lib. 1. Ad summam sapientem uno minorest. Ione, diues, Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum, sed illic terro loquitur, hic ioco. M. Tullius li. 3. de finibus in extremo, sub Catonis persona taliter describit sapientem, his verbis, rectius enim appellabatur rex, quam Tarquinus, qui nec suos regere potuit, rectius magister populi, quam Sylla, &c. rectius diues, quam Crassus, qui nisi equisser, nunquam Euphratem nulla bellis causa transire voluisse, &c. recte etiam pulcher, recte solus liber, recte solus innatus.

S V T O R T A M E N E S T S A P I E N T S] sapiens est sutor bonitus (inquit Stoicus) tñ dñ uadme, oñ tñ ērepyēz, id est, potestate, non vñ, neque functione inuenit.

Q V ð id est, quod istuc pertinet: ut superiore satyra, quod res hac pertinet, alij interpretantur, quo modo alij legitunt, qui?

V T; Q V A M V S T A C E T H E R M I] de Hermogene sup. saty. 2. ut cantor est Hermogenes (inquit) etiam sitateat, (habitu enim cantor est, dum tacer: ērepyēz autem cantor est, dum canit) ita & sapiens, consul, diues, formosus est tñ dñ uadme, & tñ ērepyēz, id est, potestate & habitu.

V T A L F E N V S] more satyrico, id est, vrbano & facero, Alfenum quedam Cremonensem irriter, qui cum sutrinā primū fecisset, deinde clausa futrinā Romæ iuri civili Seruio Sulpicio magistro operam nauasset, iuri consultus clarissimus euasi, consulatum adeptus est, honorificissimum quo funere elatus est. De eo sit locis aliquot in Pandectis iuriū civilis mentio.

E S T O P I F F E X S O L V S:] sic scriptum, & distinctum est in duob. cod. Vatic. Iann. Faern. Tornei Rainutii Card. Nicotiano, Russard.

V E L V N T T I B I B A R B] significat, ita inepta, & stulta loqui Stoicos, ut etiam à pueris irrideantur: vel ita non esse regem, sapientem Stoicum, ut pueri ei barbam vellant, id est, eum cōsumolos illudant: neque ille eos alia ratione, aut alia vi accere posset, quād fuisse, aur bacio: quod minimè est regiū. non celabo lectori in aliquo codicib. antiqui scriptum esse vellent.

L A S C I V I] proterui, ad iocandum, ludendumque natura proclives ac parati. trāslatè dicit sup. oda 36. lib. 1. Lascivas ederas. At propriè oda 19. cod. lib. lascivias licentiam.

Q V O S T V N I S I F V S T E C O E R C. V R E. T.] id est, quos nisi fuisse abigis, te vniuersum quendam, & mente captum vrget, & sestantur: id est, sectabuntur, atque vrgebunt. solēt autem pueri mente captos, & fatios circumfistere, ac sectari: quod & M. Tullius ostendit lib. 4. accusat Theomnastū quodā, his verbis, retinere inscript tabulam Theomnastū quidā ridiculē insanus, quem Siracusani Theoractum vocant: qui illuc eiusmodi est, ut eum pueri sectentur: ut omnes, cum loqui ceperit, irrideantur: vel sic, quos tu nisi fuisse coerces, & repellis, vrgeris, id est continuā vrgebiris puerorum turbā, tē circumfistent, tēque iridente,

iridente, atque illudēte, neque quicquam tuam potestatem regiam pertimescente.

V R G E R I S T V R B A] cod. 1. Vatic. & Iann. habent Virgines, ut saepe alibi.

R V M P E R I S] clamore: sic M. Tull. lib. 7. epist. Diripi pene me in inicio Galli Canini familiarii sui, vel iracundia & dolore.

D V M T V Q V A D R A N T E L A V.] concludit neque sapientem, regem esse dicendum, quamdiu, ut vñus du multis, quadrante lauantur, & ab vno Crispino comite deducuntur, cū reges & in domib; suis regis de suo lauerū, & quamplurimos habere soleant stipatores: neque vera esse Stoicorum decreta, peccata esse aqualia, sapientem nunquam ignorare, nunquam miserari, &c. Erat autē quadrans, merces balicatoris. M. Tull. pro Cælio, de Clodia. nisi forte mulier potens quadrangularia illa permutatione familiaria facta erat balinatoria.

S T I P A T O R] comes, satelles, dypuōros, nam Stoicum alloquitur, qui se regem esse prædicat. M. Tullius de Alexandro Pherecō, off. 2. præmit tabatque de stipatoribus suis, qui percurrentur arcus muliebreis, &c.

S I Q V I D P E C C A V E R O] aliquot libri manu scr. habet, si quid peccabo: vnde amicus quidam meus, vir doctus, legendum existimat, si quid peccabo, propter vocem sequentem initium capiéte à duabus consonantib; Sed nihil hoc me mouet, qui sciam hoc ab Horatio non admodum studiosè vitari. Sic enim sat. 2. hoc lib. nisi solent in fornicē stantem, & saty. 5. insanis ridentes premia scribe. ut neque ab Homero, verbi gratia, in id μέλος τε Στρατός, peccato tamen valde probo: & ita polta in vno cod. antiquissimo scriptum reperi.

S A T Y R A 4.

Lucilium, veteres comicos Græcos sequuntur, mordacem fuisse ait: sua tamen scripta non itidem legi ostendit, quād bona pars hominum sibi vñt aliuscū conscientia, seibi perfringunt sciat. Se alioqui virulentia carere, ac tantum iocosa & vñlē paterna quadam castigatione ad deterrendos à vñtis homines vti profitetur.

E V P O L I S, atque Cratinus, Ari-

stophanésque, poëta

Atque alij, quorum comædia præsa vi-

rorum est:

Si quis erat dignus describi, quod malus,

aut fur:

Quod meches foret, aut sicarius, aut alio-

Famosus: multa cum libertate notabant.

** Hic omnis pedit Lucilius, hosc securus:*

Mutatis tātum pedib; numerisq; facetus:

Excutiat sibi, nō hic cuiquā parcer amico.

** Emuncte naris, * durus cōponere versus: Nā fuit hoc vitiosus: in hora saepe ducētos*

** Vt magnum, versus dictabat stans pede in vno:*

Cūm flueret lutulentus, erat quod tollere velles:

Garrulus, atque piger scribendi ferre la-

*Scribendi recte: nam * ut multum, nil mo-*

*rōr, ecce Crispinus * minimo me prouocat: accipe, si Accipium tabulas detur nobis locus, hora, Custodes: videamus uter plus scribere posuit.*

Dij bene fecerūt, inopis me, quādq; pusilli Finixerunt animi, raro & perpaucā lo-

quentem.

At tu conclusas hircinis follibus auras.

Visque laboranteis, dum ferrum molliat ignis,

Vt manus, imitare, beatus Fannius, vltro

** Delatis capsis, & imagine: cūm mea nemo Scripta legat, vulgo recitare timentis, ob*

banc rem,

Quod sunt, quos genus hoc minimè inuitat,

vtpote plureis Culpari dignos. quēuis media erue turba:

Aut ob auaritiam, aut misera ambitione

laborat.

Hic nuptarum insanit amoribus: hic pue-

Hunc capit argenti splendor: stupet Al-

bius are:

Hic mutat merceis surgēte à sole ad eum,

quo Vespertina tepet regio: quin per mala

præcepis

Fertur, ut puluis collect⁹ turbine, nequid

** Summa deperdat, metuens, aut ampliet*

torrem.

Omnis bi metuunt versus: odere poetas.

** Fænum habet in cornu: longe fuge. dum-*

modo risum

Excutiat sibi, nō hic cuiquā parcer amico.

Et, quodcunque semel chartis illeuerit, ^A
omneis
Gestet à furno redeunteis scire, lacisque
Et pueros, & anus. agedum pauca accipe
contra. (esse poëtas,
Primū ego me illorum, dederim quibus
Excepam numero, neque enim concludere
versum (nos,
Dixeris esse satis: neque, si quis scribat, uti
Sermoni propiora, putes hunc esse poëtam.
Ingenium cui sit, cui mens diuinior, atq; os
Magna sonaturum: * des nominis huius
honorem.
Iccircō quidam, comedia, * nēcne poēma
Eſſet, quæ ſuere, quod acer ſpiritus, ac vis
Nec verbiſ, nec rebus inefi: niſi quod pede
certo (dens
Differt fermoni, fermo meruſ. at pater ar-
ſauit, & meretrice* nepos in ſanuſ amica
Filiuſ, uxorem grandi cum dote recuſet:
Ebriuſ & magnuſ, quod dēdecuſ, ambu-
ler ante (ſtis
Noctem cum facib⁹. nūquid Pomponius
Audiret leuora, pater ſi vineret? ergo
Nō ſatis eſt puriſ verbiſ perſcribere verbiſ,
Quem ſi diſſoluas, quiuſ ſtomachetur eode
Quo* perſonatus, pacto pater hiſ, ego qua
nūc,
Olim qua ſcripſit Luciliuſ, eripiā ſi
* Tempora certa, modosque: & quod priu
ordine verbum eſt,
Posterius facias, pr̄apōneſ ultima primis:
Non, ut ſi ſoluas, poſtq; diſcordia tætra
Belliferratos poſteis, portasque refregit:
* Inuenias etiam diſiecli membra poēta.
Haec tenus hec: aliás iuſtuſit, nēcne poēma
Nunc illud tantum queram: meritoſe ti
bi ſit
Šuſpēciū genus hoc ſcribendi. Sulciuſ acer
Ambulat, & Capriuſ, rauci male; cūmq;
* libellis, (bene ſiquis,
Magnus uterque timor latronibus: at,

Fecit

Et puriſ viuat manib⁹, contēnat utrūq;
* Vt ſi tu ſimilis Cœli, Birrīque latronū:
Non ego ſim Capri, neque Sulci: cur me
tuas me? (bellos:
Nulla taberna meos habeat, neq; pila li
Queis manus in ſudet vulgi, Hermogeniſ
que Tigelliſ.
Non recito cuiq; niſi amicis, idq; coactus.
Non ubiuiſ, corāmve quibuslibet. in me
dio qui (*lanantes:
Scripta foro reciſent, ſunt multi: quique
Suaue locus voci reſonat coclusus. inaneis
Hoc iuuat, haud illud quarenteſ, num ſi
ne ſenſu,
Tēpore num faciat alieno. * lēdere gaudeſ,
Inquis: & hoc, ſtudio prauius facis. * unde
petiuit (eorum,
Hoc in me iaciſ? eſt auctor quiſ denique
Vixi cū quibus? abſente qui rodiſ amicū:
Qui non defendit alio culpante: ſolutoſ
Qui captat riſuſ hominuſ, famāmque di
caciſ.
Fingere qui nō viſa potefit: comiſſa tacere
Qui nequit: hic niger eſt: hunc tu Romane
cauetu.
Saſe trib⁹ lectiſ videaſ cenare quaternos:
E quibus unuſ auet* quāuiſ * aſpergeſ
cunctos,
Prater eum, qui pr̄aſer aquam: poſt, hunc
quoque potuſ. (ber.
Cōdita cū verax aperit pricordia Li
Hic tibi comis, & urbanuſ, libeſque vi
detur
In feſto * nigriſ. ego, ſi riſi quod in eptuſ
Paſſilloſ Ruſilluſ olet, Gorgoniuſ hircuſ:
Liuiduſ, & mordax videor tibi? mentio
ſiqua
De Capitolini furiſ iniecta Perilli
Te corāuerit: defendas, * ut tuuſ eſt moſ:
Me Capitolinus conuictore viſuſ, amicō
Que à puero eſt: cauſa que mea permulta
rogatuſ.

Fecit: & in columis laſtor q; viuit in urbe. ^A Exanimat: mortiſque metu ſibi parcerē
cogit:
Sic teneros animos aliena opprobria ſaſe
Abſterrent vitiis. ex hoc ego Januſ ab illis;
Perniciem quācumque ferunt, mediocri
bus, & queis
Ignoscas, vitiis teneor. fortiſiſ & iſtinc
Largiter abſtulerit lōga atas, liber amicus.
Conſilium proprium. neque enim, cū le
ctulus, aut me (eſt:
Porticus excepti, * deſum mihi. rectius hoc
Hoc faciens, viua melius: ſic dulcis amicis
Occurrat: hoc quidam* non belle. nūquid
ego illi
Imprudens olim faciam ſimile? hāc ego
meum
Cōprebiſ agito labris. vbi quid datur ot I,
* Illudo chartis. hoc eſt mediocribus illis.
Barriuſ inops? magnum documentum, ne
patriam remi (more
Perdere quis velit. à turpi meretricis a
Cū deterreret: ſectani diſimiliſiſ.
Ne ſequeret machas, confeſſa cum Vene
re vti boni,
Poſſem: deprenſi non bella eſt fama Tre
Aiebat. ſapiens vitatu, quidque petiuit
Sit melius, cauſas reddet tibi: miſatiſ eſt, ſi
Traditum ab antiquis morem ſeruare,
tuāmque,
Dum cuſtodiſ eges, vitam, famāmq; tueri
In columi poſſim. ſimulac* durauerit atas
Membra, animūmque tuum: nabis ſine
cortice ſic me
Formabat puerum dictiſ: & ſiue iubebat,
Vt facerem quid: habes auctorem, quo
facias hoc:
Vnum ex iudicibus ſelectiſ obijciebat:
Siue verbat: an hoc in honeſtum, & inu
tile factu, (cū
Nēcne ſit, addubites: flagret rumore malo
Hic, atque ille ſaudios vicinum funus ut
egros

Eupoliſ, atq; Cr.] hi fuerunt
poētae comici veſeris comedia: De Eupoli M.
Tul. epift. ad Attic. lib. 6. Eὐπόλις τὸν τῆς ἀρχαῖας
qui non dicit ab Alcibiade nauigante in ſiciliam de
iectum eſſe in mare? C.] interpres Pindari εἰδ. γ. δ.
λύγιπ. profert hunc Cratini verſum in Beotioris,
Οὐτοὶ δὲ εἰν τυραιωντὶ πεζοφόρων γένος αἱ
ἄρχαι: id eſt, hi autem ſunt genus ſuilloſ ſeoticū
virorum ſimbriatorum. & Plutarch in vita Pe
ricliſ ſcribit, Periclem (ſuerunt enim ferē aqūa
les) ab eo dictum eſſe περαληγερταν. quod
idem valet, atque capite oblongo, & amplio, &
quasi congregato. de eodem inſtr Horat. epift.
ad Maecenat. 3. lib. 1. Priſco ſi crediſ, Maecenas doſte,
Cratini, &c.
Atq; alii, qvorum com.] id
eſt, & alii veteris comediae ſcriptores. erat au
tem vetus comedia liberior, ac maledicentior,
quām vt aures hominū ferre poſſent. ſic Satyra
io. hoc lib. Illi, ſcripta quibus comedia priſca viriſ eſt,
Hoc ſtabant.
Si qvis eſt. dign. descr. Q. M.]
immo etiam indignos, qui deſcriberentur, & in
tegros atq; innocentis viros notabant. ut Peri
clem, Socratem, Aristideſ, & ſimileſ, qua de re

Sic M. Tull. lib. 4. de rep. *Quem illa [comœdia] vetus*] non attigit, vel potius quem non vexauit? cui perperat: ego, popularis homines, improbos in rem publ. sedutois, Cleonem, Cleophonem, Hyperbolum laft, putianos. *Etsi huiusmodi cœuis à confre melius est, quam à poëta, notari.* Sed Periclem cum iam sue cinitati maxima auctoritate plurimos annos domi & bellis preflueret, violari veribus, & eos agi in scena, non plus decuit, quam si Plautus noster voluisse, aut Nasus P. & Cn. Scipioni aut Cæcilius M. Caroni malediceret. Neque vero singulos ciucis solùm notabant, & vellicabant, verum etiam populum vniuersum nominibus contumeliosis infectabantur, appellantes διάποντα πρωτεῖς, δύσκολον γερόντον, τὸν καρφόν, id est, populum in Pnyce, qui locus erat contionis legitima, assidue heterentem, senacionem difficultem, & motus, surdastrum.

FA M O S V S] malè audiens, supra Od. 3. lib. 3. Iam nec Licene flender adultere Fannius hostes. M. Tull. lib. 2. de Orat. ad Q. Frat. Non pol. (inquit) audio. Nam me ad famas venit mater accedere.

LU C I L I V S] significat, satyrum, cuius inventio fuit Lucilius, veteris comœdiae locum occupans. hunc Lucilium Bassum inserviatur urbano, id est, suo more Sat. 10. De eodem sic M. Tull. lib. 1. de finib. *Nec vero, ut soſſer Lucilius, recubabo, quo minus omnes mea legant.* Vtnam ille Persius: *Scipio vero, & Rutilius multo etiam magis; quorum ille iudicium reformidans, Tarentinus ait se, & Consentinus, & Sculus scribere. facie ē quidem, sicut alias: sed nec tam docti rūc erant, ad quorū iudicium elaboraret, & sunt illius scripta leniora, ut urbanitas summa appareat, doctrina mediocris.* Idem epist. ad Atticum libr. 12. *Cato me quidem delebat: sed etiam Bassum Luciliū sua.* Idem tamen lib. 2. de Orato, sub persona Crassi, Lucilium hominem doctum, & perurbanum appellat.

MV T A T I S T A N T U M P E D .] quia Lucilius hexametræ feret veribus, illi iambæ moræ hominum notabant.

EM V N C T A E N A R I S] id est, sagax, acri iudicio, sagaciter odorans hominum mores, & virtutia, tralatio est, vel allegoria. Nam vi qui sunt emundatae naris, nisi quid aliud obstat, sagaciter oſſacunt odores: ita qui naseis habent mucore obstruētas, minus sunt in sentiēdis odoribus sagaces, eadem ratione verbū odorari pro eo quod est, acutæ, & celeriter percipere, atque intelligere, & peruestigādo cōsequi, vſurpat̄ a M. Tullio, Verr. de iuredictu. *huius vero erat ars, & malitia miranda;* quod acutissimè tota prouincia, quid eaquæ effet necesse, in daga, & odorari solebat. & in epistolis ad Atticum multis locis.

DY R V S C O M P O N . V E R S .] durus in componendis veribus, vide annot. ad Od. 8. lib. 4. eiusdem generis est id, quod statim sequitur, pingeri scribendi ferre laborem.

VT M A G N V M ,] tanquam aliquid magnū. **S**T A N S P E D E I N V N O] id est, breuissimo tempore, & non magna opera insūta, vel sine erga

Aconatu, & contentione magna virium. Nam qui aliquid magnum faciunt, toto corpore, & omnibus, vt dicitur, vnguiculis, ei rei, quam faciem-dam ſuſſerunt, aſſerunt. Etiam genu terram tangere vilius est Antonius cūm contente pro ſe ipſe lege Varia diceret, vt refert ſe vidisse M. Tullius in libris de Oratore ad Q. Fr.

CUM F L Y E R E T L V T V L E R A T Q.T .] allegoria est, ducta à flumine torrente intulento. hoc autem ſentit: cūm verbus profunderet inueni- nustos, in cultos, atque illepidos, erat tamen ali- quid, quod exciperet, ſumeres, & probares. huic loco respondent ea, quae ſunt Sat. 10. *Et dixi fluere hunc latulentum: ſepe fermentem plura quidem tollenda relinquentis, tollenda.* id est, ſumenda. vt epift. de arte poēt. *hoc tibi dictum Tolle memor,* & epift. ad Numicium lib. 1. partem, vel tolleret omnes. & epift. ad Mæcen. 2. at tu quantum vis, tolle, benignè. & e- pift. 18. eiusdem lib. *Si iterat voces, ſic verba cadentia tollit, vt puerum,* &c. Alij tollere accipiunt pro eo, quod eft amputare, & reſecare: à quibus diſcen- tio, nam locus ille, qui eft saty. 10. perſpicue de- clarat, per tollenda, ea ſignificari, quæ ſumenda, & probada ſunt, vt ſuo loco docebitur. Quintilianus libr. 10. ad hunc locum reſpiciens ſcri- bit illa: *Ego quantum ab illis, tantum ab Horatio diſ- ſento, qui Lucilium fluere latulentum, & effe aliquid, quod tollere posſit, patet.* Ex quibus Quintiliani verbiſ Turnebus hunc Horatij locum à me diſ- ſentiens, ſic explicat. *erat quod tollere volles,* id est, erat quod auferre, & derrahere velleſ. Sed ne tempus in re aperta conteram, planè fallitur. Acrōn quidem & Porphy. mecum faciunt: &, quod familiam duci, Horatius ipſe ſat. 10. vt oſſendam ſuo loco, neq. mc Quintilianus mouet.

NAM V T M V L T . N I L M O R .] id est, nam ſi quis multum ſcribat, nihil aſſimo, ma- num non verterim. ſic epift. ad Vallam, lib. 1. *nata viuā nihil mori illius ora.* Virg. En. 5. *nec dona moror.*

CR I S P I N V S] de quo ſupra saty. 1.

MINIMO M E P R O V O C A T] minimo, ſubaudi, digito. prouerbii eft à gētu eorū, qui alterum in certamen priuocat, natum, nam mi- nimum digitum porrigunt, illum à ſe contemni ſignificantes, prōinde ac ſi eum poſſit vel mi- nimo digito percellere, ac peruertere.

AC C I P E , S I V I S] verba Crispini Horatius priuocatis, accipe tu, inquit, ſi vis: ego accipiam tabulas. ſic autem legendum videtur, Accipiam tabulas: non, vt habent libri vulg. accipe iam tabulas. quāquātiā hæc vulgata lectio ferrī poſteſ.

DE T Y R N . L . H .] aliquot libri calamo exarati habent, dentur nobis, &c.

CY S T O D E S] addantur, ſen apponantur no- bis custodes, qui obſeruent, & ſpeculentur diligenter, nequid ſuffuremur, neque aliena opera va- tamur. M. Tullius Diuin. in Cæciliū: *Custodes (inquit) Tullio me apponite.*

DI I B E N E F E C R V N T] responder Horat. Diis habeo gratiam: vel benefici, ac benigni

erga

AD E V M , Q V O V E S P .] ad occid entom Virg. lib. 5. Aeneid. *veſpere ab atro Conſurgunt venti* Horat. Od. 15. lib. 4. *ad ortum ſolē ab Heſperio cubili.*

QY IN PER M A L A P R A Q .] vt ſup. epift. 1. lib. 1. *Impiger extreſos curis mercator ad Indos* Per mare paup. fugiens, per ſaxa, per ignes, per mala, id est, per moleſtas, per diſcrimina vitæ, per dolores, & labores.

VT I F V L V I S C O L L E C T . T V R E .] puluerem vento concitatum, & collectum vocant Græci poētae κονίσταλον, alij κονιόπτον. Itaque hoc nomen videtur exprimere voluisse.

NE Q V I D S V M M A D E P E R D . M .] me tuens ne quid de acero uero deruat: metuens ne quid de bonis queſtitis & congetis diminuat, ſi quid forte inſumat in res ad vičtum, cultrumque ne- ceſſariās: vel ſic, metuens ne quid de ſumma fu- res detrahant, neque alio caſu ſumma ini- nuatur, & depereat.

VE R S V S] præſertim satyricos, id eft, urba- nos, & mordaceſ.

FA N V M H A B E T I N . C .] intellige, hæc dici ab improbis, & virtioſis hominibus: quibus iniuiſi ſunt poētae, conuenit prouerbium in ho- mineis acreis, promtos, viribus corporis, aut geniſſiſ facultate inſtructos, ac patratos ad iniui- riā, ſi qua inſeratur, propulsandam, arq. adeo ad laceſſendū, ſi quis occurrat malo dignus. Plu- tarchus in Cratſo huius prouerbij originem in- dicans, ait ab bobus, qui cornu petunt, prouer- biū eſſe natum, quorū cornibus Romani fo- lebant fanū appéndere, vt ſibi ab eis careret ho- mines in via fortè occurrentes. narrat idem Plu- tarch. Sicinnium quendam de Cratſo dicere ſo- litum, fanum eum habere in cornu. ſi ille, ἔχει δέ χερινή καὶ φύλα. φύλα δέ οὐκ εἴλατον, δέ ρωμαῖς πλεῖσταις τοῖς καὶ τοῖς αὐτοῖς αρχαῖς, τοῖς δημαρχοῖς Σικινίος, τοῖς τοι- εποῖς, τοῖς μάνοις οὐ ταράθει τοῖς Κερασοῦ, ἀλλὰ πάρινοι αὐτοῖς, λόγτον ἔχει φυῖν τοῖς κέ- ρεστος. εἰδεῖσθαι δέ Ρωμαῖοι τοῖς κεκτηθεῖσι τῷ βασινῷ τῷ φυλάρχεσθαι τοῖς κτυποῖς τοῖς χερινοῖς, τοῖς πλειστοῖς τοῖς κεραῖς, id est, Valebat autē Cratſus gratia, & terrore: terrore quidem non minus, quam gratia. Sicinnius enim, qui ſuę a- tatis magistratibus, & tribunis pl. plurimū ne- goti faceſſuit, ei, qui quæſuerat quamobrem Cratſum ſolum non laceraret, ſed eum præter- ret, quia (inquit) ſenū haberet in cornu. Soliti autem erant Romani bovis, cornu petentis, vt, qui in viis occurrent, ſibi ab illo cauerent, ſenū cornibus alligare, eadem de re lege & Plu- tarch. παραγγεῖοι.

DU M M O D O R I S V M E X C . S . & C .] ita eft ridiculorum dictorum cupidus, vt dummodo quippiam falso dicat, ne amicis quidem parceret velit. Arift. lib. 4. de morib. ad Nicom. ſcribit, ſcurram, quem βαρυδόχον Græce nomi- na, eo diſſerre ab urbano, quod urbano ita fal- ſe dicat, vt neminem offendat, aut vt etiam de-

lecter: Curra autem ridiculo moderari nō possit: tum nec sibi, nec aliis parcat, dummodo risum moueat. verba Aristotel. sunt hæc, ὃ δὲ βαρύτερος, οὐτων δι τοῖς γένοις, καὶ οὐτα ταῦτα, οὐτε τοῦ ἀλλον ἐπεργάλυος, οὐ γένοτα ποιον. exentiatur autem risum, id est, risum profusum moueat.

E T; Q U O D C V M Q V E S E M. C H. I L L.] id est, quodcumque per iocum, & ludum scripsiter.

G E S T I E T] copiet. idem epist. ad Pison. gemit paribus collidere.

F V R N O] in quo coquitur panis. iccirco magna semper eò turba cōuenit & vetularum, & puerorum.

L A C U Q V E] lacus significat interdum vas amplissimum, vbi calcantur vuæ. M. Tull. in Bruto, sic ego ista censurim, & nouam istam quasi de musto, ac lacu seruidam orationem fugiendam: nec illam præclaram Thucydidis nimis veterem, tamquam Anticinam notam persequendam. Est etiam lacus (vt docet Varro lib. 4. de lingua Latina) lacuna magna vbi aqua contineri potest, seu locus, quo aqua ex fluminis ad aquandum excēpta est: quo modo credibilis est hoc loco accipientem esse, vt intelligamus pueros, & anūs aquandi causa ad lacum uiisse, & è lacu redire. Propert. lib. 2. Cui fuit indeſi fugienda haec semita vulgi, Ippa petita lacu nunc mibi dulcis aqua est. Terent. Adelph. Quod ipse sum lacum est pistrilla. Est & alijs lacus, vt epistola prima lib. 1. lacus, & māre senit amorem Fesinantis heri.

A G E D V M P A V C A A C C.] respondet Horatius ad ea, quæ cūm in omne genus poëtarū, tum in satyralium scriptores dicta fuerat, & pri- mūm negat, se esse poëtam: qua scripta sua, sermoni quotidiano similiora sint, quam locutio-

P R I M U M E G O M E I L O R V M, &c.] id est, primūm me ex numero poëtarū excepit.

C N C L V D E R E V E R S V M] certis pedibus, & numeris claudere: vt sat. 10. huius libr. at si quis pedibus quid claudere sensis, Hoc tantum contenit.

S A V I T] excandescit, irascitur, χαλεπάγει. Plaut. Epid. sed momento, si quid saevius fener, Suppetias mihi cum fratre ferre. vide annot. ad Od. 33. libri primi.

D E R P O S] luxuriosus, δότωτος, vide annotata ad Od. 1. epod. in extr.

I N S A N V S] sic edendum curauit ex auctoritate sex codicum manus.

N V M Q V I D P O M P O N. I S T I S A V D.] dissoluit id, quod responsum fuerat ab aduersario, hoc modo, patres (inquit) quotidie soleritatis suis succensere, portantibus, & scorriantibus:

& Pomponius, adolescens libidinosus, & luxuriosus, si eius pater viueret, æquè asperè obiurgaretur. hunc Pomponium quasi aliud agens, vellicat: in quo genere reprehendendi, & diuinus est Horatius, & ceteros omnino satyralium

scriptores quā res componere ges̄as. Satyras igitur propter hanc caufam sermones appellavit. Sunt autem etiam epistolæ sermones: sed illæ ad absenteis, satyre ad presentēis: & iccirco sermones potius, quā epistolæ dicta sunt, nomēnque generis retinuerunt, quia epistolæ appellantur suo & proprio.

I N G. C. S. C. M E N S D I V I N.] M. Tull. item in orat. pro Arch. poëta ait, poëtam natura ipsa valere, & mentis viribus excitari, & quasi diuino spiritu afflari. vide ann. ad illum locum, Ingenium misera, &c. de art poët.

M A G N A S O N A T V R V M] Prisc. libro 2. producit hunc locum, & ait sonitum esse visita- tis, quā sonaturum, à verbo sono.

I C C I R C O Q V I D A M C O M.] sic M. Tull. in orat. perf. At comicorum senarij propter similitudinem sermonis si sepe sunt abiecti, ut nonnumquam vix in his numeris, & versus intelligi posit.

N I S I Q V O D P E D E C E R T O] comicorum oratio, merus est sermo, præter quām quod certa,

ac definito numero, certisque pedibus ab oratione soluta differt. sic M. Tull. in orat. perf. Itaq. video visum esse nonnullis, Platonis, & Demosthenis locutionem, et si ab sit à verbi, ramer, quod incitatiis fertur, & clarissimis verborum luminibus utatur, potius poëma putandum, quam comicorum poëtarum, apud quos nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis, nisi quod versuī sunt.

A T P A T E R A R D E N S] aduersarium facit occurrentem ei rationi, propter quam putet quidam comediam merum sermonem esse, nō poëma: nempe quia desit ei spiritus acer, & vis poëtica, hoc modo, at qui sepe (inquit) videmus, in comediam senem induci à poëta, filio libidinose arque intemperante viuenti, scorranti, omnia, quæ habeat, profundenti, vxorem bene dotatā recusanti, ante noctem cum facibus ambulanti, grauitate irascentem: vt Demetam apud Terent. Teuropidem apud Platum. non decebat igitur comedie vis, nec spiritus. sic epist. de arte poët. Interdum tamē & vocem comedie tollit, Itaq. Chremes tumido delitigatur.

S A V I T] excandescit, irascitur, χαλεπάγει. Plaut. Epid. sed momento, si quid saevius fener, Suppetias mihi cum fratre ferre. vide annot. ad Od. 33. libri primi.

D E R P O S] luxuriosus, δότωτος, vide annotata ad Od. 1. epod. in extr.

I N S A N V S] sic edendum curauit ex auctoritate sex codicum manus.

N V M Q V I D P O M P O N. I S T I S A V D.] dissoluit id, quod responsum fuerat ab aduersario, hoc modo, patres (inquit) quotidie soleritatis suis succensere, portantibus, & scorriantibus:

& Pomponius, adolescens libidinosus, & luxuriosus, si eius pater viueret, æquè asperè obiurgaretur. hunc Pomponium quasi aliud agens, vellicat: in quo genere reprehendendi, & diuinus est Horatius, & ceteros omnino satyralium

scriptores

scriptores longo interuallo superat.

E R G O N O N S A T I S E S T, &c. Id est, nō est igitur satis versum facere verbis puris, & lectis, si ordine verborū communato, ac numero dissoluto, restet sermo quotidiano sermoni similis: & quali patres domi cum filiis vti solerū.

Ö T V A , C Ó R N V N I F O R E T] hæc sunt verba Sarmenti: quid faceres (inquit Sarmentus) *δ e M e s s i ,* si cornu tibi non esset exlectum, quod tu gerebas in fronte. cùm sic mutilatus ministeris est, si non accepisses vulnus in fronte? si non haberes frontem insigni cicatrice deformatam?

M V T I L V S] cornu amissio. tralatio à bobus mutilatis. cornu autem ei exlectum esse dicit, cùmque mutilatum appellat, non quod re vera cornua vñquam haberet: sed quod cicatrice illa obducta similis sit bobus mutilatis.

A T I L L I F C D A c i c .] Horatius his verbis Sarmenti iocu in Messium Cicerrum Campanum de cornu exlecto, & mutilata fronte, explicat hoc modo: illi (inquit Horatius) Cicero, inquam, foeda cicatrix, quæ erat in leuæ faciei parte, frontem hirsutam, ac pilosam deformarat. setosam autem facetè dixit potius, quam hirsutam. *χ e b o l o u c o s .*

C A M P A N I N M O R B . & c .] Sarmentus (inquit Horat.) multa iocatus in turpitudinem, & impuritatem oris Campani, Cicerru orabat.

vt Cyclōpa saltaret, id est, saltando ageret, ac referret, quia videlicet corporis statura Polyphemū Cyclōpem aequaliter videbatur: fortasse etiā propter oris cicatricē, qua Polyphemus similis videri poterat, posteaquā ei Ulysses oculū effudit. Campani, qui anteā Osci dicebantur, habiti sunt (vt dixi) ore impuro, atque incerto: *τρ̄ τ' ε t i r t o s t o x o t o p o r o i o t e s ,* *χ e b a t̄ a e r t i a C o r t e s .* morbum igitur animi intellige, vt suprà Od. 37. lib. 1. *C o n t a m i n a t o c u m g r e g e t u r p u m M o r b o v i r o r u m .* M. Tull. lib. 1. accusat. *N a m i l l e q u o q u e ,* *s o d a l i s i f t u s e r a t i n h o c m o r b o ,* & cupiditate. Alij per morbum Campanum, arrogiantiam Campanam significari volunt: quam M. Tullius in oratione de lege Agr. habita in sen. declarat his verbis: *s i s u p e r b i a n a t a i n i b i e f f e e x C a m p a n o r u m f a s t i d i o v i d e t u r ,* &c. & in ea, quæ habita est ad Quir. Itaque Campanā illam arrogiantiam atque intolerandam ferociam ratione & consilio ad inertissimum & desidiosissimum otium perduxerunt. ego tamen priorem explicationem magis probo.

P A S T O R E M S A L T A R E T , & c .] saltare Cyclōpæ, est saltando Cyclōpæ imitari ac referre. Arnob. lib. 4. aduersus Gentes, & quod nefarium esset auditu gentis illa genitrix Martia regnatrix & populi procreatrix amans saltatrum Venus, &c. Idem lib. 7. Ponit annos Iupiter, si Ampritu fuerit ætus, pronuntiatique Plautinus? aut si Europa, si Leada, si Ganymedes fuerit saltarus, aut Danae, motum compescit irarum? infra episto. ad Pis. nunc agrestem Cyclōpæ mouetur. Scribi Patrculus, Plancū in coniuvio genibus innoxum Glaucū saltasse.

C V I S A T I S V N A F A R R . L I B .] Donatus in Phorm. tradit, seruos accipere folitos esse, quia ore ita deformati esset propter fædum cicatricem, vt in statu larvæ videri posset, neque cothurnis, quia magna corporis esset statura.

C I C E R R V S] in Sarmentum, qui seruierat seruitutem.

D O N A S S E T I A M N E C A T E N A M &c. quærebant (inquit Horatius) à Sarmento, iamne ex voto donasset Laribus catenam, eō quod manumislus, & catena, seu compede liberatus esset. Solebant veteres, labore aliquo, vel meru, vel periculo defuncti, Diis immortalibus nonnullam suorum præteritorum malorum insigne, ac monumentum cōfiscare, vt gladiatores arma Herculi, epist. 1. lib. 1. *V e n a i u s a r m i s H e r c u l i s a d p o f m f i x o s t e r a b d i u s a g r o : n a u f r a g i N e p t u n o t a b u l a m ,* quæ sui naufragij imaginè expressam contineret. vt Od. 5. lib. 1. *m e t a b u l a s i c e r v o t i u s p a r i s i d i c a t u m h u m i d a s u p h e n d i s p o n t e i p s i e n t i a m e r i t a m a r i s D e o .* ita & pueri bullam Penatibus, seu Laribus, togam virilem sumptu: & virgines puppæ, puppas Veneri. Sic igitur & hunc Sarmentum significabat Cicerrus catenam Laribus ex voto cōfiscare debuisse.

S C R I B A Q V D E S S E T , & c .] hæc sunt coniungenda cum iis, que deinceps sequuntur, vt sit hæc eorum sententia: quod autem scriba

effet Sarmentus, non eo minùs esse seruum, neque seruile condicionem excusisse: aut certè non minùs esse libertum. liberti autem certas patronis operas debebant, vt ex Pandectis iuris ciuilis intelligere licet.

D E T E R I V S N I H I L O] nostri libri veteres ferè omnes, & ij, quibus in Italia, & ij, quibus in Gallia vñ sumus, habent, *N i h i l d e t e r i u s .* quam scripturam probo. licer etiam legere *N i h i l d e t e r i u s .* Italia sunt illa vehemens, & remens: prehendo, & prendo.

R O G A B A T D E N I Q V E C V R V M Q . r. sic scriptum est in uno codice Vaticanano, Donati, Faētri, Tornel. Nicotiano, Cleriano, Danielis. Videtur autem hæc esse sententia, denique rogabat cur hic Sarmentus fugit ut vñquam à domina, quasi ab ea nimis parcè aleretur, & quasi apud eam esuriret, rebūsq; necessariis egret, cùm esset tam gracili, pulillōque corpore. Quidam putat iocum esse ex contrario, merāque *ε i p o r i c i o s ,* & legunt *n a m q u a m ,* quasi Sarmentus secura, ingenti corporis fuerit statura, idémque edacissimus: qua de re nō pugnabo. Hoc tātum dicam, Sarmentum non fuisse obiectum Cicero immanem corporis staturam illis versibus, *P a s t o r e m s a l t a r e t u t C y c l o p a ,* &c. si ipse eidem maledicto, seu falsè dīcto opportunus esset. Vnde existimo primū legendū esse vñquam, vt habet omnes ferè libri veteres, & plerique vulg. deinde hunc Sarmentum breui statura corporis fuisse.

N I R I L L I L A R V A , & c .] neque larva opus esse, quia ore ita deformati esset propter fædum cicatricem, vt in statu larvæ videri posset, neque cothurnis, quia magna corporis esset statura.

C I C E R R V S] in Sarmentum, qui seruierat seruitutem.

B E N E V E N T U M] oppidū, & coloniam populi Rom. quod nomen bene ominandi causa Romani ei imposuerunt, cùm anteā à Græcis Maleuentrum nominaretur. Mala enim nomina fugiebant Romani, quia essent mali ominis.

S E D V E N T U M] officiosus quidem ille; & bona fide suum munus administrans: sed non satius cautus, neque consideratus. vide anno. ad epist. ad Vinnium Asell. lib. 1.

P A N E A R S I T , M . B . T .] sic hunc locū restituī vñrum codicem antiqu. secutus. nam in a⁴ ff

hiis omnibus præpostero ordine scriptū est, p. e. ne macros ayit dum turdos, &c. quā scripturā quāvis non dannem, vt tot librorū testimonio cōfirmatam, alteram tamen magis probo. Turdos autem quod macros fuisse dicit, eō hospitē notat, præterea hospes arsit, id est, hospitē domus: vt Virg. Æn. 2. iam proximus ardet vлаго.

VULCANO] ligni, vt Virg. ibid. dedit ampla rūnam, vulcano sisperante, domus.

LAMBERE TECTVM] sic Virg. Æneid. 2. tañū que innoxia molli Lambere flamma comas, & circum tempora paci.

CONVIVAS AVIDOS, &c.] id est, certe licebat, cōuinias, & seruos trepidos cenam ē flamma rapiētis, & communi studio ignem restinguere conanteis, vt cepā seruarēt scilicet.

NOTOS] quia Horatius erat Venusinus. Lanus, in Appulus, aneps. lat. 1. lib. 2.

ATABVLVS] ventus Apuliam infestā redens, quem Horatianum appellat Gellius li. 2. cap. 22.

REPSIBM VS] id est, erepissimus, vt insīa fat. 9. huncine solē Tam nigrum surrexe mībū cuius generis aliquor exempla colligere haud me pīgebit, vt studiorum adolescentium laborē mihiū, satyr. 3. lib. 2. duo predia dūges Antiquo censū natis diuīse diuibus. ibid. Gaudes si canicula percuti forte, lat. 7. eiusd. lib. Eusisti? credo metues, doctūque cauebis. Lucr. libr. 1. iam copia materiali Vndique ponderibus solidis confixet ad imum. ibid. suprā, Omnia enim debet, mortali corpore qua sunt. Infinita atque consumē anteacta disfusus, idem lib. 3. Nec tenet, anīsam leuam cum tegmine sepe Inter equos abstrace rotas, falseisque rapaces. Idem libr. 5. Aut morbo delirante procraxe ferantur. Catull. ad C. Licinum Calicum. Quon tu felici ad tuum Calicum Mīstī, id est, misisti. idem de coma Berenices. Actu non orbū luxiū deserta cabile, id est, luxisti. & codem carm. Iupiter: ut tersti lumina sepe manū! idem ad Rufum. Siccine subrepisti mi. pro subrepisti. idem ad Aſlenam. Aut facere ingenuis est, aut non promisse pudica. Terent. Adelph. non tu eu rūs hinc modo Producē aiebas? Idem in Hecyra, ut veni, itidem incertum amisti. Virg. Æn. 4. natūmque parvumque Cum genere extinxem. Idem libr. 1. penitusque sonantes Acceptis scopulos. Idem libr. 11. Vixit, cui vitam Dens, aut sua dextra dediſſer. erepissimus autem tralatum est a reptibus animalibus, pro eo, quod est lentē ambulādo superassemus, vt suprā Milia tum pransi tria repimus.

T R I V I C I] oppidū est in finib⁹ Cāpaniæ. LACRYMOSO] lacrymoso ab effectu, id est, lacrymas excitat, propter acrimoniam suā. Virg. Morero. Sepe manū summa lacrymantia lumen regit: Immeritoque furens dicit conuicia famo. hinc natū focus Plautinus Afio. sed num fumua est hac mulier, quam amplexare Arg. Qui dum? Lib. quia occulisti tibi lacrymantes, ego rogau. Sic ferē lacrymosum usurpauit epist. 1. lib. 1. vt propius pīctes lacrymosa pōemata Pūppi, sic Græci, in his Homeris,

A ἀλεύω, δακρύσσω, & μάζω δακρύσσω appellat, id est, bellum lacrymolum, & pugnam lacrymofam.

M E N D A C E M] epist. 1. lib. 1. Ut nox longa, quibus mentitur amica, diesque Longa videtur, opus debentibus, &c. vt hic puellam, mendacem appellat, eam, quae non dat quod promisit: sic Od. 1. li. 3. fundum mēdaciū, qui spēm agricolæ fallit: neque multo aliter Oda 17. epod. vbi Canidia respondens Horatio, inducitur, lyram mēdaciū, quæ falsis laudibus Canibiam ornaret.

S O M N U S T A M E N A V F E R T] somnus me occupat: somnus me opprimit, & caluitur, vt loquitur Plantus.

I N T E N T U M] vel animo, vel corpore, vel vitroque, mentula enim à mēte dicta est, quod, si mens à re Venerea auersa sit, nihil pars illa corporis magnopere ad eam rem conferit.

T V M I M M . S O M N I A V I S V .] significat, ac describit nocturnam seminis eruptionē, quæ sit in somno, quam Græci ἔγερπον μέν nomināt. turpis igitur est horū quidē verborum sententia, verū tamē nō pudebit me huc ascribere, quæ ab Aristotele, & Platone disputata ad hunc locum mihi videntur valde pertinere. Ac Plato quidē sic lib. nōro de rep. qua nos interpretabimur. cūm ea pars animi, quæ ratione est particeps, & mansuetā, alterāque præposita, sopita est: alterā autem, quæ fera, & immanis est, cibo & potione explata, arque ebria exsultat, somnōque depulso constitutū erumpere, fibiōque obsecundari, atque indulgere: seū tūm eam omnia audere, tanquam omni pudore, cogitatione, fibiōque solitam, ac vacuam. Aut enim secum matre corpus commiscere putat, neque id veretur: aut cum alio homine, aut cum Deo, aut cum fera: manus sine sanguine, & cede cuiusvis hominis contamineare: quous cibo vesci, quid multa nullam amentiam, multāque impudentiam aspernatur, aut prætermittit. Aristoteles autem lib. 1. de moribus ad Nicom. posteaquā docuit, in somno eam animi nostri partem dūtaxat, quæ nobis cum stirpibus communis est, nempe, in qua vis inest alendi, & augendi, sibiū munere fungi: ceteras autē quiescerē, neq; eo tempore virum bonum, virtutēque præditum, ab homine vitiōso, atq; improbo differe: ex quo illud dici solere, inter beatos, & miseros dimidiā vitæ partē nihil interesse: eius rei, cur ita fiat, rationē probabilem ait afferri posse, nempe hanc, quia somnus atimī sit vacatio ab opere, quia ratione bonus dicitur, ac manus, nisi sī aliquā motus quidam ē perueniunt, ac permanant: atque hac rationē honorū viorum, quām quorūlibet aliorū, visa esse in somnis meliora. haec tenus Plato, & Aristoteles: ex quorum verbis intelligere licet, hō facit esse, vt somnia nostra sint casta, pura, mīda, pudica, integrata, dedere nos somno modico cibō, ac potionē curatos, sed illud etiā accedere oportere, vt mēris trāquillitas, animiq; aquabilitas adfite, nulla ægritudo, nō ira, non libido, non alia vlla cupiditas

cupiditas animū cōcītarit, ac perturbabit. Nō est enim dubium, quin, quales sunt nostrā diūrā cogitationes, atq; appetitiones, talia sīnt & visa nostra, somniāq; nocturna. Itaque Aristoteles in problematis *Tūlūan* λ. scribit mēliorū virorū somnia esse meliora, propterea, quod eorum, tantisper dūn vigilant, cogitationes sunt mēliores. Iam quod Horatius sibi hāc immuaditum ventre supino dormienti potius, quām prono, dicit euēnīs, Aristoteles hoc quoque commēmorat in problematis *Tūlūan* π. ubi querit *Ω[δη] η τὰ ξωα τὰ μὴ οὐκ εἰσενόμεται, τὰ δὲ θλιψίας*, id est, cur ex ceteris animalibus alii numquā dormiēdo semen profundant, alia ratiōs. respondet autem ille idē fieri, vel quia nullū aliud animal præter hominem, supinum cubet: oullum autem nī supinū, semen profundat in somnis: vel quia aliae animalē longē aliter somnient, quām homines: profuso autem seminis nocturna in dormiēto fiat cum visione aliqua, & specie animo oblata. Lucretius hujusmodi somniōrum hanc causam exponit lib. 4. *Tum quibus etatis frēta primūta infūnatur, semen vbi ipsa dies membris matura creavit, Conveniunt simulacra foris ē corpore quoque, Nuntia praelari vultus putchriques coloris, Qui ciet irritans locuta turgida femme mulo, vt, quasi transactū sepe omnib⁹ reb⁹ profundans seminis ingētū fluctū, usq; emque cruentent.*

N O C T. V. M A C V L A N T. id est, vt Lucretius locutus est, cruentant. Qui cruentat enim, maculat, atque inquinat: & quod cruentum est, īpurum est: Ex quo cruentum pro īpurō, & cruentare pro inquinare, & īpurare usurpatur.

R A P I M V R] celareriter vñimur rhēdis.

O P P I D . Q V O D V E R S V D .] Equotū significat: de quo M. Tullius lib. 6. ad Attic. epist. 1. omnes ferē tuas litteras accepi, quas commēmoras, præter eas, quas scribiā Lenthuli pueris, & Equotutio, & Brundifis datas.

V I L I S S I M A R E R V M] ita vilis est, vt non soleat vendi, neque vlo in pretio sit. Plato in Euthydēmo. τὸ γέροντον, ὁ Εὐθύδημος, τύπον. τὸ δὲ ὑδρεύοντα, τὸ πίνον δὲ ἐφ Πινδαρος, id est, quod rarum est, Euthydēme, magni pretij est. aqua autem vilissima est, cūm sit optimū quiddam, vt ait Pindarus.

A Q. N O N D I T I O R V R N A Q V I L O - D C V S, &c.] hunc locum à nemine (quod sciām) rectè explicatum, sic explicō. Panis enim (inquit Horatius) Canusij lapidofus est: qui locus, nēpe Canisium, hand multo magis abundās aqua quām Equotū, olim à Diomedē cōditus est. Canisium à Diomedē esse cōnditū, tradit Strabo lib. 6. his verbis, οὐ πολὺ γέροντος διπλαῖς της Κανουσίας δύο πόλεις εἰ γέροντος μεγάλη τῷ πολιωπόνῳ γεγραπτή πόλη, οὐδὲ τῷ πολιωπόνῳ δύλοι, τῷ τε Κανουσον, καὶ η Λρυκητία ἀλλα νῦν ἐλαῖτης εῖαι, &c. λέγεται αἱ αμφόπεια Διομῆδου πόλη. id est, non

longē autem à mari suprā vrbes dūx, quæ antea Italicarum vrbium maximā fuerunt, vt ex mēnū circuitu perspicuū est, in campo sitae sunt, Canusium, & Argyrippa. nūc autem, mīnores sunt, &c. dicūtur autem ambā à Diomedē cōdīta. Neque vērō nouum, aut inusitatū est hoc loquēdi genus vel Horatio, vel alij bonis scriptoribus, in quo vox vna aliqua, aut plures inter id nomen, quod antecedens appellant Grammatici, & prouocabulum, quod referēdi vim habet, interponatur, vt Od. 2. lib. 4. Monte decurrens velut amnis, imberes *Quem super nos tu alluere ripas, Feruet, immensisque ruit profunda Pindarus ore.* Idē in carmine sacerulari ad Deos, *Alme Sol, currat nitidū diem qui Promis, & celas, & facy.* 8. lib. 2. quos Macenas adduxerat vmbras, *Nomentanus erat suprā ipsū, Perfus infū, nam Nomētanū, & Potcius, vmbre Mæcenatis erat, vt nonnulli volunt. Cattall. de coma Berenic. *Anne parentum frustrantur falsis gaudiis lacrymulis, vberim thalami quis intra limina fundantur? quorū verborum ordo est. Quas intra thalami limina vberim fundit.* idem ibidem. *Inuita ὡρα regina tuo de vertice ecclisi: Inuita, adiuvri tēque, tuumque caput: Digna ferat quod si quis inaniter adiurari. ordo est, quod si quis inaniter adiurari, digna ferat, id est, paenā meritas luit. Lucret. libr. 5. Et dominos acreis acficiunt, omnia posse Quos miseris credunt.**

R V B O S] Rubi oppidum Campaniæ, à quo Rubea, seu Rubia vrga apud Virgil. Georgic. 1. *Nunc facilis Rubea texatur fistina vrga, quamquam alij non à Rubis oppido, sed à rubo virgulto virgam rubeam dīctam volunt.*

C A R P E N T E S I T E R] carpere iter translatē dictū. carpēdi verbū enim propriēlocū habet in lana, & lino, & si voles, cīam in floribus, vt suprā annot. ad Od. 11. lib. 1.

T E M P E S T A S] tempestatē antiqui pro tempore posuēre, inquit Festus. Itaque tempestatē & malā, seu aduersam: & bonam, seu idoneam dicūt Latini. superioris exempla sunt crebriora, alterius ratiōs. M. Tull. ad Q. frat. lib. 2. *Tu si īsta expediti, vberim quamprimum bona, & certa tempestate confendas, ad mēque venias, ad eundem eod. lib. Tu mi frater simulac ille venerit, primam nauigationem (dommodo idonea tempestas sit) ne omijeris. Idem epist. ad Tiron. si statim nauigas, nos Leucade consequēre: si te confirmare vis, & comites, & tempestates, & nauem idontam ut habeas, diligenter videbis. Idem ad Terentiam, tuas litteras ego exferebam Brundisi, si effet lictum per nauem, qui tempestatem prætermittere noluerint. Idem ad Att. lib. 9. fuit enim pridie Quintūnū egrēa tempestas, quā ego illū vīsum puto. Lucr. libr. 1. *Dum tempestates adīsunt, & vīsa tēllis Tato res tenorū effert in luminis oras.* Idem lib. 4. liquidissima tēlli Tempētās. Ibid. *Turbida tempestas.**

B A R I] Barium Appuliae oppidum. piscosum autem dicit, propterea quod à mari alluitur. *Idē dūcēt Homerūs.*

G N A T I A] Egnatiam alio nomine appellat: oppidum est Salentinum: Græci Γενατία, vt Strabo lib.6.

L I M P H I S I R A T I S] vel quia magna est in eo oppido aquæ dulcis, & mortuæ pœnuria, vel propter ignis miraculū, quod subicit. vide anot. ad illū locū, *Itatius natus paries Diis*, sat.3, lib.2.

L I M I N E S A C R O I in vestibulo, & primo aditu templi, corruptè autem habent nonnulli codices, lumine, ad hunc locum fortasse pertinet quod est apud Plinium lib.2, cap.107. In Salentino oppido Egnatia, imposito ligno in sarcinum quoddam ibi sacram, protinus flammarum effusisse.

P E R L A] vel cui ea cutis, quæ glandem collis tegere debet, circum cisa est: ἀπέλαθηδος λιπόδερμος, verpus, recutis, cutrus, vt sat.9, huius lib. vt si nomē appellatiū, vt Gramatici loquuntur: vel Apellā sic accipe, vt sit Iudæi cuiusdam propriū nomen, Απελλης: quod Scaligerο magis probatur: eīq; aſcētior, sed quod hic Horatius negat se credere thura, & cetera, quæ in sacrificio adhibetur, sine flamma, aut igni iniecio, liquefere: idq; Iudeis, vt supra modū credulis, & superstitionis, credēdā relinquit: sacrificia Iudæorū (vt ex libris Hebraicis intelligere licet) fine vlo igne ab hominib; excitato, flamma ē cælo delapsa, interdū perficiebatur: eāq; flamma hostias mīro modo, & diuinitus absumebat, produxit sem̄ locos cōplureis ex illis libris, nisi veritus essē, ne sacra misericō profanis viderer.

N U M Q U A D I D S E C A C E V I] hūc versum mutuatuū est à Lucret. li. 5. & 6. quibus locis probare conatur ille ex sententiā Epicuri, homines propter ignoratiōne cauſarū, omnia, quæ fūt, ad Deos referre, eorumq; nutu, ac voluntate fieri existimare, atq; iſcīcō eis regnum cōcedere rerū humanarū. Sed præstat aliquor illius poētae versus impios quidē illos, sed tamē elegantes, & mira facilitate Latini sermonis ornatos, qui ad hūc locum pertinent, ascribere. sic igitur Lucret. lib. 5. Praterē solis cursus, lunae, meatus Expediā, qua vi ſtēt natura gubernans. Ne forte hic inter calam, terrāmque reamur Libera ſronte ſua cursus luſtrare perennēs Morigera ad fruges augendas, atque animante: Nēve aliq; Diūnū volū ratione pūtemus. Nam, benē qui didicere Deos ſecūrū agere auī, ſi tamen interea mirantur, qua ratione Quaque geni posſit, præſertim rebua in illis, Qua ſupra caput alberis ceruntur in oris, Rebus in antiquas referuntur religiones, Et dominos arcuſ aſſiſtant, omnia poſſe Quos miſeri credunt, ignari quid queat eſſe. Quid nequeat, &c. Idem lib. 6. Cetera, que fieri in terra, et quae tuentur Mortales, pauidis cū pendent mentib; ſape, Efficiunt animos humiles formidine diuum, Deprefſi ſue premūt ad terram, propterē quid Ignorāta cauſarū cōſerue Deorū. Co- git ad imperiū rei, & cōcedere regnū. Quorum operis cauſa nulla ratione videre poſſunt, hac fieri diuum nūmire rentur. Nam, benē qui didicere, Deos ſecūrū agere auī, ſi tamen interea mirantur, &c. vt ſuprā. Idem lib. 5. O genus infelix humānū: talia Diis Cum tribuis

A facta, atque iras adiunxit acerbū, Quantos tum gemitus iſſiſbi, quātūdine nobis Volnera, quas lacrymas pepere, re minorib; noſtriſ! Idem lib. 2. Omnis enim per ſe

Dūtūm naturā necesse eſt Immortalis euo ſumma cū paci fruatur, Semota a noſtriſ rebus, ſeunt dāque longē. Nam priuata dolore omniſ, priuata pericliſ, Ipſa ſuis polens opib; pilil indiga noſtriſ, Nec bene promeritis capitū, nec tangit ira. M. Tullius quoq; lib. de nar: Deorū, ſub perſona Vellejī, ita ſcribit, Quād ſi ita eſt, vere expoſita illa ſentētia eſt ab Epicuro, Quod eternum, beatūmque ſit, id nechabere pſum negotiū quicquā, nec exhibere alteri. Itaque neque ira, neque gratia teneri, quid, qua talia eſſent, imbecilla eſſent omnia. Idem lib. 5. ait, videri Epicurus de Diis immortalib; non magnopere pugnare: tantūmodū negare Deos eſſe nō arde, ne quid inuidia ſibeat, aut criminis. Idem lib. 1. ſcribit, Posſonū dixiſe Deos Epicuro nullos eſſe vidēri, quaque is de diis immortalib; dixerit, inuidia detefande cauſa dixiſe. Verū tamen vtrūm voluerit, & cogitarit Epicurus Deos tollere, nēcne, obſcurū eſt, illud perſpicuū, eū ſenſiſſe nullam illos habere curam rerū humanarū, id eſt, quod Lucretius & Horatius dicunt, ſecūrū agere auī. Plato autem contrā probar & Deos eſſe, & curare res humanas: itaque & piis benē velle, benignéque facere: & impīis, ac ſceleratis iratos, & infenſos effe: ſic enim ille in Phædone, ἀλλὰ τὸ δὲ γέ μοι δοῦ, ὁ Κέντεν ἡ λέγεται, τὸ δοῦ εἴναι μόνος τὸς Ἐπικούρου. id eſt, Sed hoc quidē mihi, Cebes, rectē dici videtur, deos eſſe, qui noſtri curā habeant, & rebus humānīs consulant. & lib. 1. de legibus, ait Deos omnium custodum eſſe maximos, & in maximis rebus eorum custodian, curāmque verfarī: quā sententiā iterat in Epitrope.

D I D I C I ab Epicuro, cuius ſapiētia inſtancientem appellat Od. 34, lib. 1. In ſententiis dum ſapiētia Confutus erro.

T R I S T E T I S tristes eſſent Diſ ſcīcet, & laboriosi, ſi, quicquid mirabile quotidie accidit, id ab illis proſificeretur, ac de cælo in terras demitteretur. Lucret. lib. 2. Quād benē cognita ſit tenea, natura videtur Libera continuo domino priuata ſuperbiſ, ipſa ſua per ſe ſronte omnia Diis agere expēſ. Quidam tristis interpretantur iratos, atque infestos.

ARGVMEN. SATYR. 6.

Reprehendit vanum populi Romani de nobilitate iudicium, quidē eam ſtemmarum antiquitate in virtute metiterur, & nobilitate illa non præditos ad magistratus non libenter admittet. Sibi non eadem ratione amicitia Macenatis qua tribunatum poſſe quenquam inuidere: quum hæc non fortuna fuerit, ſed virtutis commendatione quæſita fit. Tandēmque ſuam conditionem longē meliorem in vita priuata oſtitit, quād in magistratu eſſe poſſet.

NON

N O N quia, Mæcenas, * Lydorum patre natus? A quicquid Etruscō

Incoluit fineis, nemo generofior eſt te: Nec, quid anus tibi maternus fuīt, atque paternus,

Olim qui magnis legionib; imperitarint: Ut plerique ſolent, naſo ſuſpendis adūco Ignotos, vt me libertino patre natum.

Cum referre negas, quali ſi quij; parēte Natus, dum ingenuus: perſuadet hoc tibi vere,

Ante potestatem Tulli, atque ignobile regnum,

Multos ſaþe viros nullis maiorib; ortos, Et vixiſſe probos, amplis & honoribus auctos:

Contra *Lætinum Valerī genus, unde superbus

Tarquinius regno pulſus fuīt, unius aſſis Noꝝ vñquā pretio pluris licuiſſe, notante Indice, quem noſti, populo: qui ſtultus ho-

nores

Sæpe dat indignis: & fame ſeruit inepti:

Qui ſtupet in titulis, & imaginibus. quid

oportet

Nos facere à vulgo lōgē, latēque remotos?

Namque eſto: populus Lætino mallet ho-

norem,

Quād Decio mandare * nouo: cenſor que moueret

Appius, ingenuo ſi non eſſem patre natus:

Vel merito, quoniam in propria non pelle quiescem:

Sed fulgēte trahit cōſtrictos * gloria currū

Non minus ignotos generofis. * quō tibi

Tulli

Sumere depositū clauū, fieri que tribuno?

Inuidia accreuit: priuato que minor eſſet.

Nam, ut quisque infanus nigris medium

impedit, crus

Pellibus, & latum demiſit pectore clauū:

Audit continuo, quis homo hic eſt? quo

patre natus?

Vt, ſi qui egrotet, quo morbo Barrus, ha- beri

(lis) Vt cupiat formosus: eat quacumque puel- Jnijciat curam querendi singula: quali

Sit facie, ſura quali, pede, dente, capillo:

Sic, qui promittit, civeis, urbem ſibi cura, Imperium fore, & Italiam, & delubra deorum:

Natus, dum ingenuus: perſuadet hoc tibi vere,

Ante potestatem Tulli, atque ignobile

regnum,

Tūne Syri, Damæ, aut Dionysī filius, au- *Deijcere è ſaxo civeis, aut tradere Cad- mo?

(vno: At Noius collega * gradu post me ſedet

Namque eſt ille, pater quod erat meus.

*hoc tibi Paullus,

Et Meſſalla videris. at hic ſi ploſtra du- centa,

Concurrāntque foro tria funera: magna ſonabit,

Cornua quod, vincātque tubas, ſaltē tē- net hoc nos.

Nunc ad me redeo libertino patre natū:

Quē rodūt omnes libertino patre natum:

Nunc, quia Mæcenas tibi ſim conuictor: at olim,

Quād mihi parēret legio Romana tribu- Difſimile hoc illi eſt: quia non ut forſit ho-

norem

Jure mihi inuidet quiuīs: ita te quoque

Præſertim cauſū dignos assumere, praua

Ambitione procul felicem dicere non hoc

Me poſsum caſu, quidē te forſit ho-

norem

(amicum:

Virgilii, poſt hunc Varius dixere quid

effem.

Vt vēni corām: ſingultim pauca locutus;

(*Infans namque pudor prohibebat plura

profari.)

Non ego me claro natum patre, non ego
Me Saturciano vectari rura caballo:
Sed, quod eram, narro. respondes (ut tuus
est mos)
Paucus abeo: & reuocas nono post mente:
iubesque (duco,
Esse in amicorū numero. magnum hoc ego
Quod placui tibi, qui turpi secernis hone-
stum,
* Non patre praclaro, sed vita, & pecto-
re puro.
Atqui si vitiis mediocrib⁹, ac mea paucis
Medosia est natura, alioqui recta: velut si
Egregio in persos reprendas corpore næ-
uos: (la lustra
Si neque anaritiam, neque sordeis, ac* ma-
Obijciet verè quisquam mihi: purus, &
infons
(Vt me collaudē) si viuo, & carus amicis:
Causa fuit pater his: qui macro * pauper
agello
Noluit in * Flauī ludum mē mittere: c
* magni.
Quo pueri magnis è centurionibus orti,
Leuo suscep̄ti loculos, tabulāmque lacerto,
Ibant octonis referentes idibus era.
Sed puerum est ausus Romam portare,
docendum
Arteis, quas doceat quisvis eques, atque
senator
Semet prognatos: vestē, seruosq; sequēteis
In magno ut populo si quis vidisset, * auita
Ex re præberi sumtus mihi crederet illos.
Ipse mihi cufos incorruptissimus omneis
Circū doctores aderat. quid multa? pudici-
cum, (omni
Qui primus virtutis honos, seruauit ab
Non solum facto, verū opprobrio quo-
que turpi: (lim
Nec timuit, sibi ne vitio quis verteret, o-
Si præco paruas, aut, ut fuit ipse, * coactor

^A Mercedes sequerer. neque ego essem que-
stus. ob hoc nūc
Laus illi debetur, & à me gratia maior.
Nil me pœnitiat sanum patris huius: eōq;
Non, ut magna dolo factum negat esse
suo pars,
Quod non ingenuos habeat, clarosq; pa-
renteis:
Sic me defendam. lögē mea discrepat iſis
Et vox, & ratio. nam, si natura iuberet
* A certis annis euum remeare peractum:
Atque alios legere ad fastum quoscum-
que parentis:
Optaret sibi quisque: meis contentus, ho-
nestos (demens
Fascibus, & sellis, nolle mihi sumere,
Judicio vulgi, sanus fortasse tuo: quod
Nolle monus, haud iniquus solitus, por-
tare molestum.
Nam mihi continuo maior querenda fo-
ret res:
Atque salutādi plures: ducedus & cūnus,
Et comes alter: vti ne sol⁹, rūsue, peregré-
Ve exirem: plures calones, atque caballi
Pascendi:ducenda petorrita. nunc mihi
* curto
Fre licet malo, vel, si libet, usque Tarētū:
Mantica cui lumbos onere ulceret, atque
eques armos. (li,
Obijciet nemo sordeis mihi, quas tibi Tul-
Cum Tiburte via prætorem quinque se-
quuntur
Te pueri lasanū portantes, ænophorūmq;
Hoc ego commodius, quam tu præclare
senator, (est,
* Multis atque aliis viuo. quacūq; libido
Incedo solus: percutitor quati olus, ac far:
Fallace* Circū, vespertinūmq; pererro
Sape forū: assisto diuinis: inde domum me
Ad porri, & ciceris refero, lachanique
catinum. (albus
Cena ministratur pueris tribus: & lapis

Pocula

Pocula cum cyatho duo sustinet: astat e-
chimus
Vilis cum patera guttus, * Campana su-
pellex.
Deinde eo dormitum, non sollicitus, mibi
quod cras
Surgendum sit manē: * obēndus Marſya,
quiſe (noris.
* Vultum ferre negat Noviorū posse mi-
Ad quartam iaceo: post hanc vagor, aut
ego * lecto,
Aut * scripto, quod me tacitum iuuet. un-
gor olio,
Nō, quo fraudatis immundus Natta lu-
cernis.
Aſt, ubi me fessum fol acrior ire lauatum
Admonuit, fugio rabiosi* tempora signi.
Pransus non auidē, * quantum interpellat
inani (eft
Ventre diem durare, domesticus otior. hęc
Vita solitorū misera ambitione, grauiq;
His me consolor, victurus suauius, ac si
Quæstor auus, pater atque mens, patruus
que fuissent.
^B LYDORVM QVIC QVID] id est, quantu-
m Lydorū incoluit, &c. quod eiusmodi est,
vt si dixisset, quicumque, seu quotcumque Lydi in-
coluerunt fineis Etruscis, &c. sic loquitur suprà
Od. 5. epod. At, ô deorum quicquid in calo regit Ter-
ras, simile est illud Carulianum, O quanum eſt
hominum venustorū, & Terebit. Heautont. At te
omnes Dī, Deaz quidem, quantum eſt, syre, Cum istuc
inuento, cūque incepto perdunt.
OLIM QVI MAGN. LEG. IMP.] hęc
ē Lucrecio sumta sunt lib. 3. Inde alij multi reges,
rerimq; potentes occiderunt, magnis qui gentibus impe-
ritarunt. Imperitarint autem excidi iussi, securus
aliquot libros manu scr. quamquam cod. Iann.
Tornes. & Vatic. habent imperitarent.
NASO SVSPEND. ADVN.] derides, sat.
8.lib. a. balatro ſeffendens omnia nafso. Græci dicunt
μυκληζεν.
IGNOTOS lignobileis, obscuros, & cōmūs. vt
infrā ead. sat. Non minus ignotos generofis.
LIBERTINO PATRĒ NAT.] item in-
frā. Nunc ad me redeo libertino patre natum. & epist.
ad libr. Me libertino natum patre.
CUM REFERRE NEGAS] sic habent
libri omnes antiqui, hoc ed dico, ne quis suppo-
nat, nages.
DVM INGENVVS] ingenuus erat Horatius, si genuus est is, cuius pater seruitutem non
seruinit. Nam antiquo iure civili libertini à li-
bertis differabant, cū liberti sint servi manus-
missi: libertini autem libertorum filii. quam di-
ctionem imperatores sustulerunt.
TULLI.] Seruui Tullij regis sexti, ex captiu-
nati.
AMPLI. ET HON.] quidam libri veteres
habent multis & hon.
CONTRÀ LÆVINVM VALERI G.]
id est, contrà Lævium P. Valerij Lævini Popli-
cole, à quo Tarquinius exactus est, filium, per-
ff. iiiij

suades tibi verè, & exploratū habes, hominem
contempsimū suille.

V A L E R I G E N V S] Valerij filium: vt Tibull.lib. 4.ad Mess. de Circ. Quām illa foret so-
lis genus. & Propert. lib. 2. Qualis & Isomache La-
pū he genus herione. & Horat. Oda 14.lib. 2. & Da-
nū genit. infame. Quidam doctiss. viri, cum, qui
primus in hac nobilissima familia; Lævinus di-
ctus est, hoc cognomentum à sinistro atque im-
probo animo, malisq. moribus invenisse suspi-
cantur: quod mihi quoque fit verisimile: sed ta-
men pér Valerij genus, auctorem huius generis
nego intelligi debere: quod illi existimare vi-
deatur.

V N D F] à quo, ὁφ' οὐ. sic Terent. Adelph. domi
habuit, unde diceret.

R E G N O P V L S. F V I T] quidam libri ve-
teres habent pulsū fugit. ego receptam scriptu-
rā ferineo.

V N I V S A S S. N O N V M Q V A M, &c.] id est, numquam pluris astimatum effevno aſſe.
verbū līeo autem in mancipiis, & rebus man-
cipi, vñalibns denique propriè locum habet, vt
.obſcurè ſignificare videatur Horat. hunc Lævi-
num quantū uis nobilem, propterea qud iners,
& ignarus fuerit, seruo nihil meliorē fuile.
M. Tullius ad Attic. lib. 12. De Druſi hortis, quanti-
licuisse tu scribis, id ego quoque audieram.

N O T A N T E I V D I C E, Q.] amplificatio
eft, hic Lævinus etiam à populo, qui nobilitatē
pluris facere ſolēt, quām bonos mores, & virtu-
tem, tamē contentus, ac præteritus eft: neque
vllum honorem, præter quaſtūram, potuit ob-
tinere, propter inertiam, & cetera animi vitia.

Q V I S T V L T V S. H O N. S E. D.] si po-
pulus (inquit) qui ſaſe honores defert ad indi-
gnos, & famā ſequitur, & ſplendorē genitū po-
tiū, quām veritatem, ac virtutem, Lævinum ho-
minem nobilissimū propterea, qud à majorib-
us ſuis degenerauerat, contemnit, ac pro nihilo
putauit, quid nos oportet facere, multū à po-
pulo ſtudiis, & iudiciis diſcrepanteis, ac diſ-
denteis?

I N D I G N I S] epift. 16.lib. 1. vt ſi Detulerit ſaſeis
indigno, detrahēt idem.

E T F A M A S E R V I T I N E F F T V S:] &
famā ſervit, in cōque ineptus eft; vel in eo ine-
ptus eft, qud famā, & rumori ſervit. notaui-
mus alibi hoc loquendi genus.

S T V P E T I N T I T V L I S] admiratur titu-
los, & generis antiquitatem, ſuprà ſatyr. 4. ſupet
Albinus are.

E T I M A G I N I B V S] ſtatutis, generis anti-
quitatis iudicibus ac testibus. Od. 8. epod. fumus
arque imagines Ducant triumphales tuum.

A V V L G O L O N G E, L A T E Q V B] om-
nes ferē libri manuscript. habent, longē longēque
remotus.

N A M Q V B E S T O: P O P V L V S, &c.] re-
dit ad illud ſuperius de populi leuitate, atque
à Caſſare

A errore, qui plerūque nobilitatē pluris facie,
quām integratē, grauitatē, conſtatiam, ce-
teq; ſque virtutes. Eſto, inquit, demus, populum
Lævino homini nobilissimo potius, q̄ Decio
nouo, & ignobili honores mandaturū: & si ego
cūm ingenuo parte narū non eſſe, me ad pe-
tēdos honores cōrūfēm, dubiū non eſſe, quia
me censor à perendo ſummoeat, vt indignum
magistraru; veruoramē aq; ignobiles, vt no-
bilissimi homines, honoriſtudio ducentur.

D E C I O] P. Decio Muri, qui primus ē Decii
consul fuit, vt testari M. Tull. lib. 1. de diuinat.
ſiccirco nouis ab Horat. appellatur.

M A N D A R E] mandare bonum, mandare magi-
ſtratur, vſitatum genū loquidi bonis auſtori-
bus. Admonet me hic locus, vt emendem lo-
cum Cicer. in proœmio orationis pro lege Ma-
nil. qui ita vulgo legitur. Nunc cum & autoritatis
in me tantum ſit, quantum vos honoribus mandandum
effe voluſtis, & ad agendum faciliſt. &c. ego honoris
legendum censeo.

N O V O] noui ſunt, quorum maiores ornati
non fuerunt populi honoribus.

M O V E R E T] moueret ordine, notaret, iure
ſuffragij priuaret, in aerarios referret.

A P P L V S] M. Tull. epift. ad App. lib. 3. v. 1c,
& in censura, ſi iam es censor, vt ſpero multum de pro-
auro cogitato tuo.

V E L M E R I T O, Q V O N I A M] atque id
merit (inquit) quia mea forte contentus non
fuilem, aut quia maiora, quām mei generis, ac
loci ratio ferat, cōcupiuiſſem: aut quia praetexta
lato clau, calcei lunatis, & ceteris insignib; ſ
honoris & senatorij ordinis ornatus incessiſſe.
Eraſmus putat natum proverbiū ab aſino Cu-
mano, qui leonina pele ſumta, leonem ſum-
taſſet.

S E D F V L G E N T E T R A H I T] id eft, ſed
aqué cupidis glorie & triūphi ſunt homines no-
ni, & ignobiles, vt nobiles, currū gloriae tribuit
vel propter triumphatū currus, vt ſup. Od. 9.
epod. Io triumphē, tu moraris aureos Curris, &
intactas bones, & ideo fulgentes, accipiendo, pro au-
reo, ſeu aurato, & quod auro renidet. vel per
currū ſignificat gloriae altitudo, & praſtantia.
Lucret. lib. 6. princip. Quandoquidem ſemel in-
ſignem conſendere currum ventus ſes Horata eft,
&c. alibi, Vincendi ſes, &c. Horat. epift. ad Au-
gust. lib. 1. Quem vult ad ſcaman vento gloria curr,
&c. conſtrictos autem dixit venusté, ſignificans,
gloria cupidos quāi vincitos in cuius triūpha-
li portari. Atque ita prior explicatio erit poſte-
riori anteponenda.

Q V D T I B I T V L I I] hunc Tullium Iul.
Caſſar terut potitus, qud Pompeianas partēs
ſecutus eft, ſenatu monte, cūm praefrēm ob-
ſcuo, & humili loco natuſ eſſet. In perfecto autē
Caſſare, ſuerat reſtitutus, arque iterum ſe ad pe-
tēdos magistratus cōtulerat. Hoc igitur dicit,
qud tibi profuit ſumere uestem ſenatoriam tibi
à Caſſare

à Caſſate ademtam, & obtinere tribunatum: in
eundem inuechitur inſra, obſciuet nemo ſordet mihi;
A & eſte appellata clauis intertexta. Varro libr. 8. de
ling. lat. Nam ſi quis tunicam in uſu ita conſuit, ut al-
tera plaga ſit anguſtia clauis, altera latitudo: utraque pars
in ſuo genere caret analogia.

C L A V V M] Latum clauum, de quo mox di-
cemus. erat enim ſenator.

F R E R I Q V B T R I B V N O] ſic edendum
curau, codicum aliquot manu ſcr. auctoritatem
ſecutus: quam ſcripturam agnoscit Porphy.

N A M, V T Q V I S Q V E] ſententia hæc eft.
nam ſtatiſ, vt quis nigriti calcei lunatis, & ſe-
natorio vſitu vti coepit nouus, & obſcurus ho-
mo, & eo ipſo infanus, qud obſcuro loco na-
tus, & nouis inſignia ſenatoria ſibi ſumat, atq; arroget: audit hos populi ſermones. Qui homo
hic? &c. calcei autem ſenatorij vſque ad mediū
crus producabantur. iccirco dixit, medium impe-
diuit crux. Noui homines autem adepti magiſtra-
tum, eo ipſo ſiebant ſenatores.

E T L A T V M D E M I S. P E C T. C L A V.] id eft, tunicatū longam atq; ad talos demiffam,
latiſ clauis ornatam induit. clauis (inquit Sofi-
pater Carifius) impurpura & in clauara vefiſ,
id eft, ἔντορφους ἐδῆς καὶ ἐπηρός. Erant autem
hi claui ornatamenta quādam purpurea clauorū
ſpecimi præbentia, tuniciſ attexta, ſeu fortaffe
aſſuta: quibus latus clauis diſtis, id eft, tunica
lati claui: quod erat in ſigno maiorum magiſtratu-
m, vt aedilium maiorum, praetorū, cōſulū,
denique ſenatorum. Plin. lib. 33. Annuli diſtinxe-
re diterum ordinem à plebe, vt ſemel caperunt eſſe cele-
bres, ſicut tunica ab annulis ſenaturum tanium. Sueton.
in Vespaf. ſueta togā virili, latum clauum, quām quā
fratris adepto, diu auerſatus eft: nec, ut tandem appete-
ret, compelli, niſi à mare, potuit. Idem in C. Claud.
Latum clauum, quām initio affirmasset non letturum
ſenatorem, niſi ciui Rom. abnepotem, etiam libertini filio
tribuit, &c. Idem in Tiber. ſenatori latum clauum ad-
mit, &c. Idem in Oct. liberis ſenatorum, qud cele-
ritas reip. affuerat, protinus à virili togā latū clauum
induire, & curia intereffe permifit, erat & angustus
clauis, id eft, tunica angusti claui, ſua vteban-
tur equites. Suet. in Octavi. vſus eft togis neque re-
ſtrictis, neque ſuſis: clauo nec late, nec angusto. Patet
de Mæcēn. non minis Agrippa Caſari caru: ſed mi-
nus honoratus, quippe vicit angusto clauo pane con-
tentus, à late, & angusto clauo latiſtū, & angusti
clauij nomina diuīta ſunt. Suet. in Nerone, &c
ſepe in eiusmodi rixis oculorum, & vita periculū adiit,
à quodam latiſtū, cuius uxorem attrahuerat, prop̄
ad necem ceſſus. Idem in Othonē. Interfuit huic bello
pater meus Suetonius Leni tercia decima legionis tribu-
nus angusti clauis. Ita in Vita C. Suet. Tranquilli
in princip. ſic legendum, C. Suetonius Tranquillus;
patrem habuit Suetonius, cognomen Lenem, tercia de-
cima legionis tribunum, & angusti clauis, &c. Ne-
que vero videtur mihi prætermittendum, quod ſcribit Pomp. Festus, tunicam palmatam à lati-
tudine clauorum eſſe dictam, qua nunc (inquit ille)
a genere pictura appellatur, quibus verbis ſatis ſi-
gnificat, clauos illos in tuniciſ acu fuile depi-

C C p. v. 1. Et morbi miror purga-
tione te illus. Aut quidam hunc Barrum impu-
dicum & mollem fuile: alij adulterii ſobilem,
& Emiliam virginem Vestalem corrupiffe, eōq;
crimine damnatum eſſe.

V T C V P I A T F O R M.] ſic habent omnes

ferē libri, quos vidi, manu ſcr. aliquanto melius,
niſi fallor, quām vulgati, Et cupiat. Eſt autem hic
ordo, vt ſi qui, id eft, ſi quis agrotet eo morbo,
quō morbo Barrus agrotat, ſeu agrotabat, ſem-
pe, vt cupiat haberi formofus, &c. Poteſt raien
vulgata lectio ferri.

S Y R I, D A M A,] Syri, Damæ dictum eft
etoudeat, ſunt enim nomina duo ſerulia, id
eft, minimè Roħana: vt & Dionysius. Tunc igi-
tū (inquit Horat. aut ciuiſ aliquis alius Rom.) eft
ſeruo quopiam natuſ, audes ciueſ Roħ, dānatō
vel de ſaxo Tarpeio deſicere, vel carnifci tradere
ſecuri feriendos: quod erat in tribunorū ple-
bis potestate ſitum. quamquā hoc iuriſ non mo-
derati, neque populares tribuni pl. fed turbulen-
tiores, & violentiores vſurpabant.

D E I C E R E ē S A X O] Tarpeio: on mēdā

τηρητής τε γεγονόποιος. hoc igitur significat, auctoribus fungit?

E T T R A D E R E C A D M O] Cadmum litora quendam hoc nomine fuisse voluit, quam nonnulli *camo* legi malunt. *camo* autem id est, *catena*, alij *camo*.

A T N O V I S C O L L E G A] responderet ignobilis ille, & libertinus, & tamen magistratu fungens, hoc modo. At collegam habeo gradum inferiorum. Est enim libertus, cum ego sum libertinus.

N A M Q U E E S T I L E E , P A T E R Q . E . M . sic mihi videntur hac accipienda, ut sint etiam ignobilis illius & libertini, magistratum gerentis verba: non Horatij: quamuis reclameret Porphy.

H O C T I B I P A V I L V S , E T M E S S A L - Z A] hoc nomine responderet Horat. aut aliis eius Rom. aut populus) nempe quod collega tuo superior sis uno gradu, & conditione, tibi videris summo loco natus.

A T H I C S I P L . D . Iverum quamuis hic Nouius sit libertinus, & deteriore loco natus, quam tu: uno tam te vincit, quod voce admodum valeat, hoc saltet nos retinet, ac delectat: hoc nos solutus, intellige, haec quoque dici à ciue, aut populo Rom. Hoc loco autem Horatius virbanus & populum Rom. irridet, qui talibus hominibus magistratus mandet, & ambitiosos, ac magistratus ipsos, qui sola vociferando facultate freti dignos se honoribus populi esse parent.

M A G N A S O N A B . C O R N . Q . V . id est,

C A V T V M D I G N O S A S S V M . in amicis deligendis prudentem, consideratum, ac diligenter: facultate, & lingua voluntate te vincit, sonabit, sonitus edet, nomen *magna* vel cum voce *cornua* coniungere licet, vel cum verbo *sonabit*. Nam & M. Tull. ita loquitur multis locis.

F E L I C E M D I C E R E N . H . non possum me hoc nomine felice prædicare, quod te amicum naeum sim, nulla etenim me tibi fortuna obtulit: sed cerro iudicio, & cōsilio me a cunctis, tuo igitur consilio, id est, *τῇ σῇ ταραχῇ* effecitum est, vt tibi sim amicus, non mea *στυχίᾳ* id est, felicitate.

H O C C A S V] hoc enent, vel hac sorte, sors enim est effectus fortuna, vt supra annotauimus, etiam si alius scribat Nonius, significat tamen interdum cuiusque viuendi genus, sive fortuitus oblatum, sive consultus suscepimus.

S O R T I T V S] subintellige, sim, vt sepe alias.

S O R T I R A T E autem est *λαχανεύειν*, nancisci, consequi.

N V I L L A E T E N I M M I H I T E R . perspicue ostendit, se in amicitiam Mæcenatis recipiunt esse non alterius commendatione, non gratia, non fortuitus: sed illius cōsilio, ac iudicio: sive que ipsius virtute, fors autem legendum, atq. ita habent omnes libri manusc. non ut vulg. fors.

S I N G U L T I M P A V C A L O C V T V S . sic suprā sat. 4. dicebat se apimi pūlli satum esse, raro

Dente Theonino cum circumroditur. Cicer. orat, pro Corn. Balbo. more hominum inuident: in communis rodunt.

N V N C Q V I A M A E C E N . T . S . duobus temporibus, & duabus de causis se clanculum mordere ostendit, nunc quidem quod cum Mæcenate viuat, olim autem, quia tribunus militum fuerit, Brutus imperatore.

D I S S I M I L E H O C I L L I E S T . id est, non est idem olim tribunum militum fuisse, atque hodie cum Mæcenate viuere.

Q V I A N O N , V T F O R S I T , &c .] quia (inquit Horat.) no ut fortasse quisvis mihi possit iure tribunatum, seu quemvis alium honorem inuidere, ita mihi tuam amicitiam iure inuideat. honos enim nonnumquam forte fortuna mandatur etiam indignis: amicitia autem tua neq. indignis, neq. casu contingere solet, cum delectu amicorum adhibeas, neque quemquam in amicitiam tuam recipias, nisi perspectu spectatum, & cognitum. Scivit autem, qui legerunt Aristotelem lib. 2. rhetor. inuidiam locum habere in rebus alterius secundis, & fortuitis, no in iis, quae sunt animi viribus, & virtute parte. sed silentio prætereundū non videtur, Priscianum lib. 15. ita hunc locum legere, vt excudēdum curauimus. quia non ut *foris* honorem, *foris* autem idem valeret, quod fortassis: eaque voce visus est sup. Od. 28. lib. 1. & Virg. lib. 2. En. *Foris vota facit, cumulatque altaria donis*, atque ita reperi scriptum in cod. antiquis, Vatic. Iann. Faer. Torn. Clericano, Nicotiano, ceteris omnibus.

C A V T V M D I G N O S A S S V M . in amicis deligendis prudentem, consideratum, ac diligenter: facultate, & lingua voluntate te vincit, sonabit, sonitus edet, nomen *magna* vel cum voce *cornua* coniungere licet, vel cum verbo *sonabit*. Nam & M. Tull. ita loquitur multis locis. vt pro Arch. poëta. ut etiam *Corduba natus poëtis pingue quiddam sonantibus, atque peregrinum, tamen aureis suas dederet.* Idem in Bruto. *Cotta, quia se valde dilatandis litteris à similitudine Graecæ locutionis abfraverat, sonabatque contrarium Catulo subagreto quidam, planaque subrufisticum, alia quadam quasi inculta et sive stria via ad eandem laudem peruenierat.*

S A L T E M T E N E T H O C N O S . id est, saltem, haec vocis magnitudo, & profusa loquacitas, & laterum firmitas, nos retinet, no que solatur, seu à nobis impetrat, vt eius ignorabilitatem arque humilitatem feramus.

N V N C A D M E R E D E O , &c .] ex his verbis intellige, ne superiora quidem illa, hoc tibi Paulus, Et *Messalla videris, &c.* esse Horatij verba, sed cuius aliquis alius, seu populi ipsius Romani. Nam quod ad illa attinet. *Namque effite patrum quidem rat mea, &c.* multo minus Horatij esse puranda sunt.

R O D Y N T] carpunt, clanculum insectantur, mordent clanculum, vt loquuntur Terent. Eunus, sup. sat. 4. absentem qui rodit apicum, epist. 18. lib. 1.

rat & perpetua loquentem. *Singultim loqui* est sermoni interrupto, & veluti voce identidem compressa loqui: quod vsu enire solet verecundis, & timidis natura, tales autem locutionem *ἰχθύων* vocant Græci, *ἀλλά τὸ ἵψεν τὸ φωνὴν*, non *ἰχθύων*, quæ est vocis (vt ita dicam) gracilis, & *ἰχθύων*, qui ita loquuntur, id est, qui loquendo hæsitant, à Græcis appellantur, non *ἰχθύων*, quemadmodum corruptè, ac mendicè habent libri problematum Aristotel. *Τυμπαὶ οὐδὲ φωνῆς*, quod quidem declarat ipse Aristoteles problemate L v. his verbis οὐδὲ *ἰχθύων φωνὴν*, λόγῳ δὲ οὐ δύσκαλοι οὐεῖσθαι, quo loco tamen libri omnes vulgati habent *ἰχθύφων*.

I N F A N S P V D O R . infantem pudorem appellat, qui fandi facultatem eripit, ab effectu, pudore enim, & timor obsunt locuturo.

N O N E G O C I R C V M M E S A T . id est, non ego me meas villas, & meos fundos obire dico, equo Apulo insidentem: equo in Satureianis, id est, Tarentinis, aut Appulis paucis nato, & pasto. Satureiam dictam esse Tarentum voluit quidam. Seruus ad illum locum, *hyali saturo fascata colore*, Georg. 4. norat, Satureium oppidum fuisse Tarento vicinum. Porphyrio Satureianos agros in Appulia fuisse, illis temporibus nobilis tradidit: quod per equum Satureianum, Apulum significari.

Q V I T V R P I S E C R . H O N . &c . id est, qui honestum hominem à turpi separas non generis splendore: sed vita innocentia, & animi integritate.

S E D V I T A , E T P E C T O R E P V R O . sed vita integra, ac pura, & animo casto, ac puro, infra paucis post verbis *puru* & *infuso*. sic epist. 2. lib. 1. nunc adhuc pars Pectoris verba puer. idem Od. 22. lib. 1. *Integer vita, scelerisque purus*.

A L I O Q V I R E C T A . paucis vitiis, ilisque mediocribus exceperis, recta.

N E C M A L A L V S T R A . flagitosas, & nefarias libidines, lustra hoc loco id est, quod genea, fornices, *mala lustra* dixit, propteræ quod sunt quedam legibus ciuilibus concessæ, & ferendæ volupitates: vt suprà sat. 4. *Ne sequerer machas, concessa cum Venere vti Poffem*, nomine lustrorum vtitur & M. Tull. vt in orat. pro M. Cælio. *Nulla luxurias reperiatur, nulli sumptus, nullum as alienum, nulla conuiuiorum, ac lustrorum libido*, & in Orat. post reditum in senatu. *cur in lustris, & luxuationibus, huic calamistrati saltatoris tam eximia virtus tamdiu cessavit?* & pro Sextio de Gabino. hominem emersum subito ex diuturnis tenebris lustrorum, ac stuprorum, vino, geneis, lenociniis, adulteriis que confessum. & epist. ad Caff. lib. 12. *Quæ autem in lustris, & vi- no commentatio potius esse?* & Lucret. lib. 4. *Desidio agere etatem, lustrisque perire.* & Plaurus Bacchid. atque id pollicetur se daturum aurum mihi, Quod dem sortis, quodque in lustris comedim, & congracem patet. Idem in Africar. in extrem. *cans capite te cuc-*

I B A N T O C T O N I S R E F . omnes ferendæ verba accipiunt de mercede, quæ datur Flavio numerandi magistro, ego autem putabam intelligenda de pecunia ante collocata, & in fænore occupata, nunc exacta. caput enim, aut certè vñstra idibus exigebantur, pecunia Kalendis ponebatur, vt diximus sup. ad Od. 2. epod. in ext. Itaque hæc verba referentes era, sic explicabam: referentes à debitoribus vñstras idibus. Iam octonis idibus dixit, quia idquin dies sunt octo.

D O C E N D V M A R T E B I S , Q V A S . quid

Romæ dicerit, ostendit his verbis epist. ad Loll. lib. 2. *Rome nutriti mihi contigit, atque deceri, Iratus Grajus quantum nocisset Achilles.*

S E M E T P R O G N A T O S . semet natos, aut

propriè prænepotes suos à se prognatos, hæc enim vis est huius nominis. M. Tull. Tusc. lib. 3.

Qualis enim tibi ille videtur Tantalo prognatus, Peloponnesus, qui quodque in lustris comedim, & congracem patet.

Idem in Africar. in extrem. *cans capite te cuc-*

raptis natus nuptiis? Nam de Thyesta loquitur.

V E S T E M , S E R V O S Q U E S.] aded (inquit) vt si quis vestitum, & comitatum meum in turba videret, exstinxaret sumtus illos mihi ex re auita suppeditari. sed nonne fieri poterat, vt ex patrimonio aucto sumtus illi Horatio suppeditarentur, quanquam eius aius libertus fuisse? poterat. sed credibilis est patrem Horati nihil, aut paucia à patre acceperit, omniaq; quae habet, quae si uile, ordo horum verborū hic est, quem alij turbant: aded, vt si quis magno in populo vestem, & seruos sequentes vidisset, &c.

P R A E B E R I] suppeditari, *πελέσθω*, vt su-
prā annorauimus.

I P S E M I H I C V S T O S] sic M. Tullius de Cælio in Cæliana, Nam quod etas M. Cælii darr potuit iſbi ſuſticioni locum, ſuit priuim ipſius pudore, deinde etiam patri diligentia, diſciplinaque manuia.

N E Q V E E N I M Q V I V I S H O R R. P I L.] sic fecit Oda 6. lib. 1. Nos, Agrippa, neque hac dicere, nec graueni pelida stomachum cedere nesci, &c. & Od. 12. lib. 2. Nolis longa ferre bella Numantia, &c.

A V T L A B E N T I S E Q V O D. V V L N. P.] Parthi enim ex equis pugnabat, & erat equites. Od. 2. libr. 1. Ne finas Medos equitare inultos Te duce Cæsar. & Od. 19. ciusd. Nec patitur Styx, Et versis animosum equis Parthum diceat, nec que nihil continent, ad quem locū, & item ad alios odatū lib. Parthos equites fuisse, & ex equis pugnare solitos notauimus. labentis autem equo Parthi vulnera

dixit ad laudem Augusti spectans, quasi Augusti

virtute Parthi, qui in pugnis equestribus multū valere & pollere putabantur, superati ex eis quis suis diecti fuerint. describat autem edendū curauit, libros aliquor veteres secutus: nonnulli

tamen non minus vetusti habent describit, quod

æquè probo.

F R A C T A C V S P I D E] cuiusmodi tela di-

citur Marius excoxitasse, vt & essent hostibus

inutilia, & ne corporibus fauori euelli pos-

sent: qua de re sic Plutarchus in Mario, Λέπια

δὲ εἰς Σπέλεον τὸν μάχην φρόντων Τελλού

εἶς τὸν σιδηρὸν ἐμβλημα τὸ δύλες τοῦτον μὴ

λῦσθαι τοῖς φύσισι κατειλημμένον σιδηρόν. Τότε

δὲ δέ Μάριος τὸν μῆρον, θάσην ἔχει, εἰσετείνει τὸν εὐθραυστὸν ἀντ

αὐτὸν. Εντολή, τεχνάζων ταρσεστού τον

ιοσὸν τὸν θυρεόν τὸν πολεμόν, μὴ μάχεν δρόμον,

ἀλλὰ τὸ δύλες κλασθέντος τὸν καμπτόν γνε-

θεῖαν τοῦ τοῦ σιδηρού, καὶ παρελημένην τὸν δρόμον,

ιδεῖται. Dicitur tūm ad pralum illud à Mario de in-

culis innovatum esse. Nam ea pars ligni, qua in ferrum

inseritur, antea duabus fibulis ferreis contingebatur: Tunc

autem Marius, alteram quidem, quemadmodum erat, re-

liquit: altera autem excema, clavum lignum fragilem in

eius locum immisit, eo confixa, ut iaculum ad clypeum ho-

sti adiectum, non maneret rectum, sed clavū ligno fra-

cto, curvaretur ferrum, & lignum transversa crisside ha-

reens, deorsum penderet.

A T T A M E N T I V S T.] loquitur Treba-

tius. Si bella ab Augusto gesta scribere non po-

tes: at poteras eius fortitudinem, iustitiam, ani-

mi magnitudinem, ceteraque virtutes laudare,

ac prædicare: quemadmodum Scipionis laudes

Lucilius suis scriptis posteritati commendauit, ac memoria prodidit.

E T I V S T V M P O T E R A S, E T S C R I-

B E R E F O R T E M] Augustum iustitia, & for-

titudinis nomine laudare poteras.

S C I P I A D A M V T S A P. L V C I L.] quemadmodum Lucilius sapiens descripsit Sci-

piadam, id est, Scipionem, infra eadem fat. Virtus

Scipia, &c.

H A V D M I H I D E E R O] id est, operam huic

reinuabo, inquit Horat.

N E Q V E E N I M Q V I V I S H O R R. P I L.] sic

fecit Oda 6. lib. 1. Nos, Agrippa, neque hac dicere, nec

graueni pelida stomachum cedere nesci, &c. & Od. 12.

lib. 2. Nolis longa ferre bella Numantia, &c.

A V T L A B E N T I S E Q V O D. V V L N. P.] Parthi enim ex equis pugnabat, & erat equites. Od. 2. libr. 1. Ne finas Medos equitare inultos Te

duce Cæsar. & Od. 19. ciusd. Nec patitur Styx, Et

versis animosum equis Parthum diceat, nec que nihil

continent, ad quem locū, & item ad alios odatū lib.

Parthos equites fuisse, & ex equis pugnare soli-

tos notauimus. labentis autem equo Parthi vulnera

sumiuſa. vide quæ annotata ſunt ad illū locū
lachanique catinum. lat. 6. lib. 1. ſolit autem ſubin-
tell. erant.

QVAM VIS IN FRA LVCILI C. INC.] quamuis & cenuſ, & ingenio Lucilio inferior.
fuit autem Lucilius honesto loco natus, nempe
familia equeſtri.

CVM MAGNIS VIXISSE] ſic infra epift.
vlt. lib. 1. Me primis urbis belli placuisse, domique.

ET FRAGILI QVÆR. ILL. D. allegoria eft. ſignificat autem, inuidis, qui conabantur
eum, obteſſando, & clanculum mordendo, in
crimen vocare, ſuę vitę integratę, caſtitatę,
& innocentiam reſponſoram, ac refutram. du-
cta allegoria eft a deſte, qui res teneras, molleis
ac fragileis perſtingere, & comminuere poſt:
duras & ſolidas non poſt: viuit alia quidē ſi-
militudine M. Tull. orat. pro Rofcio Com. in ea-
dem re: ſed non minus apta, hiſ verbiſ, Nonne, vt
ignis in aquam concretus continuo reſtinguitur, &
refrigeratur: ſi reſervens falſum crimen in puriſimā, &
cui poffit manu vitam collatum, ſtatiuſ concidit & exſi-
guntur?

O F F E N D E T S O L T O. In ſolidum incur-
ret, ita ut laedatur potius, quān laetatur.

O P V ID. N I H I L B I C D I F F I N D. poſ-
ſus vno reperi ſcriptum in vno cod. Vatic. &
Torneſ. vno Nicoriano, non, vt habent vulgati
libri, diſſingere. Et ſane hanc (quam dico) ſcriptu-
ram agnōcere videtur ſue Acro, ſue Porphy-
rio, diſſindere autem verbum eft antiqui iuriſ ci-
uiliſ, quod valet diſſerre, quamquam nonnulli
malunt dici diſſindere: à quibus diſſentio. Verba
ſunt hec ex lege ſecunda Numæ Pöpilij: ſi quid
horum fuit vitium iudicii, arbitrio ve, reōve, ſi dies diſſi-
ſus eſto. T. Linius lib. 9. atque ei legem Curiam de
imperio ferenti, iſiſte omen diem diſſidit. Aul. Gellius
lib. 14. cap. 2. Atque in diernum quidem diſſiſionibus,
& vbi vulgo legitur rerum diſſionibus.

S E D T A M E N V T M O N. hæc perhent
ad verbum; qui ſtatiuſ ſequitur, ſi mala cond. hoc
ſenſu: ſed tamē, vt cauior ſis, Id que à me moni-
tuſ, noſt̄e ignoratiā legum te in fraudem im-
pellat: ſi quis in aliquam famoſa carmina ſcri-
perif, datur in eum aſtio, & poena eft in eum
lege ſancita. M. Toll. lib. 4. Tufcul. quamquam id
quidem etiam X 1. tabula declarant, condiuam tuu ſo-
litum eſſe carmen: quod ne licet fieri ad alterius inu-
riam, leges ſanctioriſ, idem lib. 4. d. Rep. Noſtre
cōtra X 1. tabula cum perpacas reſ capite ſanxiffere, in
hiſ hanc quoque ſancienda putauerunt, ſi quis acti-
uifet, ſue carmen condidit, quod infamiam afferret,
flagitiuſe alteri, praclare. Iudicio enim, ac magiſtra-
tuum diſceptationibꝫ legitimiſ propoſitam vitam, non
poſtarum ingenii habere debemus, nec probrum audire,
niſi ea lege, vt reſpondere licet, & iudicio defendere. ſic
epift. ad Auguſt. quin etiam lex. Panāque lata, malo
que noſſet carmine quemquam Deſcribi. Arnob. lib. 4.
aduer. Gent. Carmen malum conſcribere, quo fama al-

A terius coinqūctur, & vita decemuir. libis ſeſtis eu-
dere noſſis impunē, ac ne uſtris aureis conuicio ali-
quias perulantiore paſſaret, de atrocibus formulaſ conſti-
tuiftis iniurias.

S A N C T A R. I N S C. L B G.] ſanctæ leges di-
cuntur, quæ aliquid iubent, aur vetant poena ir-
rogata, & ſancita, ſi quis ſecus faciat. inſcrita legū, id
eft, inſcrita, ſeu ignorantia legum. ſic loqui-
tur inſtrī ſat. prox. in extr. aut uſtri inſcriti uirū. &
lat. 3. ciuſd. libr. & quæcumque inſcrita veri Cæcum
agit. & epift. 3. lib. 1. ſeu ſeruum inſcrita vexat. niſi
forte in his omnibus locis legēdum eft, inſcrita,
vt inſcrita ſit quattuor syllabarū, per ouī ēgōy,
quod item fieri in aliis vocibus aliſ indicaui-
mus, verbi gratia, in vindemiatore. Satyr. 7. lib. 1. in
Lufinias. lat. 3. huic lib. & ſimilib.

I U S E S T, I V D I C I U M Q V E] lex lata eft,
& aſtio in eum datur.

E S T O] denus ira eſſe, inquit Horat. videlicet
poenam eſſe conſtitutam in eum, qui mala in
quempiam carmina ſcriperit: ſed ſi quis bona
ſcriperit, laudatur iudice Cæſare, ambiguū in-
eſt in voce mala. Trebatius enim mala accipit fa-
moſa: Horat. autem indocta, atque incondita,
ſeu mala nata.

O P P S V M B R I I S] quidam libri veteres ha-
bent, opprobrio: in hiſ Morellianus, & Clerica-
nus, & Russardinus vnuſ.

L A T R A V E R I T] ſic reperi ſcriptum in ſe-
ptem codicibus calamo exaratis: trib. Vatic. &
Jann. Nicor. Russ. Cleric. vnuſ Vat. & Faēn. &
quidam alij habent lacerauerit. ego priorem ſcri-
pturā ſecutus ſum, quia à pluribus libris com-
probatur, placet mihi tamen & altera, lacerauerit:
cui ex aduero ſpondet nomen integer: hoc
modo, laceraueriſ homines improbos, id eoque
laceraueriſ, cuſi ipſe ſit integer, id eſt, innocens,
& caſtus. Præterea M. Tull. Philipp. 11. ita loqui-
tur, verborum contumelias lacerare, niſi quis dicat la-
cerare, grauius eſſe, quām latrare: & hoc huic lo-
co conuenire: illud non conuenire. Hæc autem
ſi quis oppr. dign. lac. & reliqua, quæ ſequuntur, vi-
detur dici à Trebatio, hoc modo, ſi quis impro-
bum, impudicum, periutum, atque impium lá-
trauerit, ſeu lacerauerit, cuſi ipſe purus, &
innocens, leges ipſe x i i. tabularum riſu diſſolu-
uentur, & poenam remittent: tu autē omni mo-
lefia liberatus, abibis: tu miſſus fies: tu abſolu-
tus. Ego ſuſcipiatus ſum aliquando, etiam ſu-
periora illa verba, ſed bona ſi quis, & eſt Treba-
tij, cōtinentēmque iam eſſe, & perperuam Treba-
tij ad extreum orationem, vt aduersentur
ſciliſet illiſ, ſi mala conſiderit. alij omnia volunt
eſſe Horatij.

T A B V L A E] id eſt, vel ipſa leges riſu diſſolu-
ta ſupplicium remittet, vel ipſi iudices, qui ſunt
legum custodes, atque adeo leges loquenter, ef-
fulſe ridebunt ob carmina ab eis in quempiam
oppobriis dignum ſcripta.

ARGV-

ARGVMENT. SATYR. 2.

A Nec ſcarus, aut poterit peregrina inuare
lagois.

Vix tamen * eripiam, poſito pauone, uelis
quin

Hoc potius, quām gallina tergere palatuſ,
Corruptus vanis rerū: quia ueniat auro
Rara auis: & picta pandat ſpectacula
cauda:

Tanquam ad rem attineat quicquā num
uſceris iſta,

Quam laudas, pluma? cocto num adeſt
* honor idem?

Rufiſcus, * abnormis ſapiens, crassaque
Minerua:) (teis,

Discite non inter lanceſ, menſa que nitē
Cūm ſtupet inſanis acies fulgoribus, &
cūm

Accliniſ falſis animis, meliora recuſat:
Verūm hic impraſi mecum diſquirite
cur hoc?

Dicam ſi potero. male verum examinat
omnis

Corruptus iudex. lépore ſectatus, equóve
Laffus ab indomito: vel, ſi Romana fati-
gat

Militia affuetū * gracari, ſeu pila velox,
Molliter auſterū ſtudio fallente labore,

Seu te diſcus agit: pete cedētem aëra diſco.
Cūm labor * extuderit faſtidia: * ſiccus,
inanis

Sperne cibum vilem: niſi Hymettia mella
Falerno

Ne biberis diluta foris eſt promus: &
atrum

Defendens piſceis hiemat mare. cum ſale
panis

Latrantem ſtomachum bene leniet. unde
putas, aut

Qui partum non in caro nidore voluptas
Summa, ſed in te ipſo eſt. tu * pulmentaria
quare

Sudado. pingue vitiis, albūmq;, nec oſtreas,

Galloni preconis erat accipere menſa

In famis quid? tum rhombos minus aquor A Lenta feret pituita . vides , ut pallidus omnis

*Tutus erat rhombus, tutoq; ciconia nido: Cena defurgat dubia? quin corpus onus tuum
Donec vos auctor docuit* praetorius . ergo Hesternis vitiis animum quoque prægra-
Si quis nūc mergos suaeis edixerit assos: * Parebit prauis docilis Romana iuuenus.
* Parebit prauis docilis Romana iuuenus.
Sordidus à tenui vietu distabit, Ofello
Justice, nam frustra vitium vitaueris illud,
Si te alio prauum detorseris. Auidienus,
Cui Canis ex vero dictum cognomen ad-
haeret:
Quinquenies oleas* est, & siluestris corna:
Ac, nisi* mutatum, parcit defundere vi-
num: &
Cuius odorem olei nequeas perferre (lice-
bit
Ille repotia, nataleis, aliosve dierum
Festos albatus celebret) cornu ipso bilibri
Caulibus inflat, veteris nō parcus aceti.
Quali igitur victus sapiens utetur? & ho-
rum
Vtrum imitabitur? hāc urget lupus, hāc
canis, aiunt.
* Mundus erit, qui non offendet sordibus:
atque
In neutram partem cultus miser, hic ne-
que seruis,
Albus I senis exemplo, dum* munia didit,
Saenius erit: neque sic, ut simplex Nenius,
* vñctam
Coniuicis præbebit aquam. vitium hoc quo-
que magnum.
Accipe nunc, vicitus tenuis qua, quan-
taque secum
Afferat: in primis* valcas bene . nam,
variæ res
Ut noceant homini, credas, memor illius
esca, (assis)
Quæ simplex olim tibi* fuderit. at, simul
Miscueris elixa: simul conchylia turdis:
Dulcia se in bilem vertent: stomachoque
tumultum*

*Accident anni, & tractari mollius ætas
Imbecilla volet. tibi quidnam accedit ad
istam,
Quam puer, & validus* presumis, molli-
tiem, seu
Dura valetudo inciderit, seu tarda sene-
ctus?
Racidum aprum antiqui laudabant: nō,
quia nafus
Illi nullus erat: sed, credo, hac mēte, quod
* hospes
Tardius adueniēs, vitiatum commodius,
quam
Integrum edax dominus consumeret. hos
vitinam inter
Heroas natum tellus me prima tulisset.
* Das aliquid famæ, quæ carmine gravior
aurem
Occupat humanam? grandes rhombi, pa-
tinaq;
Grande ferunt vñà cum damno dedecus.
Iratum patruum, vicinos, te tibi iniquū,
Et frustra mortis cupidum, cum deerit e-
genti (ifsis)
As, laquei pretium. * iure, inquis, Trafas
Furgatur verbis ego vectigalia magna,
dimidisque*

*Dinitiasque habeo tribus amplas regibus. A Quantum hinc imminuet? quanto aut ego ergo,
parcius, aut vos
Quod* superat, non est, melius quo insu-
mere posis?
Cur eget indignus quisquam te diuite?
Nam propriae telluris herum natura ne-
que illum,
* Templa ruunt antiqua deūm? cur, im-
probe, care
Nō aliquid patria tanto emetiris aceruo?
* Vni nimirū rectè tibi semper erunt res?
O magnus posthac inimicis risus. uterne
Ad casus dubios fidet sibi certius: hic, qui
Pluribus affuerit mentem, corpūque su-
perbum:
An, qui contentus paruo, metuēnsque
futuri,
In pace, ut sapiens, aptarit idonea bello?
Quo magis his credas: puer hunc ego par-
vus Ofelli
Integris opibus nōni non latius usum,
Quam nūc accisis. videas metato in agello
Cum pecore, & natis fortē mercede co-
lonum,
Non ego, narrantem, temere edi luce
profesta
Quicquam, præter olus fumosa cum pede
pernae.
Ac, mihi seu longum post tempus vene-
rat hospes,
Sive operum vacuo gratus conuina per
* imbre
Vicin*: bene erat, nō pīscib* urbe petitis,
Sed pullo, atque haedo: tum pēfilis vna se-
cundas,
Et nux ornabat mensas, cum duplice fīci,
Post hoc* ludus erat cuppa potare magi-
stra:
Ac venerata Ceres, vti culmo surgeret
alto,
Explicit vino contracta feria frontis.
Seniat, atque nouos moueat fortuna tu-
multus:*

*BONI] in tribus Vatic. cod. & Faer. & Torn.
scriptum repetitur boni, vt sit vocandi casus,
quos fecutus sum.*

*VIVERE PARVO] sic Tibull. eleg. i. lib. i.
contentus vivere parvo.*

*NEG. M. HIC SERMO, &c.] hi duo ver-
sus, qui deinceps sequuntur, includendi sunt in-
terpositionis nota.*

*PRAECEPIT] præscripsit, docuit, præmon-
stravit. hoc enim significat verbum præcipere, nō
id, quod vulgus putat.*

*ABNORMALIS SAPIENS] hæc duo cōiuncti
sunt legenda, sapiens abnormis, id est, qui sapiēs
quidem est, sed non ad istorum philosophorū
normam. sic M. Tull. in Lælio, Numquam ego dicā
C. Fabricium, M. Curium, T. Coruncanum, quos sapien-
tia nostri maiores iudicabant, ad istorum normam fuisse
sapientes. abnormis autem excludendum curauit, le-
cutus anctioritatem quinque codicum veterū.
Sed non est dissimilandum scriptum esse in a-
liquot libris manus abnormi, quod si quis pro-
babit (mihi quidē non displiceret) hic erit ordo
verbōrum. Rusticus sapiēs, abnormi, crassusq; Mi-
nerua: vt abnormi cohereat cum voce Minerua.*

*CRASSA' QVE MINERVA] & sapiens
crassa Minerua. i. non politus, neq; excultus do-
ctrina, sed factus natura: nō productus à scho-
la, sed ex caula. in Priapeis, simplicius multo est, da-
verbum turpe Latine Dicere, quid faciam? crassa Miner-
ua mea est. M. Tull. in Lælio, Agamus igitur, vt
diant, pingui Minerua.*

N I T E N T E I S] λινθός, pinguis, vñctas, opiparas.

C U M S T V P. I N S A N. A C I E S F V L G.] id est, cùm oculorum acies epularum, & deliciorum, & vasorum pretiosorum splendore obtusa est. allegoria est, nam per aciem oculorum, quæ nimio splendore præstringitur, iudicium rationis significat obtusum, & corruptum luxu, & voluptatibus.

I N S A N I S.] ab effectu, quia animum spoliat sanitatem.

A C C L I N I S] propensus ad assentiendum falsis propræcæ, quod corpus multo cibo, multaq; potionem completum est: quod cùm accidit, minus expedite suo munere mens fungi potest. acclini legendum esse, non acclini pernivinc omnes codices veteres & Vaticani, & alij nullo excepto. acclini autem significat incumbentes, & propensum, quo nomine virut Virg. lib. 10. En. vulnera siccat Lymphis, corpisque levabat Arboris acclini tranco, quo loco tamen in lib. vulgatis legitur mendofe acclini, hinc verbum acclino & acclinatus. Cas. lib. 6. de bello Gallico, huc cum se confuetudine acclinauerint, &c. & sup. atque ita publum modo acclinae quietem capiunt. Atque hac omnia Adr. Turne, cum probasset, quadriennio post in cap. 19. lib. 3. Aduersi revulit.

I M P R A N S I] siccici, iejuni. epist. ad Nummonium Vall. lib. 1. impransus non qui ciuem dignoscere posse, & infra stat. prox. impransi corruptus vocem magistrum.

M A L È V E R V M E X A M. o. C.] corruptus autem est animus hominis vino, cibóque conferti, & saturati: Itaque expedite verū à falso distinguere nō potest. hoc pertinet, quæ scribit Aris tot. οὐτοὶ ἐντητίων τὸν αὐτὸν δὲ γερόπονον καὶ ὄργανον, καὶ πάσους ἀττιθυμίας εἰδανταῖς, γνωταὶ πάντες, καὶ μᾶλλον, οὐτοὶ δὲ μᾶλλον τὸ τοιούτον ὄντα, id est, eodem autem modo & in iris, & in omnibus cupiditatibus facile decipi possunt omnes, tantòque magis, quanto magis in perturbationibus sint.

L É P O R E M S E C T A T V S, E Q V Ó V E, &c.] huius loci hac sententia est, qui labore corpus exercuit, sumtuosas epulas nō desiderat: sed tenuissimo apparatu, & quolibet cibo sibi apposito contentus est, nonum est illud Hippocratis οὐτοὶ σύται ηγέθω, labor cibum antecedat, & Cyrus apud Xenoph. libro secundo Στρατηγοῦ, εντά adhibebat, ne vñquā sui ad prandium, aut cenam ηγέθω, i. sine fudo venirent. & Hippolytus ille apud Eurip. ait, redeuntibus è yentatione, plena mens esse incundas: significans, opinor, exercitatione, & labore corporis cibi cupiditate excitari, verba Eurip. sunt haec, Στρατηγοῦ ηγέθω Στρατηγοῦ Τετράτης ηγέθω, enumerat autem hoc loco Horatius quattuor exercitationis genera, yentationē, equitationē, ludum pilæ, dñci iactum: quorun duo superiora, Romana: posteriora, Græca sunt.

V E L S I R O M. F A T.] id est, vel si Romana exercitatio te assuetum pila ludere, & discum iacere, qui sunt ludi in Græcia visitati, fatigat, id est, delassat, & nimio labore conficit: & iccirco ab ea refugis, atque abhorres: siue pilæ ludo delectaris, in quo studium ludendi sensum laboris admittit: subinde ludo pila, siue disci iactu duceris, iace discū: & cùm labor expulerit fastidia, cibis que appetitionē excitat, tum tu mihi aspernare cibum vilem, & tenuem vietū, & vulgarem, parvumq; apparatus: quasi dicat, nō facies: sed primo quoque cibo, & forte oblatio contentus eris, fatigare, id est, valde exercere, & delassare, sic Virg. Georg. 3. Sepe etiam curiæ quatuor & sole fatigat, & Aeneid. 1. vel qualis equos Thessalii fugiat Harpalice. Per Romanam militiam autem equitationem & yentationē significat: quæ due exercitationes valde sunt laboriosæ, minimèq; molles, vt Græcorum sic Oda 24. lib. 3. nescit equo rudit Harere ingenuus puer: venarique timet, ludere dñci, seu Græco subetas troche, seu malis vetita legibus ales.

G R A C A R I] Gracari interdum valet intēperiante potare, Græcorum more bibere. M. Tull. Ver. 3. Fit sermo inter eos, & imitatio, ut Græcorum more bibetur. Plautus Mostell. Dies nocte, que bibite: pergracami, Amicas emite, libera te, pascite Parasitos, obsonate pollucibiliter. Idem Bacchid. atque id pollicetur, se daturum aurum mihi: Quod dem scortis, quodque in lustris comedim, & congracem pater, sed hic Gracari posuit, pro Græcos ludos ludere, seu Græcis ludis exerceri. Græci autem ludi, sunt pila & discus.

M O L L. A V S T E R V M S T V D. F A L.] id est, studio pila obliuionem quādam, & arzynotis laboris afferente, non enim sentitur labor ab eo, qui pila ludit, propter eam, quā exulsione percipit, voluptatem. Tonus autem hic locus videtur claudicare, nō primū in his verbis: seu pila velox, subintelligendum, seu sumendum οὐτοὶ νοῦς te agit: Deinde, post hunc versum Molliter austernum studio fallit. lab. subintelligendū Lude pila: ut respondet ei, quod sequitur, pete cedentem aīra disco. Quod si pro Molliter, posuisset Horatius, Lude pila: & facilior esset huius loci explicatio, & mollius curreret sententia, neq; quicquam subintelligendum, aut supplendum esset. Neque verū mihi soli hic locus scrupulosus visus est, verū etiam doctissimo cuidam, eidēque optimo viro: qui putabat legēdū, vel Molliter austernum s. f. l. vel Molliter austernum studio fallente laborem, quam posteriorem cōiecturam magis probarem, sententia autē & huius, & illius superioris versus plana est. volebat enim ille hoc intelligi per illum, Molliter austernum, & c. pila ludito: quia qui pila ludit, labore exercitationis molle reddit studio ludendi, quod labore fallit. ex posteriore autem eandem sententiam eliciebat, sed aīla ratione, nam qui pila ludit, labore molitur, id est, labore suscipit grauem illum quidem, sed quem

quem studium ludendi fallit & obscurat. Molitur autem labor austernum studio fallere eum ipsum laborem, id est, ludo pila.

C E D E N T E M] cedit enim aēr corporibus, præsertim grauioribus.

C U M L A B O R E X T Y D E R I T] id est, depulerit nauseam, qua ex satietate, & craupula nascetur, famēq; irritat, ac prouocat, vñsus est Virg. hoc verbo paullo alter Geor. 1. Ut variis vñsus meditando extenderet arteis, vñbi tanien nō nulli legi volunt, excuderet.

S P E R N E C I B V M V I L E M] verbum sperne pertinet ad illa superiora, lēporem sc̄tatu, quōve, &c. & ineſt in his verbis εἰπενεία, hoc modo, cū venatu, equitatione, pilæ lufione, disco te exercueris, ac fatigaris, cibis, fastidium depuleris, rūtu, fodes, sperne tenuem apparatus, & nega te bibiturum, nisi tibi vinum Falernum melle mitigatum ministretur. quod simile est, vt si dicar, numquam tu hoc facturus es, immō vilissimum quemque cibū audīssimē voraturus, & quodlibet vñnum, atque adeò aquam, si vinum desit, & aquissimo animo bibiturus. ad hāc sententiam pertinet id, quod Dionysio tyranō respōdit coetus quidam Lacēdæmonius. Cum censes ille in phiditius, negavēne se iure nigro nefcio quo delectatum, quod erat caput cens: tum is, qui illa cœcerat, minimē mirum (inquit:) condimenta enim defuerunt. Quæ tandem, inquit ille? labor in venatu, sudor, cursus ab Eurota, fames, sc̄is: hi enim rebus Lateāmoniorum cypula condituntur. hæc M. Tull. Tuscul. lib. 5. eodem illud Varronis de liberis educādis ex Nonio, vel maximē illuc didici, & sc̄ienti videri aquam, mulsum: & cibis, panem cibarium, filigineum: & exercitato formum suauem. quem locū sic testitur Muretus.

N I S I H Y M E T T I A M E L L A F A L.] ne biberis, ne quicquam bibito, nisi vinum Falernum melle conditum. Erat autem Falernum aliquāto austerioris, iccirco melle admisto leniri foliūrum erat. Virg. Georg. 4. Dulcis mella premes, nec tantum dulcia, quantum Et liquida, & durum Bacchi domitū saporem. Hymettia mella à monte Hymerto in Attica. Od. 6. libr. 2. ubi non Hymetto Mella ducuntur.

F O R I S E S T P R O M V S] is qui dapes, & vinum promit, nō est domi: tempestas ad pīcadū non est idonea. Tu igitur elūries, & sities, neque dum promus redeat: neque, dum ex longinquō, & concitato mari tibi pisces afferratur, expeditabis: sed pane, & sale famem sedabis. sal autem pauperum est cōdimentum, ut suprā diximus ad Odam 15. lib. 2. Persæ verò nihil ad panem adhibebat præter nasturtium. Promus dñci est à promendo, vt cōdūs à cōdendo: qui bus duabus vocibus vititur Plautus.

L A T R A N T E M S T O M. B. I.] sal cum pane stomachum latratem, id est, inanem, & iccirco quasi latrando poscētem cibum, bene leniet, & iratū placabit. sic enim loquitur saty. vt

huius lib. Quæ primā ratum ventrem placauerit esca.

A Latrare autē etiam apud Lucr. poscere significat principi. li. secūd. Nil aliud sibi naturam latrare, &c.

V N D E P V T A S, A V T Q V I P.] vnde putas hanc in tam tenui, & vili cibo, nafci voluntatem?

N O N I N C A R O N I D.] id est, nō in carorum obsoniorum nidore, aut carnes fini, aut pisces, &c. eō dico quod in quibusdam libris scriptum est, in carū nidore.

T V P V L M E T A R. Q V A R E S V D.] id est, sūda priūs, quām pāsum, aut cēnatū eas, & pulmētaria nō magnopere desiderabis. Nam ei, qui sudauerit, famēq; labore prouocari, fastidio depulso, cibis quātūnis tenuis, ac vili, erit quis pulmento suanior: vt Ptolemæo panis in casa quadam datus comitibus eū nō consecutis: & aqua etiam impura sc̄ienti vino præstantissimo erit dulcior, vt Dario: qui in fuga cū aquam turbidam, & cadiueribus inquinatam bibisset, negavit se vñquam bibisse iucundū. Reclē igitur Cyrus: de quo sic Xenoph. Στρατηγοῦ επειδεῖον δὲ καὶ τὸ δέκατον Κύπρος, οπός ποτε αὐτοὶ τοιούτοις γενέσθαι τὸ αἴρετο, τὸ δέκατον επειδεῖον, quæ verba paullo ante interpretati sunt. Pulmenta à pulce dicta sunt: qua voce etiam vñsus est epist. ad Loll. 2. lib. 1. Cenes ut pariter pulmenta laboribus emta. Siue autē sola puls, siue quid aliud cum pulce permistum sit, pulmentum recte dici potest, teste Isidoro. Erat autem puls, Romanus & Italus cibus, ut polēta Græc.

P I N G V E M V I T T I S] obesum, vñvolo, & graui abdomine oneratuni.

A L B U M Q V B P A L L I D U M, vñfītā eadem sat. vides ut pallidus omnis Cenes defurgat dubia? vel, vt alij volunt, & pīpō, tardum, aut pigrum, ut Od. 2. lib. 2. & aquōs albo Corpore languor.

O S T R E A] στρατηγοῦ est in nomine ostrea, ut suprā admoniuimus, ostrea autē loco & tēpore inter se distinguntur. ea enim sunt optima, quæ & in mari, & vere, aut sub aēstatiem capiuntur, vt docet Athen. lib. 3.

N E C S C A R V S] de Scaro sic Athen. lib. 8. δέ Σχέρος ἀπαλόβαρος προζέλθυρος, γλαυκὺς, καυφός, εὐτενός, εὐαρδότας, εὐκολός, quæ verba suprā sumus interpretati ad Od. 2. epod. Quām rarū autem, & carus Roma fuerit hic pisces, ex Macrobius cognoscet lib. 3. cap. 16.

L A G O I S] leporem Græci λαγών, seu λαγῶ nominant, à cuius similitudine pisces quidā hoc nomine appellatus est.

V I X T A M E N E R I P I A M, &c.] vix tamē expugnabo, vt non malis pauone apposito, palatum tuum delectare, ac permulcere, seu, vt vult Turnebus, quod tamē minūs probō, quasi fordeis aut ex inedia, aut ex alio cibo cōtractas detegre, & fastidium discutere, quām gallina, fames explore, vanis rebus corruptus, tergere autem dixit in secunda inflexione, vt Lucr. mul-

tis locis, exempli causa li. 4. Et quas perterget pulla, atque ita transfit.

C O R R V P T V S V A N I S R E R V M] id est, vanitatibus rerum, vel vanis rebus, sic loquitur Od. 12. lib. 4. *cadus spes donare nonas largus, amarique Curarum eluere efficax.* Idem epist. de arte poët. si forte necesse est Indicium monstrare recentibus abdita rerum id est, res abditas. & sary. vlt. huius lib. dñmque Ridetur fictio rerum Balatrone secundo. Lucretius lib. 6. de fulmine, Inter enim fugit, & penetrat per rara viarum, vide annot. ad Odam illam 12. lib. 4.

E T P I C T A P A N D A T S P E C T . c.] Athen. lib. 9. de paonis pennis, & ala, haec loquitur ex Antiphonte: εἰς ἔλλοι κατελαῖν εἰς πόλιν τὰς ἤρης, οἱ ξύσται ἐναπέλιμοι· ἦν δὲ τὸ θηρεύων σπάτειν, τὸ κέλλος ἀφαρίστειν, τὸ πλεῖστον γέροντος τὸ κέλλος ζεῖν, ἀλλ’ οὐ τὸ σῶμα. id est, si quis velet in virbe has autem continere, auolabuntur: quod si alas circūcidat, formā adimer. ale enim eorum sunt pulchritudo, non corpus. Sic & Chrysipp. vt refer. Plurarch. in lib. τῶν τοῦ Στρατοῦ. ὁ ταῦτα ἐνεγκέντος γέροντος τὸ κέλλος αὐτῆς. id est, Paon caudae gra-tia natus est, propter pulchritudinem eius.

N V M V E S C E R I S I S T A , Q u a m L . p.] ostendit, helionū, luxuriosorūq; cupiditas non esse naturaleis, neque rectas: sed ab opinione, & virtute natas, ac depravatas: propterea, quod ea obsonia maximē conqueruntur, vehementissimē experti, que vel rarissima, & carissima sunt, vel à naturali magnitudine discesserūt: verbi gratia, paonibus malitū vesci, quā gallinis: lupos proceros oderunt, quia proceri sunt natura: mihiores magno redimunt, magnōque studio conlectantur: mullos contrā desiderant insitata magnitudine, quia parui sunt, & lupis minores natura.

C O C T O N V M A D E S T H O N .] ita scriptū est in tribus cod. Vatic. & Iann. Faēt. Torn. & ita legendum. neque est quod quēquam mo-ueat in ante vocalem, non ellsum, nam hoc non est aut nouū, aut inusitatum. Enn. lib. 10. annal. In signa ferē tum millia militum octo. Lucrē. libr. 1. Corporum augebit numerum, summāque sequentur. sic enim scriptum est in exemplatibus Lucretianis manucriptis, vt diximus in nostris ad illum poetam scholīs.

C A R N E T A M E N Q u a m V i s d.] ho- rum verborum haec sententia est. Quamvis tamē nihil differat pauo à gallina carne, (nam gallina caro, carni paonis est simillima) perspicuum est te hac forma (paonis inquā) magis, quam illa, nempe gallina, quae formas sunt impares, deceptum, & captum esse. non igitur te carnis diffi- militudo, cum intet hanc, & illam nihil interfir, sed formas, decipit, quia paonis plumæ sunt pulchiores, ac speciosiores, quam gallinæ. At cocto paone non manent illæ plumæ.

V N D E D A T V M S E N T I S ,] unde tuo pa-

lato ista vis data est, qua iudices vtrū lupus hic sit in mari, an in fluvio Tiberi captus, & c. Lupū Graci λαζηχη nominant ωδη τὸ λαζηχη. pīcīs eff boni succi, neque tamen multi alimenti, literarum studiosis perutilis, & valde accommodatus: de quo Aristophanes, Λαζηχη ὁ πάτερ ιδειν στρώτως. i. lupus, omnium pīcīs sapientissimus. Iana verò illud didicie ex Macrobius lib. 3. cap. 16. Lupum Tiberinum, eo, qui quoouis alio loco captus sit, esse meliorē: eo autē, qui circa ostia Tiberis captus sit, eum, qui inter ponteis fuerit agitatus, eff potiore, credibile est, & ita Macrob. ibidem ex C. Titio, & Lucilio poēta: cuius poētē versus ascribat. *Fin gere preterea affiri quod quisque volebat. Illum summa ducebant, atque ultimum lanx: Hunc ponteis Tiberinum duo inter captus carillo. lupum Cartilōnem appellauit, quasi ligurritorem.* Titij autem verba sunt haec. *Quid mihi negotiū est cum iſis nugatoribus potius, quām potamus mulsum mīstum vīno Graco edimus tundrum pingue, bonūque pīcīs lupum germanum, qui inter duos ponteis captus fuit? Alij tamē aliter tentiunt, quibuscum non pugnabo. Quod autem dixit, captus hiet, hoc fortasse ex historia. Nam laudatur coquus quidam apud Eu phroniū, quod solus artem ac rationem inuenie rit, qua ratione lupus frustra non hiet.* τῷ γε μὴ χωνεῖν λόγον Διὸς κενην, σὺ μόνος εἴρημα τεχνεῖ: id est, tu enim solus artem reperiisti, qua arte coquus non hiet frustra.

L A V D A S I N S A N . T R I L I B R .] muli nō ita sunt magni ponderis natura: tu trilibreis mullos cōquiris, lupi magni, & proceri sunt natura: tu paruos conlectaris, sed quid attinet te nullū trilibrem comparare, cūm sit tibi in pulmenta minuendus: dices te specie, id est, magnitudine delectari, cui igitur magnos lupos respuis? Asinus Celes vit consularis nullum vnu septem millibus nummū mercatus est: vt refert Macrob. lib. 3. ex Sammonico.

I N S I N G Q u e M I N .] quantumuis (in quī) magnum, & magni pōderis nullum emeris, non edes integrum: sed erit tibi in frusta secundus, ac minuendus, vt ex iis fiant pulmenta.

L E I V N V S R A R O S T O M A C H V S] hoc verborū ordine scriptus est hic versus in tribus cod. Vatic. Faēt. & Tornesiano, & Nicotiano, & Clericano: cuius scriptura fortasse alia sententia est, quam vulgata. Vulgata enim *ieiunus solum raro vulg.* &c. significat, eos, qui famem expedit, & qui ieiuni ad menam accedunt, non remere vulgareis cibos fastidire. haec verò longè aliud, nempe eos, qui raro ieiuni sunt, id est, qui ferē semper saturi, & conferti cibo sunt, cibos vulga rei contemnere & fastidire.

P O R R E C T M A G N O M A G N V M] sub intel. nullum responderet οὐορός, quem gula Harpyiis dignam appellat.

A I T H A R P Y I I S G V L A D I G N A R A p.] id est, ait obsoniorum heluo, per appositionem,

tionem, seu Χρυσον, gula Harpyiis digna.

Harpyiæ (inquit Homeri interpres) aut vēi pe- stilentes, aut Deæ rapaces fuerunt, quarum nomina sunt haec, Celano, Aello, Ocypte, Podarge: si modò haec quoque vna est ex Harpyiis, & non vnius Harpyiæ epithetū, αρπηγη ποδηρη. Haec quondam Phineo (si fabulis credimus) molestissimæ fuerūt propter hanc causam. Phineus liberis suis ex Cleopatra, suscepitos Eurytię corum nouerat, quam mortua Cleopatra, vxorē duxerat, apud se falsō accusatos, necados tradidit. Quo factō lupiter offensus, hāc ei tulit optionē, vt eligeter, vtrū malleat, Solem nō videre, an cæcus esse. At ille maluit Solem non videre, quod cūm Sol grauitate, molesteq; tulisset, Harpyias in eum immisi, quæ, quoties cibū captiūs esset, vngubus, & rostris, quicquid erat appositum, inquinabat, & corrīpēbat. Has postea Zetes, & Calais abegerūt, vide Apollon. Argonaut. lib. 2. & scholiasten. Earum autem deformitatem, ingluviū, fœtiditatem pulchrē describit Virgil. 3. Æneid. Apud Hom. porrō nulla fit de Harpyiis mētio, nisi quod in Odys. Telemachus & Eumeus Vlyssis desiderio affecti, lögāq; expectatione defessi sēpe ira loquuntur, illū vel à feris esse deuoratū, vel naufragio periisse, vel ab Harpyiis esse disceptrum, ac dilaceratū. Nam iteratur hic versus aliquoties in ððos. Nuñ δέ μν ἄρχειας ἀρπηγη ἀπρέπειατο. gula igitur Harpyiis digna, id est, digna cuius dapes Harpyia suo contactu cōtaminent, atque inquinēt.

A T V O S P R A E S E N T E S A V S T R I] Au-sti venti sunt insalubres, ac pestilētes. precatur igitur, vt hi venti suo afflatu gurgitum istorum obsonia percoquant, ac perurant. *præsentēs* autē dicit, quis præsentēs plus possunt, quam absentes. sic dicimus *præsentēa numina.*

Q u a M Q u a M] scipsum reprehendit: & id, quod dixerat, corrīgit hoc modo. *Quid opus est Austrorū afflatu ad istorum helionū obsonia corrumpenda, cūm apri, & rhombi, qui eis apponuntur, quantumuis sint recentes, & integri, tamen eis pīceat, & nauseam moueat, adeo vt sint eis epulæ insuaves, & iniucūdæ: quid ita? propterea scilicet, quia nimia copia conferti, sa- tierate, & cruditate corrupti, ac languidi, de ciborum bonitate verē indicare non possunt. Ita sēpe eis vīneuit, vt rapula, & inulas acidas, pa- nonibus, ac rhombis anteponant.*

M A L A C O P I A Q u a n d o] sic satyr. 7. huius libr. Nempe inanare cūnt epulæ sine fine peti- te, malam copiam dixit, quoniam quædam bona est, & laudabilis. Cum his congruunt illa Lucretiana libr. 6. *Tum penuria deinde cibi languentia le- tho Membra dabat: contrā nunc rerum copia mersat.*

S O L L I C I T A T] malē habet, lēdit, grauat, onerat, & quasi de sua fede mouer. *In vīla s] quas amaras appellat saty. vltima huius libri, Erucas virideis, inulas ego primus amaras Monstravi incoquere. quamobrem igitur hīc acidas populus vīlia est mortem.*

Kk iij

dicit: fortasse ab effectū.

A G A L L O N I] Galloni legendum, non Gallonis: vt habent quædam exempla mendosa. De hoc Gallonio præcone M. Tull. in orat. pro Quinto, qui relīcta bonorum virorum disciplina, & qua- sum, & sumum Gallonij sequi maluerunt: atque etiā, quod in illo non fuit, cum audacia, perfidiaque vixerant, & Lucilius apud M. Tull. libr. 2. de finib. o Publici gurgite Galloni: es homo miser, (inquit) Cenati in vita numquam bene, cūm omnia in ista cōsumis squila, atque acipenser cum in decumano. & ipse M. Tull. de codem multa ibidem.

A C I P E N S E R E] appareret ex iis versibus Luccilijs, quos modò protuli, hūc Gallonium, obso niōrū gurgitem, acipenser, vt carissimo, & suauissimo pīcīs, ornatis, instruītis, & cōiūtum. Verū quis sit pīcīs, acipenser, ambiguit. Ar chestratus apud Atheneū lib. 8. existimat γαλαζειδē eundem pīcīm esse, atque cum, qui apud Romanos cum tibiis, & coronis ad cenas cum pompa quadam circunferrat, coronaris etiam iis, qui cum feruntur: qui appellatur acipenser. Verba Athenei sunt haec, Αρχέρατος δὲ ὁ τὸν αὐτὸν Σαρδαναπάλῳ ζήσας Βίον, τοῦτο τὸ Ρόδιον γαλεον λέγων, τὸν αὐτὸν ἐνεμηντα τῷ τοῦ Ρόδου γοινού μετ' αὐλῶν καὶ στρατηγῶν τῷ δέντρῳ οὐρανού, επεραιωδῶν καὶ θερόντων διατίθεται. Sed Appio Grammaticus (vt idem Athene, refert) in libri. de Apicij deliciis & luxuria, cūm pīcī, quē ελλοπια vocat Graci, acipēserem Romanorū dicit esse. Aullus Gel. quidē lib. 7. cap. 16. ελλοπια Pōdiorū inter cibos lautos, opiparos, & exquisitos numerat. Sed quod ad acipēserē attinet, liber ascribere etiā illa Ciceronis verba ex li. de Fato, quæ leguntur apud Macrob. lib. 13. & inter fragmēta Ciceronis. Nam, cūm esset apud se ad Lauernium scipio, vñque Pontius, allatus est forte Scipioni acipenser, qui admodum raro capitū: sed est pīcī, vt ferunt, in primis nobilis. Cūm autem Scipio vnu, & alterum ex iis, qui cum salutatum venerant, iniūcūset, plurēque etiam inuitaturus videretur, in aūrem Pontius, Scipio, inquit, vide quid agas: acipenser iste paucorum hominum est. de hoc pīcī lege plura apud Macrob. lib. 3. cap. 16.

I N F A M I S] nam male audiebat Gallonius ob cenas sumtuosas, & luxuriam, & maximē ob acipenserem.

R H O M B O S] de rhombo vide quæ annota- ta sunt supra ad Od. 2. epod.

M I N V S A Q U O R A L E B.] sic habet omnes libri manuscr. quos quidem viderim: vulga- ti, aquora elebant.

A V C T O R P R A E T O R I V S] Sempronius Rufus, quem irridens, prætorium appellat, quia in petitione prætrū repulsa rulerat, in quem hos versus elegatissimos profert Porphyrio: Ci- oniarum Rufus iste conditor. Hic est dubius elegantior plancis. Suffragiorum puncta non tulit septem: Ciconia- rum populus vīlia est mortem.

P R A V I D O C I T I S] quæ docilis est ad præsum.

E D I X E R I T] quasi suo iure, & pro imperio dixerit. vide annot. ad sat. proximæ sequentem.

S O R D I D U S à T E N V I] inter sordidum, & sumtuosum vietū, medius interiectus est. tenuis, & modicus, & mundus: qui laudabilis est. duò illa extrema sunt vituperanda, & fugienda.

N A M F R V S T R A V I T I V M V I T .] frustra enim (inquit) luxuriam & profusum vita ueris, si in alterum vitium cōtrariū incidas. mediocritatē igitur sequi, & sumere oportet, in qua virtus posita est.

C V I C A N . EX V E R O D I C T V M] videtur legendū ductū, non dictum, vt habet vulgata exēpla, & nonnulla manu lcripta, dictum ex vero, id est, ex veritate, & proprietate ingenij, & morū tractum. Sic ferè Plautus Sticho: *Microtrogos nomine ex vero vocor. Hic igitur Auidienus ex vero, id est, ex ipsa, & immunditia, & sordibus cognomem traxerat.*

B E S T] comedit. vt epist. ad L.Off. i. si quod Est animalium, differs curandi tempus in annum? quamquam illud translatè positum est.

A C , N I S I M V T . P A R C I T D E F V N D .] non consentiunt hīc codices veteres. alij enim habent diffundere, vt vulgati: alij defundere. ego hanc scripturam veteriū iudicau, & refero ad morem veterum illorum Rom. qui solebat viñū nouū libare diis immortalibus, priuquam ipsi gustarē: cuius rei exemplum est in Oda 31. lib. i. quid orat de patre novum fundens liquorem? & in Od. 5. libr. 4. Te multa prece, te prosequitur mero Defiso pateris. Tantum abest igitur, vt hic Auidienus viñū nouū libaret, deinde ipse biberet, vt non nisi mutatum, id est, corruptū, & acidū, quod Græci iōvōς Ἀγροτας appellat, defunderet. quod si quis diffundere mallet, rendum erit ad aliam cōsuetudinem: de qua dicemus ad illum locum, *Vina bipes iterum Taurō diffusa*. epist. ad Torq. lib. i.

E T C V I V S O D O R E M O L E I N . P .] ordo hic est verborū. Et instillat caulis oleū, cuius olei odore nequeat quisquam perferre: instillat, inquam, cornu biliari, significat, hoc oileum, quod Auidienus infūdit in cauleis, odoris esse tætermimi: quale erat illud satyr. 6. libr. 1. quo fraudans immundus Natta lucernis vngebatur.

C O R N V I P S E B I L I B R I] vasculo corneo, quod duarum olei librari capax erat. cornua ramen more Ro. erant libraria, vt intellige. licet ex Galeno, quæ *rézeta λιτέζα* appellat. addidit prouocabulum, ipse, vt significet eū seruis suis diffidere.

L I C E B I T I L L E R E P O T I A , &c .] hæc verba usque ad vocem cornu, includēda sunt interpositio nis nota, aut certe legenda sunt post verbum *Caulis instillat*, &c. hoc modo, & oleū odoris tætermimi cornu biliari ipse instillat, viñūque acidum bibit, licet repotia, aut natali-

tia, aut alios dies festos celebret.

A R E P O T I A] diem posterum à nuptiis, quo apud nōnum maritum cenatur, quia quasi reficitur potatio. Festus, alij septimū, quo iterum potabatur: alij secundum quidē, sed quo virgo mulierib[us] vestitu ornabatur: alij diē, quo liberi suscepiti dati erant tollendi, seu alendi, nā licebat parentibus in Græcia liberis exponere, παθητοφία nominat Græci, idq; voluit Acre dicere, apud quem corrupti legitur παθητοφία. Atque hæc interpretatio magis huic loco conuenit.

B A L B A T Y S] veteres, albatis conuinia inibant, vt declarat locus in orat. M. Tull. in Vatinium, vbi obit illi, quod cenauerit atratus: eāq; consuetudo non solū in natalitiis, & reportiis, & nuptialibus, aut sponsalibus cenis seruabatur: verū eriā in epulis funebribus, sed præstat M. Tullius verba ascribere. Sic igitur ille, *Argue illud etiam scire ex te cupio, quo confilio, aut qua mēte feceris, vi in epulo Quo. Arri familiaris mei cū toga pulla ac cumberes: quem vñquam videris, quem audieris, quo exemplo, quo more feceris Dices, supplicationes te illas non parasse. optimē, nulla fuerint supplicationes, &c.*

C quis vñquam cenauit atratus? ita enim illud epulum est funebre, vt munus sit funeris, epula quidem ipse dignitatis sed omittit epulum populi Ro. festum diem argento, vase, omni apparatu usendo: quis vñquam in luctu domestico, quis in funere familiaris cenauit cum toga pulla? cui de balneis exēuenti, prater te, toga pulla vñquam data est? cum tot hominum milia accumbarent, cū ipse epuli dominus Quo. Arrius albus esset, tu in templum Caſtoris te cum C. Fidulo atratus, ceteris tu furū funeris intulisti. quis tunis non ingenuus? &c. hinc tu morem ignorabas? numquā epulum videras? numquā puer, aut adolescentis inter cocos fueras? Fauſti adolescentis nobilissimi patulo ante ex epulo magnificenter famam illam veterum tuam non expleras? quem aetratum videras, dominum cum toga pulla, & ciuiis amicos, ante consumū?

V T E T V R] Ζεύστας.

H A C V R G E T L V P V S , H A C] ζεύστας quandam, id est, inopiam consilij, & aincipientem cogitationem, vitrum potissimum sequaris, aut fugias, significat hoc prouerbium, nā cui lupus instat à tergo, canis latrator, & mordax, infestus est à fronte, is non facile effugiēdi consilii explicare potest. cōtrahi autē potest huius prouerbij sententia, & ad hunc locum proprius accomodari, vt per lupum, edacitatem, ingluviemq; per canem, sordeis, & immunditiam, & anaritiam intelligamus. Nam lupus quidē, animal est edacissimum ac voracissimum: canis autem, immundus. Quo circa suprà Auidienum, canem ex re, & ex veritate nominatum esse dicit. Nō diffimulabo, me in plerisque libris nulli. reperisse scriptū, *hac lupus, aut* *hac canis angit*, anteponēda, iccirco eam hæc editione secutus sum.

A I V N T] φασ.

M V N D V S E R I T] mundus est medius inter

ter sordidū, & luxuriosum, seu profusum in vietu. Cicero de Finibus 2. mundus, eleganteis, optimus cœtus, pistoribus, piscatu, auctiō, venatione: *hū omnibus exquisitæ, vivantes cruditatem*. Idem epist. ad Papyr. Petrum libr. 9. Nos iam ex te tantum artis habemus, ut *Verrium tuum, & Camillum*, qua munditia homines? qua elegantiæ: vocare sepius audemus. Idem perf. orat, faciat medicamenta candoris, & ruboris omnia repellentur: elegantiæ modò, & munditia remanebit. Horat. epist. ad Alb. Tibull. Et mundus vietus non deficiente crumenā, sordibus autem legendum est potius, quād sordidus ita enim scriptum est in codic. manu scriptis. Atque huius loci hæc sententia est, *Mundus erit, qui non offendet sordibus*, id est, immoderata, atque indecora parsimonia: & qui in neutrā cultus partem miser erit, id est, neque nimis sumtuosè viuet, neque nimis parcet. nam vterque, & is, qui sumtuosius, luxuriosiusq. vivit, quād oporteat: & is, qui parcet, miser est. vocem *cultus* igitur ita accipio, vt sit patrī casus. cultum enim appellant interdum Latini, viræ colenda rationem. Itaque sepe coniūgit M. Tullius hæc duo, *victum, & cultum*: vt Off. 1. quod si omnia nobis, que ad victum, cultumque pertinet, quasi virgula diuina (vt aiunt) suppeditarentur, tamen optimo quisque ingenio, negotiis omnibus omisiis, totum se in cognitione, & scientia colligat. Idem lib. 2. quibus rebus exculta hominum vita tantum distinguitur in vietu, cultusque bestiarum. Idem epist. ad Varro. libr. 9. dabimus fermone ius, qui nesciunt, nobis, quocumque in loco simus, eundem cultum, eundem vietus esse. Idem in Lælio. multi diuitias deficitur, quos paruo contentos tenus vietus, cultusque delebat. Horat. separatim posuit, item vt hic, sat. 3. huius lib. cultum Maiores censit. & Od. 10. lib. 1. *Quiseros cultus hominum recentum voce formasti.*

H I C N E Q V E S E R V . A L B . S . E X E M P L .] hic, quem mundum appellamus (inquit) neque sevis erit in seruos interea dum eis munera distribuit, ac describit: dum suas cuiq; partis dat: dum suum cuique negotium imponit, quod agat: neque vt simplex Nævius, homo inepit, & stulte sumtuosius, aquam vnguento perfusam conuiuis præbebit. Non assentior autē iis qui Albucius luxuriosus exēplar ab Horatio propositum esse putat: Nævium auari. Nam Albucius quidem Gratidiae, seu Canidiæ pater, homo fuit insigniter auarus, ac sordidus: Nævius autē suprà sat. 1. lib. 1. ab ipso Horatio cū luxuriosissimo illo nepote, Caffio Nomentano, tanquā par & geminus, componitur, his verbis, *Quid mi igitur suades: vt viuam Nævius, aut sic, vt Nomentanus?* sic enim scriptum est in quibusdam lib. Iam vero vñctam conuiuis aquam præbere, luxuria est non ferenda, siue ea aqua adhibetur ad manus lavandas, siue ad balneū. Plutarchus in Caſare scribit, Valerium Leontem quendam, cū Caſari cenā daret, asparago apposito vnguento pro oleo infusisse, idq; simpliciter Cæfarem edisse, neq; iniquo animo tulisse: immō vero familia-

B reis, & comites suos, qui indignabantur, molesteque ferebant, obiurgasse. Narrat autem hæc de Caſare Plutarchus, vt insignem eius lenitatem, patientiam, facilitatem desique in vietu declarat. Verba Plutarchi sunt hæc, τῆς δὲ τοῦ τὸν διαταρέσσειν, καὶ τοῦ ποιοῦται οὐκέτι τοῖς οὐδὲν τοῖς διεπιλέγειν. ἡραὶ γὰρ, ἐπηρώτη μὲν τοῦτον τοῖς απαρόστοις. δὲ τὸ τοιωτίου αἰχμοῖς εἰσεβάσαι, εἰστοι δέργος. Quod si vnguento pro oleo apponere, luxuriam præ se fert in septam, odio famam, insolentem: quanto inceptius, & intolerabilius est aquam vnguento perfusam pro aqua pura conuiuis præbere?

D I D I T] distribuit. non enim, vt linguae Latinæ ignari homines explicant, didit possum est pro diuidit, καὶ οὐκοτὲ: sed didit verbum est integrum, cōpositū ex præpositione di, & do, das, dat, quo verbo vñctur optimi linguae Latinæ auctores. Lucret. lib. 3. de quarta quadam natura nominis experie, ex qua constat animus. Quia neque mobilis quicquam, neq; tenuius exstat, Nec magis parvus, aut laevus ex elementis, sensiferus motus que didit prima per artus. Idem ibid. Debiguit cur hominem cum viñū vñ penetrauit Acri, & in venas difcesit diditus ardor. Consegitur grauitas membrorum lib. 4. Nunc ea, qua dico, verum simulacra feruntur vnde. Idem in Lælio. multi diuitias deficitur, quos paruo contentos tenus vietus, cultusque delebat. Horat. separatim posuit, item vt hic, sat. 3. huius lib. cultum Maiores censit. & Od. 10. lib. 1. *Quiseros cultus hominum recentum voce formasti.*

S A E V S E R I T] asper, Ζαλεπός. sic Linius libr. 13. *seua, & iniusta in seruos imperia dixit. vide annotata ad Od. 33. lib. 1.*

V N C T A M C O N V I V I S P R A E B . A Q .] quod est luxurie non ferenda.

A C C . N V N C , V I C T . T E N . Q .] nunc vietus tenuis & parci commoda enumerat, eāq; cum incommodiis sumtuosarum, & immoderatarum epularum comparat. similia sunt his illa M. Tullij Tuscul. lib. 5. Additæ scitatem, que consequitur hanc continentiam in vietu: additæ integritatē valetudinis, confer fidanteis, rustanteis, referens epulis tamquam opimos bones, deinde sequitur paucis interiectis, *Quid, quid ne mente quidam recte vti possimus, multo cibo, & potionē repleri?*

N A M , V A R . R E S V T N O C . H .] id est, nam quemadmodum, vel quantum res variae noceat homini, tum credas, si cibum illum sim-

plicem recordeis, quem tu aliquando adhibueris. continentia in vietu, & tenuis apparatus, natura viris a calore nativo & penitus infuso immutans, & labefactans resicit, resarcit, ac recreat: nimis copia verò, & luxuria opprimit, obruit, atque extinguit, quod quidem his verbis confirmat Theognis, Πολλῶ τοι πλέοντας λιπεῖς χρόνος, ἀλλεσσει δῆν. Ανδρας, σοι μύριας πλεοντος ἔχεις θεον, id est, multo plureis satieres perdidit quam fames: qui plus, quam patet, habere volunt. sed preclarè Euripides, Επεὶ π δέ βροτοῖσι πλέον δυον μάρον, Δημήτερος ἀκτῖς, ποματος θ' ινδρήρως; Άφετο παρει, καὶ πέριχον ίμας τρέψεων. Οὐ τοι απαρέ πλοιοντι. τευχοῖ γε τοι Άλλων έδειτοι μηχανες θρεπούμενοι, quorum versum hac fere sententia est. Num quid mortales desiderant, præter duo sola, fruges, & aquam? Que in medio posita sunt, & eò à natura sunt producta, ut nos alant. Quorum non satis est nobis satieres: sed luxuria depravati, alias epulas summo studio excogitamus, & confectionemur. Aristot. problem. τι μα. πολὺν τροφὴν νοσάδις, παρεργός γέροντος πάτερ, id est, cibus varius, morbos, turbulentus enim est, neque eius vina concoctio est.

QVAE SIMPLEX OLIM TIBI SED
RIT] placuerit. Virg. lib. Aeneid. 5. Idque pio sed
Aenee.

DULCIA SE IN' BILEM VERTVNT,]
quæ concoqui non possunt à ventriculo, vertū-
tar in bilem: sed maximè dulcia.

STOM. QYE TVMVLT. LENTA FER.
C
PIT.] pituita è cerebro fluens, quæ incensa fe-
brim gignit, stomachum conturbabit. in voce
pituita, fit synaeresis vocalium *u* & *i*, vt alibi an-
notatutimus.

VIDES, VT PALLIDVS OMN. &.]
licet hæc legere sine interrogatione: licet & in-
terrogando pronuntiare, vt liber.

CENA DUBIA] quid sit cena, declarat Phormio apud Terent. cena dubia apponitur? G E A. Quid istuc verbi est? P H O R M. ubi tu dubites, quid sumas potissimum. cena autem dubia defugat, id est, de cena dubia surgat. Nam quamvis defugatur significet interdum apropere, id est, secedere exonerandam aluum, hic tamen non potest accipiendo, nisi dicamus, Horatium more quo, id est, satyrico, & urbano, hoc verbū etiam D in hanc significationem usurpare ad exprimendam hanc quoque cenarum dubiarum & manisicorum apparatum cum ceteris, quæ enarrant, incommode, pœnam, quod epulis onus statim eas effundere, atque egerere necesse abent.

QVIN CORP. OVNST. HEST. VIT.]
taque merito Theopompus ille vir clarus A-
thenis, & princeps ciuitatis, cenas laudabat Pla-
tonicas, quia non solum in presenti: sed etiam
ostero die iuncta: essent, ut tradit Hegesander,
refert Ath.lib.10.his verbis, in hanc et nos d^o C^o
aut accident arbore, tantum ut summae species ea-
rum stantium relinquatur: huc cum se confundine ac-
climaserint, infirmas arbores pondere affigunt, atq; vna
ipsa concidit, idem lib.5 qui nuntiantur, superiore no-
te maxima coorta tenebant prope omneis nauis afflatus
aque in litore eieetus esse. Liuius lib.4 repetitumque

τοῖς Ἀπομνήμασιν ἔφη, ὡς καὶ τῇ ὑπερβάσῃ ὁ
Α Τιμόθεος ἀπαγγίζει τῷ Πλάτωνι ἐπειν, ὑμεῖς,
ἢ Πλάτων, εὖ δεινέστε μᾶλλον ἐis ὑπερβάσαι,
ἢ τὸ περὶ σουηρά refert & M. Tull. T. ccul.
S. Timotheum clarum hominem Athenis, & principem
civitatis ferunt, cum censuissent quid Platонem, eōq. con-
silio admodum delectatus esset, vidissimumque eum postri-
die, dixisse. Prostrebant quidem cene non solum in praesenti,
sed etiam profero de incunda sunt. Eodem pertinet,
quod scripsit Theopomph. lib. 8. Philippi. ποτὲ ἐσθίει
πολλὰ καὶ κρέα φαγέν, τὸς μὴ λογοθέας ξενο-
ρεῖ, καὶ τοὺς ψυχαὶ ποιεῖται βερεδυτέας· ὅργης
δὲ, καὶ σιληνοτήτος, καὶ πολλῆς σικαλοτήτος εμ-
πιπλαισι, id est, multa edere, & carnisibus velci,
rationis & contiligi vīsum adimit, animōisque ef-
ficit tardiores, & eos immani quadam duritia,
ac stultitia compleat.

B A T Q Y E A F F L I G I T H V M O] ita legendū
& ita reperimus olim scriptū in quattuor codi-
cib. calamo exaratis, duob. Var. Rainutij Card.
Iann. & posterius, in Cleric. Russar. Nicot. meo.
non, vt invulgariſſis, affigit. atq; hanc meam emen-
dationem, vt rectā & veram, Paulus Manutius,
& M. Muretus vehementer approbarūt: neque
me mouent iij, qui dicunt, Horatium exp̄imere

voluisse illa Gracorum, περιπονήσαι, περιγράψαι: id est, fibulis & clavis affigere. Nam primum hoc est diuinare. Deinde nō negamus aut verbum affigere esse latinum, aut affigere humo, latine, & laculente dici: sed cum veteres codices sequuntur, rum eorum autoritatem ratione

c confirmamus, contendimusq. hanc antiquam scripturam, vulgatæ esse anteponendam. Est autem affligerere non solum deicere, sed etiam graui quadam iectu, & impetu ad humum abiicere.

*... et dicit Gratianus: et q[ui] reper-
deret sic in. p. Planci auctoritate: id est ap[osto]l[us] o[ste]ri
dei ep[iscop]i, id est, permissit [Antiphatem] com-
minus & propinquu[m] loco: ille autem fuiinus*

linus &c propinquus 1806: me autem Iupitius
solo firmatus & afflictus est. Plantus Mostell.
cedo manum: nolo equidem te affligi. Idem Milite glo-
rio subsecro te mulierem sine ne affligatur. Pyrg. quid

*Quodcumque te, qualemque sinas offigium. Tunc, quia
istuc Pal. postquam abs te abiit, animo male factum est
hunc repente misere. Idem in Rudente. Ni hunc est
amittis, exsugebo, quicquid humoris tibi est. Tange: afflig-
gam te ad terram, si idem ut piceum soleo polypum, idem
in Peria. Ne ego, si me uno dixito atrigeris, te ad terram
affligam culus. Ceteris libet. Ceteris libet. Ceteris libet.*

Dujugam, *cecius*. *Catal. lib. 6.* de Bellio Galli de al-
cibus. multe sunt cornibus, & crura sine nodis, arti-
culisque habent, neque quiete casu proculib[us], neque
si quo afflito casu conciderint, erigere se[ntur], aut sublevar[ur]
possunt. ibidem de eisdem, earum ex vestigis
cum est animadversus à venatoribus, quis se recipie-
re conseruerit, omnēs in loco aut à radicibus subrunt,

accidens arboris, tantum ut summa species eorum stantium relinquatur; huc cum se consuetudine acclimerent, infirmas arbores pondere affigunt, atq. unā ipsa concidit, idem lib. 5, qui nuntiantur, superiore non maxima coarta rēpetit, prope omnei natus efflueat atque in littus cieletus esse. Luius lib. 4, repetitumque

Sepius cuspide ad terram affixit. Idem lib. 2. ut neque sustinere se à lapsu possent, nec, si qui paullum titu-

qui justus est, & pugnat, nec, quia facilius titubat, haerere afflitti vestigio suo. Idem lib. 28. *rbi Mars communis & victimum saepe erigeret, & affligeret.* Lucretius lib. 2. *Praterea quamvis animantem grandior iktus, Quam patitur natura, repente affigit, & omnes Corpus, atque animi pergit confundere sensus.* M. Tull. de lege Agrar. translate. *Hac, qua procul erant à conspicuū imperiū, non solū affixerunt, sed etiam, ne quando recreata exsurgere, atque erigere se posset, funditus (vt dixi) suffulerunt.* Idem libr. 2. de Orat. ad Qu. Fr. *ira cum singuli casus humanarum misericordiarum grauter accipiuntur, si dicuntur dolenter, tum afflita, & prostrata virtus maximè luctuosa est.* Idem frumentaria: *Tu tuus factus & confusus illam prouinciam afflitam erexisti, atque recreasti.* Idem ad Attic. lib. 12. *Vt me leuatur tuus aduentus, sic discessus affixit.* Idem orat. pro C. Rabirio perduell. r. *nunquam profecto istam imaginem, qua domi postea pensem, atque exituum Sex. Titio attulisset, in rostra, atque in concionibus attulisset; nec tuas vnguim naciones ad eos scupulos appulisses, ad quos Secr. Tity afflitam nauem, & in quibus C. Decianus naufragium fortunarum videres. Idem pro Cœlio. *ne adolescentiam plenam spiei maxima non modò non aliuisse nos, sed etiam perculisse, atque affixisse vidcamini.* Idem Catilin. 2. quanto tandem illum maiore afflictum esse, & profligatum putari? P. Cornelius Tacitus lib. 28. *Idem placere, En-**

animum, ten potius mentem. Virgil. Eneid. 6.
*Arbercum sensum, atque aura simplicis ignem. Luce-
ret. lib. 2. Denique calofit sumus omnes, feme ore
undi. Iterum Virgil. Eneid. 6. Ignes est alii vigor, &
calofit origo seminibus. Postremò Pindarus sic or-
ditur sexum carmen Nem. Ev ἀλφρῶν, ἐν θεον
γένος. Οὐ μᾶς δὲ πτύχαρι μαρτσός ἀμφότεροι, id
est. νῦν νιρούμ, νῦν δορυν γενυστενά
αυτει ματε spiramus ντρίη. Iam Plato mul-
tis locis auctor est, animam humanam esse σπο-
στασια, τιμη, μελον τῆς πατρὸς φύσις, id est, segmentum, seu ramentum, fragmentum,
particulari animæ totius mundi. At animam
mundi non solùm à deo creatam esse, sed etiam
dei partem esse idem vbique demonstrat: & re-
statut Plutarchus quaest. Platon. his verbis, οὐ δὲ
χρόνος φύσις νοῦ μεταχώνεται, καὶ λογοτοῦ, καὶ
ερμονίας, οὐδὲ ἔργον τέλος τῇ θεῖ μένον, ἀλλὰ καὶ
μέρος, οὐδὲ ὑπὸ αὐτῆς, ἀλλὰ ἀπὸ αὐτῆς, καὶ εἰ
αὐτῆς γένεσεν: id est, Anima autem mentis, & ra-
tiocinationis, & harmoniae particeps facta, non
solùm dei opus est, verum etiam pars, neque ab
eo, sed de eo, & ex eo facta est. Postremò Stoici
nostrós animos quædam esse déorum στοιχ-
ιαστα, id est, deliberamenta, seu parteis australis
dicunt.*

A L T E R] qui tenuiter, & parcè viuit.
C V R A T A] cibo, & potionē refecta, & recreata.

S V R G I T] libri aliquot manu scr. habent.
C surget.

A D M E L I V s] ad lautiorē, & élégantiorē viēctū, cultūmque.
Q V O N D A M] aliquando, olim, vel pothac, nōtū.

REDIENS] Homer. *πειπόνως έργαλός.*

valet, quod peruerro, euerto, prorufo: affligere autem est (vt dixi) ita vehementer in terram deicere, ac proruere, vt eo casu, id, quod deiicitur, vitur hoc eodem argumento Simonides apud Xenophonem in Hierone, ad ostendendum, tyrannorum voluptrates priuatorum voluptati-

contundatur, neque facile excitari queat. Ita fit ut grauius sit affligere, quam percellere, ut licet ex hoc exemplo intelligere. M. Tull. Tuscul. 3. Existimat enim Deus immortalibus se facilium satisfacturos, si eorum plaga perculsi, afflitos & stratos esse fateantur. Itaque, infidigere, idem ferè voler, quod illidere, aut incurere Valerius lib. suprà commemorat. cap. 4. Idem significare cupiens quanto inter se odio Karthago & Roma dissiderent, infido in terram pede, suscitatoque puluere, rūc inter eas fere finem bellum dixit, cū alterutruavrbis in habitum pulueres esset redacta. Cum hæc superiore editione annorasse, quidā simius vulgatam lectiōnem hac meliorem esse probare conatus est, cùm dicere, eam in vno codice manu scriperit. Ego verò illi non pugnabo, neque moror ~~veritate~~, & ~~veritate~~, & ~~veritate~~, bus minores esse, his verbis: τὸ γένος τὰ εἰδῶτα καρκίνων, τόποι παρέχει τὰς ιδίας. διὸ καὶ πάντες ἀνθρώποι ιδέας ταυτοδημοργού τὰς εἴρηταις, πάλιον ἐχοντες τούτους. ἐν πλειστῷ αὐτοῖς αἱ παρεκενωμέναις διδεῖσαι τὰς εἴρηταις εἰδήσαντες ἔχοντες αὐτοὺς αἱ παρεπέταις. οὐτέ ταῦτη τριπλῶν τῆς εὐφροσύνης ἐπίπλος μειονεύεσθαι τὸν ιδιωτισμόν, id est, namque visitata, & sollennia suppetare, hoc præbet voluptates. Iccircò etiam omnes homines diebus festis delectantur, praeterquam tyranni, eorum enim mensæ omnibus epulis semper instructæ, ac referata, nullū in diebus festis augendi apparatus relinquunt locum. Itaque hac primū spēi iucunditate priuatis cedant necesse est.

A D V E X E R I T hic reperi scriptum in duob. cod. Vatic. & Faér. Nicot. Russard. Cleric. meo. quæ scriptura mihi mirum in modum placet. Ita

autem locutus est od. 29. lib. 4. *Quod fugiens semel hora vexit. Vulgati autem habent adiuxerit.*

V B I Q U E A C C E D E N T A N N I] id est, & vbi ætate fueris prouectior.

E T T R A C T A R I M O L L. **A T A S, &c.**] non admodum dissimilis sententia est versus illius integræ, & dimidiati, apud Plutarch. πῶς δὲ τοῦ νέον ποτέ φύσις τε διδοῖς σῆματα εἰς νόσος πεπληρωθεῖσι, id est, diuitiae eō sunt utiles: ut & amnis largians & corpus morbo implicitum sumbris ferues.

P R A E S V M I S] ante tempus sumis φεγλαμέναις, cùm tam molliter, & delicate viuas: cum tam lauto & sumtuoso, & accurato victu, cultu, & vtraris, quis erit tibi superadi reliqui locus, siue diem festum agere, siue corpus extenuatum resicere, siue te annis, aut morbo affectū paulo lautijs tractare voles: sic hoc verbo est vsus Virgil. Æneid. II. *Arma parate animis, & presumite bellum.* **R A N C I D U M A P R V M A N T I Q V I**] rancorem aprim (inquit) antiqui laudabat, nō quod odoratu carerent, seu quod exultarente præstare vitiū apponi hospiti, qui sero venifser, quāti integrum, & recentem ab edaci domino cōmēdi.

H O S V T I N A M, &c.] vtinam primis illis temporibus quāsi heroicis natus essem: vtinā inter antiques & primos illos homines, heroicā virtute præditos, & qui minus longè aberant à diis suis auctoribus, natus essem, per heroas, homines significata sua ætatis hominibus præstantes: quales erant heroes: sic Aristot. lib. 7. de morib. ad Nicom. virtutem humana virtute potiorē, & superiorē, heroicā, & diuinam appellat. Porph. legit *Trauius*: nonnulli libri habent *Trallus*. Sed nihil refert.

T E L L V S M E P R I M A T V L I S S E T.] hoc referendū est ad eorum philosophiū opinionem, qui aliquam mūdi originem & principium aliquid, terræq; nūvitatem fuisse opinantur: in quibus fuit Epicurus, quemadmodū etiā ex Lucretio apparet, lib. 5. *Nunc redeo ad celi nouitatem, & mollia terra Arva, nouo fato quid primum in lumini oras tollere, &c.* & paulo pōst. *Sic noua tum tellus herbas, virgultaque primum sufficit: inde loci mortalia secula creavit, multa modis multis, varia ratione coorta.* Eodem pētinet illud Virg. Georg. I. *tūque δὲ cui prima frementem fudit equum cellus magno percussa tridente.*

D A S A L I Q V I D F A M A?] si fama consūlendum esse putas: si fame aliquid tribuendum esse existimas: magnifici isti & sumtuosi apparatus magno sunt etiam dedecori, nō solū dāno.

Q V O D S V P E R A T] i. quæ aurum humanæ gratior sit, q; quod uis Carmen. Thémistocle aiut dixisse, cum ex eo quereretur, quod actroama, aut cuius vocem libentissimè audiret, eius, à quo sua virtus optimè predicaretur. bona fama autem, seu bona existimatio, quā εὐδέλεξ Græcina nominant, à laude non admodum longe

abest. Pind. εἴδ. Π. ιοθ. si quis in rebus secundis

A bene audiatur, iudicet ei, ne opere Deus esse, omnia enim eum consecutū est, quæ mortalem

fas sit obtinere. sic Pindarus: εἴπεις ὅτι πάχων λόγου εἴδη δέλει, μή μάτε τε Χριστὸς πάτερ, εἴπεις εἰς τοταν μοις ερίσκοτα κελών. Quemadmodum autē honorifica, & laudis plena oratio nostris auribus grata accedit: sic cōtrā maledicta, & contumelias nobis iram commouent. Quocirca præclarè illud dictum est ab Herodoto Polyhymn., *irām in auribus hominum habitate:* quæ si bona quidē audiatur, oblectatione corpus compleat: si contraria, tumore, legendū autem occupat, potius quām Occupat. Sic enim habent libri veteri.

P A T R V M] enī, cuius sub imperio es, vt annot. suprà ad Od. 12. lib. 3.

I N I Q U V M] inimicum, & infensum, propter agravitudinem, & molestiam ex luxuria præterita & egestate præsente nascentem.

C ū M D E E R I T E G E N T I A S L. P.] cū tanta exītua egestas, vt ne tantillum quidē pecunia habeas, vnde laqueum, quo animā tibi interclusas, cōmpares: hoc est, cūm ad extremā egestatem redactus eris.

I V R E (I N Q V I S) **T R A S I V S I S T I S**] dices (inquit Horatius) iure ita obiurgari Trasius hominem profūum, & sumtuosum, eundēmq; egenē: hominem sumtuosorem, quām res eius familiaris ferre queat: te verò magnis vestigalibus instructum esse: & sumitus tuos censu non esse maiores, hec est afori, seu luxuriosi hominis oratio, sibi in sua luxuria velificantis, ac blandientis. Porph. legit *Trauius*: nonnulli libri habent *Trallus*. Sed nihil refert.

T E G O V E C T I G. M A G N A, &c.] cum his congruant ea, quæ scribit Arist. lib. 4. de moribus ad Nicomachum, ea, quæ profusionis præsunt, nempe plus, quām pat sit donare, & minus quām oporteat, accipere, non admodum inter se cohætere posse, neq; facile amplificari: quia non sit facile, eum, qui à nemine accipiat, omnibus donare, nam celeriter (inquit) deficiunt eos facultates, qui cūm priuati sint, plus æquo largiantur: qui quidem prodigi videntur esse. Reges autem (inquit eodem libro paulo antē) prodigos dicere nō solemus. Rerum enim, quas possident, vim & copiam, non videtur eis esse facile donationibus & sumbris superare.

B R G O. Q V O D S V P E R A T] respondet huic aserto Horatius: cito: demus te esse abudantissimum, ac pecuniosissimum: demus, te plus habere in nummis, quām in victuum, cultūm, & luxuriosum: nihilne est, in quod id, quod tibi superest ē tuo sumtu quotidiano, melius insumas, quām in cenas luxuriosas, & ceteras delicias?

Q V O D S V P E R A T] supereft. Virg. Georg. 2. *superat tener omnibus humor.* M. Tull. parad. δια μόνος δι σφόδρα πλάγιος. uter igitur est dūtior, cui deest,

cui deest, an cui superat? Idem de finib; s. dēg. eo, quod ipsi superat, aliis gratificari volunt.

N O N E S T, M E L I V S Q V δ] ordo est: an nō est aliquid, id quod superat, melius, insumere possis, quām in epulas sumtuosas?

I N D I G N V S] indignus, qui egeat: indignus egestate, seu paupertate. Atque ita explicat huic versum Seruius, qui cum profert ad illum Virg. lib. 7. Æneid. Nec partem posuere sis. sic loquitur M. Tull. lib. 4. Tūcūl. misericordiam datam esse dicunt ad open ferendam, & calamitas hominum indigitorum subleuanda, vbi rāmen quidam legendum consent indigorum, à quibus differtio. Sic enim Lucretius lib. 2. quod saepe noceente Praterit, examinatque indigos, inque inerter.

C V R T E M P L A R V. A N T I Q. **D E U M I**] Theocritus εἴδ. laudans Ptolemai Philadelphi liberalitatem, ait illum diuitias suas cōferre partim ad ornamenta templorum, partim ad munificenciam in reges, in ciuitates, in amicos & familiareis. sic Theocr. Οὐ μᾶς ἀχρόνος γε δύναται πάντα χρήστος, Μυριάσαν ἀτε πλάγας ἀεὶ κέχεται μογεόντων. Άλλα πολὺ μᾶν ἔχον θεον ερκενδεῖσι οἵσι, Αεὶ ἀπαρχορύθιο σων ἀλλοισ περιεστοι. Πολλὸν δ' ιθύμοισι δεδύρται, βασιλεύοι. Πολλὸν δὲ πολιτεύοι, πολὺ μᾶς ἀχαροντιστεύοι.

T A N T O E M E T I R I S A C E R V O] id est, è tanto metiris aceruo: vt annot. supr. ad Od. 7. lib. 2. venustè autē verbo metris vsus est, cūm de aceruo loqueretur, pro largitis, prebēs, μετίσις. **V N I N I M I R V M T I B I R E C T E**] vñque adeóne es stolidus, & rerum humanarum impenitus, vt spes tuas res eodem semper statu māsuras: vt spes fortunavno semper vultu in te futuram: vt existimes te meliore esse cōditione, quām ceteros homines, in quorum vita magnas quotidie videmus rerum commutationes, magnisque fortunæ varierates existentes in quibusdam libris scriptum est recte, quam lectionem non damno.

O M A G N V S P O S T H A C] nempe vbi quipiam tibi aduersi accidenter, credibile enim non est, te vnum fortunę eximium futurum. Intolerabile est autem ab inimicis irrideri, inquit Euripid. Medea Οὐ δέ τηλασθε τλητοὶ εἰς ἄπον, φίλων. **V T E R N E**] sic reperti scriptum in omnibus libris manu scriptis: & ita legendum, ne autem huc loco non interrogari: sed additur interrogatio: vt & sat. 3. *Illa rogare Quantidne?* vel ornatus causa ponitur, vel otiosum est. vt sup. sat. 10. lib. 1. *O seru studiorum, quine pueris Difficile, & mirum, Rhodio quod Pitheleonti Contigit.*

A D C A S V S D V B I O S] dubij casus, dubia res, dubia tempora, quæ sint, declarant vbiique ex bonis scriptoribus exempla. vide annot. ad Od. 9. lib. 4. Nam vret (inquit) in rebus dubiis, & asperis cōstatior, & meliore spe erit, hicne, qui corpus & animum assuefecerit abundantia, & co-

P E R I M B E M I] tempore: vel quādū imbræ ē cælo decidebant: quādū pluebat.

B E N E B R A T] bene erat nobis, bene curabamur. sic Plautus in Menach. *Si sapiam, hinc intrō abeam, ubi mihi bene sit.* Terent. Adelph. *vxor si cesses, aut te amare cogitat, At tete amari, aut pota-*

re, ut animo obsequi, Et tibi bene esse soli, cum sibi sit male. Catull. ad Furiun. Quare non tibi sit bene ac becere? Hor. epist. i. iurat bene solis esse maritus. & sat. 8. huius lib. sic ut mihi numquam in vita fuerit melius, ibidem, pulchre fuerit tibi. iterum Catull. ad Furt. Eft pulchre tibi cum tuo parente. potest & sic intelligi. bene erat vicinus, id est, bene accipiebatur. nam etiam hoc modo loquitur Plaut. in Menaech. quid malis verbis opus est: minore nequam bene fui defendio. M. Tull. epist. lib. 13. ad Att. Quid queritur? delebat est, & libenter fuit. & lib. 16. cum unum diem velia confitissim: ubi quidem fui sane libenter apud Talnam nostrum: nec potui accipi, illo absente praeferimus, liberalius. sic & Catull. in fundum. Fui libenter in tua suburbana villa.

NON PISCIBVS VRBE PETITIS] apud veteres illos Romanos, laudiores & appara-
tiones habebatur mēsa, piscibus, quam carni-
bus, exstrūta. Cic. in Pisonem. exstrūta mensa
non conchylii, aut piscibus, sed multa carne fabrūcida.
quo loco Pisonis sordes ostendere conatur.

CVM DVPLICE PICV] id est, vt docet Turnebus, cui assūtor, cum duplicitibus sic cubus. sunt autem fucus duplices, maiores, & quasi geninæ, quas mariscaæ appellant. Vegetius libr. 1. artis veterin. fucus duplices viginti, rite fasciculum.

POST HOC LVD. ERAT CVPPIA
POT.] hunc locum in omnibus ferè libris cor-
ruptum ego vna littera detracta emēdau. cuius emendationis spero omnis politos, & eruditos homines approbatores fore. ab Adriano quidē Turnebus eam magnopere olim probatam memini. Horum igitur verborum hæc sententia est. postea (inquit) noster ludus hic erat, cuppa magistra, id est, nullo alio bibendi magistro arbitrio, quam ipsa cuppa, potare: nullus erat, qui bibendi leges cōuinis diceret: suo quisq. arbitratu bibebat, & quantum volebat, soluta legibus insa-
nis, vt ait sat. 6. hoc libro. De hoc more autem, & de magisteriis, bibendi q. legibus vide annot. ad Od. 4. lib. 1. Sic igitur hunc locum explicandum cēsio. Sed Turnebus mutata postea ferè sententia, non ita pridem scripsit, culpa potare magistra, (sic enim legitur in codicibus omnibus vulg. & plerisq. manuscr. ludi genus fuisse à veteribus excogitatum, quo non magistri imperio conuiua bibere cogebantur, ne in brietatem incident: sed vt ab ea coēceretur, nemo, nisi qui aliqua in re peccaret, calice ducebat: vt bibere pœna & dedecoris esset, vñ invitationis, aut magisterij. Sic apud Plautū in Sticho, qui peccat, poculo multatur: vñ (inquit) demūa βιτ. puculo mul-
tabitur. Idem Turnebus statim subicit: legitur & apud Flaccum cuppa, quod vas est potiorum etiā linguae vernacula vñ parvum pro patera: & in epigrammat. sume cuppa, calices, caſhi. quam scripturam Labinus sequitur: vt libertatem bibendi accipiamus poculo imperante, non bibendi arbitrio. Poculū enim non cogit nisi volentem, cū magister etiā inuitū bibere cogeret. Cuppa

etiam Porphyrio agnoscere videtur. Hæc ille: ex quibus verbis intelligere licet, ita illa à me dif-
fentire, vt tamen meam explicationem proberet.
quod mihi satis est: neq. necesse habeo vulgatā lectionem, eiūsque explicationem resellere.

ET VENERATA CERES] id est, & orata Ceres, vt culmo, &c. sequitur deinceps, Explicitus vno contr. fr. id est, seueritatem nostram exhibuit, nobis scilicet libantibus, & postea compotantibus: vel sic, orata Cerere, & libatione fa-
cta, compotatio ne tristitiam discussimus, & stō-
tis rugas explicimus. verbū venerari autē idem valere, quod orare, & precari, declarant exempla bonis scriptoribus producta. Plaut. in Aulul. Lar. Auri heſaurum clam omnes in medio foco Defo-
dit, venerans me, vt id seruarem sibi. Idem Rudente,
Est deus: veneror, vt nos ex hac arumna eximat miseras, inopes, arumnas, aut aliquo auxilio vt adiuverem. Idem ibidē. Venus, veneror te, vt omnes miseri lenones sint. Idem Bacchid. Saluto te vicine Apollo, qui adibis Propinquos nostris accolis, veneror que te, N. Nicobulanus finas nostrum senem prius Me conuenire, quam fidalem viderim Mnephlochi Pithocleron. Idem Trinum. La-
rem corona nostrum decorari volo, vxor venerare, vt Nobis hæc habitat bona, fauſta, felix, fortunataque eue-
niat. Virgil. Æneid. 3. Nymphas venerabas agrestis, Graduumque patrem, Getis qui preſedit aruis, Rite ſecundarent viſis, om̄enque levarent. Idem eod. libr. curſisque dabat venerata ſacerdos. & libr. 4. Georgic. tu munera ſupplex Tende petens pacem, & facileſe vene-
rare Napeas Namque dabunt veniam vois, iraque remittent. A Cacina ad M. Tull. Ciceronem libr. 6. epift. quid iraſcit ei, qui ſcriperit aliiquid contra ſuam voluntatem, cū ignorit omnibus, qui multa Deos venerati ſunt contra eius ſalutem? id est, qui multa à diis precati ſunt. ſic Horat. infr. ſat. 6. Si vener-
fultus nihil horum, id est, ſi nihil tale à Diis pre-
cor: vt ſuo loco dicemus.

CERES] Cererem Græci Δημήτρα appellant, cuius ἔτυμον afferens Plato in Cratyle, φέ-
γεται (inquit) Χτύπω δότης ή ἐδεδής δημόσιος μητρ, Δημητρη κελλαθω, id est, videtur enim propter donationem cibi, qua largiatur nobis cibum vt mater, Δημητρη, quaſi donans mater eſſe appellata.

CONTR. SERIA FRONTIS] id est, ſeueritatem frontis: ſea ſeuerā, ſeriam, & cōtractam frontem. Nam contrahit frontis rebus ſeriis, ac tristibus: compotantibus, conuiuiis, ſiſu, ioco & ſimilibus explicatur.

SÆVIAT ATQVE NOVOS, &c.] id est, iterum atque iterum ſcſe nobis prebeat iniquā, arque infestam fortuna, nouos nobis terrores inuitat, nouos motus exciter: quantum poterit de hoc noſtro tenui viētu, & paſtimonia detraheret: quia dicat, aut nihil, aut parum.

QVANTVM HINC IMMINVET?] Quidam libiti manu ſer. habent, Quantum hinc e-
minuet? vnde coniicere poſſis, legēdūm deminet.

QVANTO AVT. EGO PARC. AVT.] poſtequam

ARGUMENT. SAT. 3.

Sub persona Damasippi Stoicum para-
dum tractat, à Cicerone quoque tractatum: quo
ſtultos omnes inſanire dicebant. Ipſe autem hiſ
verbis hanc eorum ſententiam proponit,
Quem mala ſtilitia & quacunque infiſia veri
Cacum agit, inſanum Chrysippi porticus & grec

Autum. Initio Damasippum inducit ipſum
accusantem, quod pra defidia nihil ſcriberet:
deinde quomodo ad Stoicā ſectā ſe contulifer,
narrantem. De qua etiam nonnulla per ironiam
ſub eius persona dicit, vt ſapientem paſſere barbam:
& ſtertinum ſapientum očaua. Tandem vero ira
claudit ſatyrum, vt ſub ipſius Damasippi nomi-
ne cæteros omnes aperte irridere videatur, cum
variis inſanis generibus ab eo commemoratis,
aliqut ſue quoque audiens, responderet, o maior
tandem parcus inſane minori.

NAM PROPRIAE TELLVRIS] ſic M. Tull. off. I. ſunt autem priuata nulla natura: ſed au-
tere occupatione, vt, qui quondam in vacua venerant:
aut bello, vt, qui victoria potius ſunt, aut lege, aut paſ-
tione, conditione, ſorte.

NOS EXPVLIT ILLI] ille Vmbrenus nos
agro expulit per vim: nempe facta aſignatio-
ne agrorum ab Imperatore. Sic Arrius Virgil-
ium, vt ſignificat in M. ceride. ὁ Τυκίδης, vivi per-
uenimus, aduenia noſtri (Quod numquam veritatem ſumus)
vt poſſeffor agelli Diceret: haec mea ſunt, veteres migra-
toli.

NE QVITIBS] mollities, luxuries, libido,
profuſio, ἀρολασία. Nam hominem nequam
appellant Latini, ineritem, nullius vſus, inu-
tilem.

VAFRI INSCITIA IVRIS] ignorantia,
ſeu inſcientia iuris callidi, & versuti, vt M. C.
Tull. appellat in orat. pro Cæcina. quartuor ig-
tur hoc loco enumerat, quibus muratur dominus,
quibusque poſſeffio rerum ſoli, & aliarum
amittitur: vim, per quā exactus eſt Oſellus: pro-
fuſum ſumtum: & luxuriam: iuris versuti igno-
rationem: mortem. non admodum huic diſſi-
milis eſt locus ille epift. ad Iul. Florum lib. 2. tan-
quam ſit proprium cuiquam, puncto quod mobilis hora.
Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc ſorte ſuprema Per-
muſi dominoſ. ſic Theognis, Πολλοὶ τοι πλά-
τοι χειροὶ, ἀγαποὶ δὲ πένοται. Αλλ' οὐδεὶς τρέ-
ποι οὐ δικαιοειδεῖ. Χρήματα δὲ αὐθόποι
ἄλλοτε ἀλλοὶ ἔχει, id eſt, multi improbi di-
uitiis circumfluunt: viſi boni autem egent. Ve-
rum ramen cum horum diuitiis virtutem non
commutabimus. Quoniam virtus quidem fixa,
& ſtabilis eſt: pecunias autem alijs alius habet.
Quamquam hos versus Plutarchus in libello,
πῶς αὐτὸς ὑπὸ εἰρηνῆ ὁφελοῦτο, ascribit Solo-
ni, vt iam alibi diximus. inſtitia autem pro in-
ſcientia poſſitum, vt ſaſe alibi.

* Scirarō ſcribis, vt totuſ nō quater anno
Membranam poſcas, ſcriptorū quaq;
retexens;

Iratuſ tibi, quod* vini, ſomniq; benignus
Nil dignū ſermone canas, qd fier? ab ipſis
Saturnalibus huc fugiſti. ſobrium ergo

Dic aliquid dignū pmſis: incipe: nil eſt:
Culpantur fruſtra calami: immeritūque
laborat

Iratuſ natus* paries diis, atque poētiſ.

Atqui vultus erat mulia, & præclarā
minantis,

Si vacuum tepido cepiſſet villula tecto.
Quorū pertinuit ſipare Platona Me-
nandro?

(tantos?

Eupolin, Archilochum, comites educere

* Inuidiam placare paras virtute relicta?

Cōtenere miser. vitāda eſt improba Siren
Desidia: aut, quicquid vita meliore pa-
raſti,

(pe, de aq;

Ponendum aqno animo. dīj te Damasip-
Verum ob confilium donent * tonsore. ſed

vnde (mea Ianum

Tam benē me noſti? poſquam omnis res
Ad mediū fracta eſt, aliena negotia curo,

Excuſus propriis. olim nam querere a-
mabam,

Quo waſer ille pedes lauiſſet Sisyphus are:

Li

Quid sculptum infabre, quid fusum duius effet.
Callidus huic signo poneba millia centuri.
Hortos, egregijsq; domos mercarier vnuis
Cum lucro norā. unde frequentia * Mercuriale
Imposuere mihi cognomen compita. * noui:
Et morbi miror purgatum te illius. atqui
* Emouit veterem mirè nouus: ut solet, in
cor
Traiecto lateris miseri, capit'isque dolore:
Ut lethargicus hic cum fit pugil, & medi-
cum * vrguet. (bone, ne te
Dum ne quid simile huic, esto, ut libet. ô
Frustrire, insanis & tu: stultique prope
omnes: (mira
Si quid Stertinus veri crepat: unde ego
Descripti docilis praecepta hæc, tempore,
quo me
Solatus iusit * sapientem pacere barbam,
Atq; à Fabricio non tristem pote reuerti.
Nam, male re gesta cum vellem mittere
operto (uefaxis
Me capite influmen: dexter stetit: &, ca-
Te quicquam indignum. pudor, inquit, te
malus urget:
Insanos qui inter vereare insanus haberi.
Primū nam inquiram, quid sit furere.
hoc si erit in te
Solo: * nil verbi pereas quin fortiter, addā.
Quem mala stultitia: &, quemcumque in-
scita veri (grex
Cæcum agit: insanum Chrysippi porticus,
Autumat. hac populos, hac magnos for-
mula reges,
Excepto sapiente, tenet. nunc accipe, quare
Despiat omnes eque ac tu, qui tibi nomen
Insani posuere. velut filius, ubi passim
Palanteis error certo de tramite pellit:
Ille sinistrorum, hic dextrorum abit: vn⁹
vtrique
Error: sed variis illudit partibus: hoc te

^A Crede modo insanum: nihil ut sapien-
tior ille,
Qui te deridet, * caudam trahat. est genus
vnum (igneis,
Stultitia, nihilum metuenda timentis: ut
Ut rupeis, fluuiosque in campo obstarer
queratur. (pientius, igneis
Alterum & huic varium, & nihil sa-
Per medios, fluuiosq; ruetis. clamet amica
Mater, honesta soror, cum cognatis pater,
uxor, (* serua:
Hic fossa est ingens: hic rupes maxima:
Non magis audierit, quam Fufus ebrius
olim ducentis,
Cum * flionam edormit, Catienis mille
Mater te appello, clamantibus. huic ego
vulgum
Errori similem cunctum insanire docbo.
Insanit, veteres statuas Damasippus e-
mendo: (esto:
Integer est mentis Damasippi creditor?
Accipe, quod numquam reddas mihi, si
tibi dicam: (excors
Tûne insanus eris, si acceperis? an magis
* Reiecta præda, quam præsens Mercu-
rius ferr? (Cicuta
Scribe decem à Nerio. non est satis: adde
Nodus tabulas centū: mille adde catenas:
Effugiet tamen hæc sceleratus vincula
Proteus:
Cum rapies in ius* mali ridetem alienis:
Fiet aper: modò auis, modò saxum: & cum
volet, arbor. (ne sani:
Si male rem gerere insani est: * contrà, be-
Putidius multo cerebrum est (mibi crede)
Perilli (re poësis.
* Dictantis, quod tu numquam * recrire-
Audire, atque* togam iubeo componere,
quisquis
Ambitione mala, aut argeti pallet amore:
Quisquis luxuria, tristisve superstitione,
Aut alio metis morbo calet: huc ppius me,
Dum

Dum doceo insanire omneis, vos ordine ^A Nec studio cithara, nec Musæ dedit⁹ ulli:
adite.
Si scalpra, & formas nō sutor: nauticavela
Auerlus mercaturis: delirus, & amens
Vndiq; dicatur merito. qd discrepat istis,
Qui nūmos, aurūmq; recondit, nescius vti
Compositis, metuēnsque velut contingere
sacrum?
Siquis ad igentē frumenti semper aceruum.
Porrectus vigilet cum longo fuste: neque
illinc
Audeat * esuriens * dominus contingere
granum:
Ac potius foliis parcus vescatur amaris:
Si positis intus Chij, veterisque Falerni
Mille cadis: nihil est, tercentum milibus,
acre
Potet acetum: age, si & stramentis incu-
bet, unde
Octogita annos natus, cui stragula vestis,
Blattarum, ac tinearum epula, putrefcat
in arca:
Nimirum insanus paucis videatur eò, q;
^B Maxima pars hominum morbo iactatur
eodem.
Filius, aut etiam hæc libertus ut ebibat
heres,
Diis inimico senex custodis ne tibi desit?
Quantulum enim summae curtabit quisq;
dierum,
Vngere si cauleis oleo meliore, caputque
Cæperis implexa fædum porragine? quare,
Si* quiduis satis est, periuras, surripis, au-
fers
^C Vndiq; tun' sanus? populū si cadere saxis
Incipias, seruosve tuos, quos ære parari:
Insanum te omnes pueri, clamēntq; puelle.
Cum laqueo uxorem interimis, matrēmq;
veneno, (facis Argis,
Incolumi capite es? quid enim? neq; tu hoc
Nec ferro: ut demens genitricem occidit
Orestes.
An tu reris cum occisa insanisse parentes?

Ac non antè malis dementem actum fu-
riis, quām
In matris iugulo ferrū tepefecit acutum?
Quin ex quo est habitus male tuta mentis
Orefos:
Nil sanè fecit, quod tu reprendere posis:
Non Piladē ferro violare, ausūve sorore
Electram: tantum* male dicit utrique,
vocando
Hanc furia, hunc aliud, ius sit quod splen-
dida bilis.
Pauper Opimius argenti positi intus, &
aurei,
Qui Veientanum festis potare diebus
Campana solitus trulla, vappāque pro-
festis:
Quondam lethargo grandi est oppressus:
ut heres
Iam circum loculos, & clavis latus, o-
uansque
Curreret. hunc medicus multum celer, at-
que fidelis
Excitat hoc pacto: mensam ponit iubet: atq;
Effundi saccos nummorū, accedere plureis
Ad numerandum: hominem sic* erigit.
addit & illud,
Ni tua custodis, audius iam hæc auferet
heres.
Men' viuo? ut viuas igitur, vigila: hoc a-
ge. quid vis?
Deficient inopem vene te, ni cibus, atque
Ingens accedit stomacho fultura ruentis.
* Quid cessas? agedum sume hoc prisaniū
oryza.

Quanti emtæ? paruo. quanti ergo? octo af-
fibus. cheu:
Quid refert, morbo: an furtis, pereamque
rapinis?
Quisnam igitur sanus? qui non stultus.
quid? auarus?
Stultus & insanus. quid? si quis non sit
auarus:

* Cōtinuò sanus: minimè. cur Stoice? dicā.
Nō est cardiacus. Craterū dixisse putato,
Hic eger: rectè est igitur, surgetq; negabit:
Quod latus, aut renes morbo tentantur
acuto.
Non est periurus, neque sordidus. immo-
let & equis
Hic porcum Laribus. verū ambitiosus,
& audax.
Nauiget Anticyram. quid enim differt,
* barathrōne
Dones, quicquid habes, an numquam v-
tare paratis?
Seruius Oppidius Canus I duo prædia di-
Antiquo censu, natis diuissim duobus
Fertur. & hæc mortiens pueris diuissim vo-
catis
Ad lectum: postquam te talos, Aule,
nucēque
Ferre sinu laxo: donare, & ludere vidi:
Te, Tiberi, numerare: cauis abscondere
tristem:
Extimui, ne vos ageret vesania discors:
Tu Nomentanum, tu ne sequerere Ci-
cutam.
Quare per diuos oratus vterq; Penateis,
Tu caue ne minuas: tu ne maius facias id,
Quod satis esse putat pater: & natura
* coercet.
Præterea ne vos titillet* gloria, iure-
Iurando obstringam ambo: vter ædilis,
fuerit ve
(efto.
Vestrūm prætor: is intestabilis, & sacer
* In cicere, atque faba bona tu, perdāsque
lupinis,
(fies.
Latus ut in circo spatiere, aut aeneus ut
Nudus agris, nudus nummis, insane, pa-
ternis:
(ras tu,
Scilicet ut plausus, quos fert Agrippa, fe-
* Astuta ingenuū vulpes imitata leonem?
* Ne quis humasse velit Aiacem Atrida
vetas cur?

Rex

* Rex sum. Nil ultra* quero plebeius. Et
aqua
Rem imperito: ac, si cui videor non iustus,
inulto
Dicere, qua sentit, permitto. Maxime
regum,
Dij tibi dent capta classem reducere
Troia:
Ergo * cōsulere, & mox respondere licebit?
Consule. Cur Ajax heros ab Achille
secundus
Putrescit, toties seruatis clarus Achinius:
Gaudet ut populus Priami, Priamisq;
inhumato:
Per quem tot iuuenes patrio carnere se-
pulcro?
* Mille ouium insanus morti dedit, incly-
tum Vlyssem,
Et Menelaum vna mecum se occidere
clamans.
Tu, cùm pro vitula statuis dulcem Au-
lide natam
Ante aras, spargis que mola caput, impro-
be salfa:
* Rectum animi seruas? Quorūsum? * Infa-
nus quid enim Ajax
Fecit, cùm stravit ferro pecus? abstinuit
vim
Vxore, & nato, mala multa precatus A-
tridis:
Non ille aut Teucrum, aut ipsum viola-
uit Vlyssem.
Verum ego, ut hærenteis aduerso littore
naueis
Eriperem, prudēs placavi sanguine diuos.
* Nempe tuo furiose. meo, sed non furiosus.
Qui species* alias veris, scelerisq; tumultu
Permistas capiet, commotus habebitur:
atque,
Stultitia ne erret, nihilum distabit, an ira.
* Ajax immeritos dum occidit, despit,
agnos?

Sume tibi* decies: tibi tātūde: tibi triplex,

Ll. iii

A Cūm prudens scelus ob titulos admittis
inanis:
Stas animo? & purum est uitio tibi, cùm
tumidum est cor?

Si quis lectica nitidā gestare amet agnam:
Huic vestem, ut nata, paret ancillas: paret
aurum:

* Pupa, aut pupilla appellat, fortisq; marito
Destinet uxorem: interdicto huic omne
adimatius

Prætor, & ad sanos abeat tutela propin-
quos.

B Quid? si quis nata, p muta deuonet agna:
Integer est animi? ne dixeris. ergo, ubi
praua

Stultitia, hic summa est insania. qui scele-
ratus:

* Et furiosus erit. quem cepit vtre a fama,
Hunc * circumtonuit gaudens Bellona
cruentis.

Nunc age luxuriam, & Nomentanum
arripe mecum.

Vincit enim stultos ratio insanire nepotes
Hic simul accepit patrimonI mille talēta:

Edicit piscator vti, pomarius, auceps,
Vnguetarius, aut Tusci turba impia vici.
Cum scurris farror, cum * velabro omne
macellum,

Mane domum veniant. quid tum? ven-
re frequentes.

Verba facit leno. quicquid mihi, quicquid
& horum

Cuiq; domi est, id crede tuum, & vel nunc
pete, vel cras.

Accipe, quid contrà iuuenis responderit

* aquus.

In niue Lucana dormis ocreatua, ut aprū

Cenem ego: tu pisces hiberno ex aquore
verris.

Segnis ego, indignus, qui tantū possideam:

aufer:

Vnde uxor media currat de nocte vocata
A Filius Aesopi detracta ex aure Metellae,
 Scilicet ut decies solidū ex sorberet, aceto
 * Diluit insignē * baccam: quā sanior, ac si
 Illud idem in rapidum flumen, iaceretve
 cloacam?
B Quincti progenies ArrI, par nobile fratrū
 Nequitia & nugis, * prauorum & amore
 gemellum:
 * Luscinias soliti impenso prandere co-
 ēntas.
 Quorsum abeant sani? creta, an carbone
 * notandi?
C Edificare casas, plostello adiungere mu-
 res,
 Ludere par impar, equitare in arundine
 longa
 Si quem delectet barbatū: amētia verset.
 Si puerilius his ratio esse euincet amare:
 Nec quicquam differre, vtrūmne in pul-
 uere, trimis
 Quale prius, ludas opus: an meretricis a-
 more
 Sollicit⁹ plores: quero, faciasne, quod olim
 Mutatus Polemo? ponas insignia morbi,
 Fasciolas, cubital, focalia? potus ut ille
 Dicitur ex collo furim carpisse coronas:
 Postquam est impransi correptus voce
 * magistrī?
 Porrigis irato puero cūm poma, recusat.
 Sume Catelle: negat, si non des, optat. a-
 major
 Exclusus quā distat: * agit ubi secum, eat,
 an non,
 Quā redditurus erat non arcessitus: & ha-
 ret
 Inquis foribus? nec * nunc, cūm me vocet
 ultro,
 Accedam? an potius mediter finire do-
 lores?
 Exclusit: reuocat: redeam? non, si obsecrit.
 ecce

A Seruus non paullo sapientior. ô here, qua-
 res
 Nec modum habet, neque consilium, ra-
 tione, modōque
 Tractari non vult, in amore hac sunt ma-
 la, bellum,
 Pax rursum: hæc si quis tempestatis propè
 ritu
 Mobilia, & cæca fluitantia forte, laboret
 Reddere * certa: sibi nihil plus explicet,
 ac si
 Insanire paret certa ratione, modōque.
B Quid cūm Picenis excerp̄ semina pomis
 Gaudes, si cameram percussi forte: penes
 te es?
C Quid cūm * balba feris annoſo verba pa-
 lato:
 * Edificante casas qui sanior? adde crux
 Stultitiae: atq; ignem gladio scrutare: mo-
 dō, inquam,
 Hellade percussa Marius cūm precipitat
 se,
C Cerritus fuit: un commota criminē mentis
 Absolues hominem: & sceleris damnabis
 eundem;
 Ex more imponēs cognata vocabula reb⁹?
 Libertinus erat, qui circū compita* siccus
 Lautis manē senex manibus currebat. &
 unum
 * Quiddam magnum addens, unum me
 surpite morti:
 Diis etenim facile est, orabat: sanus utrisq;
 Auribus, atq; oculis: mentē, nisi litigiosus,
 Exciperet dominus, cūm vēderet, hoc quo-
 que* vulgus
 Chrysippus ponit facūda in gēte MenenI.
 Iupiter, ingeteis qui das, admīsq; dolores:
 Mater ait pueri mensis iam quinque ca-
 bantis,
 Frigida si puerū quartana reliquerit: illo
 Manē die, quo tu indicis ieunia, nudus
 In Tiberi stabit, casus, medicūs ve leuarit
 Agrum

A Egriū ex * precipiti: mater delira necabit
 In gelida fixum ripa: febrimque reducit.
 Quonē malo mentem concussa? * timore
 deorum.
B Hæc mihi stertinius * sapientum octauus
 amico
 Arma dedit: posthac ne compellarer
 inultus.
 Dixerit insanum qui me, totidem audiet:
 atque
 * Respicerē ignoto disset pendentia tergo.
 Stoice, * post damnum sic vendas omnia
 pluris:
 Quam me stultitiam (quoniam non est ge-
 nus unum)
C Insanire putas? ego nā videor mihi sanus.
 Quid caput abscissum demens cūm por-
 pat Agam
 Nati infelices, sibi tum furiosa videtur?
 Stultum nefateor (licet concedere veris)
 Atque etiam insanum: tantum hoc edif-
 sere, quo me
 Egrotare putas animi vitio. accipe: pri-
 mūm
 Edificas: hoc est longos imitaris, ab imo
 Ad summum totus moduli bipedalis: &
 idem
 Corpore maiore rides Turbonis in armis
 * Spiritum, & incessum: quāridiculus mi-
 nus illo?
 An, quodcumque facit Mæcenas, * te
 quoque verum est,
 Tanto dissimilem, & tanto certare mi-
 norem?
D * Absentis rana pullis vituli pede pressis,
 Unus ubi effugit: matri denarrat, ut in-
 gens
 Bellua cognatos eliserit. illa rogare,
 Quantane? num tandem, se inflans, sic
 magna fuisset.
 Maior dimidio. num tanto? cūm magis,
 atque

Poëta in hac satyra Damasippum quendam
 facit loquentē, qui aliquādo exercuerat signo-
 rum, & vasorum antiquorum, atque horrorum
 mercaturam: in qua cūm rem suam minus be-
 ne gessifer, relicto lucri studio se se ad philoso-
 phiam contulerat. Ego cum esse puto, de quo
 M. Tull. scribit in epist. ad M. Fabium Gallum
 lib. 7, qui mandatu Ciceronis quadam ei signa
 emerat: haud illi grata, nempe Bacchus, & Mar-
 tis signum. Itaque oprabat M. Tull. aut ut ea ef-
 sent inemta, aut ut aliquis eoru emitor seu Da-
 masippus, seu quis alius reperiteret, verba M.
 Tull. sunt hæc, sed tamen si istam hanc habenda,
 certiore velim me facias, ubi sint, quando arcessantur,
 quo genere vectura. Si enim Damasippus in sententia nō
 manebit, aliquem pseudodamasippum vel cum iactura
 reprenies. de cod.lib. 12, epist. ad Attic. si & silus
 is fuerit, quem tu putas, nec Drusus facilem se præbebit,
 Damasippum velim aggrediare.

M E M B R A N A M . P O S C A S] scribis tu qui-
 dē multa, sed quicquid scribis, retexis ac deles,
 neque ex aduersariis, aut tabulis ceratis, aut pa-
 limpsto in membranā refers. Ita raro aliiquid
 dignum oculis, & lectione scribis, ut toto anno
 membranam non quater poscas, id est, ut toto
 anno membranam tibi à pueri dari nō iubeadas,
 in quaꝝ referas ea, quæ in palimpsesto, aut ta-
 bula cerata scriperis.

S C R I P T O R V M Q V A Q V E R E T E X E N S]
 ea omnia, quæ à te scripta sunt, mutaps, vertens,
 delēs, & est tralatio à tela texta, & postea retex-
 ta, telam retexere autem est τεταλνειν, dissoluere,
 nemini est inaudita Penelopæ tela.

VINI, S OMN I Q U E B E N I G N V S] id est,
 plus quam pat sit, vino, somnōque deditus, lar-
 gus & quo bibens, & supra modum dormiens.
 dictum est autem vini & somni benignus, ut profu-
 sus fui, parcus temporis, largus pecunia, benignus enim
 idem ferè est, quod largus, ut suprā annotau-
 imus: malignus contrā parcus.

N I L D I G N V M S E R M O N E] sic loquim-
 tur Græci, οὐδὲν δέντρον λόγος. Arist. πντοπ. β. τὸν
 λόγον ἔνει τοσδεώτατον, ὅτι οἱ ἀγαθοὶ αὐτοὶ.

οὐ γενιάπον, ἀλλὰ λόγις οὐτοί εἰσι. τὸ γέροντός
γέροντος ἀπόλετος λέγεται, id est, sermone nō
esse rem optimam, quia viri boni non pecunia,
sed ratione aut sermone digni sunt. Nam λόγις
δέ τον, seu sermone dignum non simpliciter di-
citur. Plato in Euthydemō, Εὐθύδημος δὲ μήτι πα-
ρελέκεται τῷ αὐτοῦ, οὐτὶ καὶ δέ τον λόγις. co-
gita igitur numquid aliquod bonum præter-
mitramus, quod & dignum sermonis sit. idem in
Alcibiade i. Αἰχιβίαδης τε καὶ σοφία, τάῦτα μόνα
λόγια λόγια. Εἰλλον. id est, diligentia, & sa-
piētia, hæc sola digna sunt sermone apud Græ-
cos. idem lib. i. de repub. λυστράτην μὲν καὶ τὸ
τοιῶτα τὸν τοῦ λαζαρίνην δὲ τὸν δέ τον λό-
γιον, id est, profuit igitur etiam talia, siquidem
lareant. sunt autem non digna sermone. Titus
Liuius δέ τον λόγια, digna dictū solet dicere. vt lib.
35. annal. in princip. cetera magis, quam digna dictū
prælia fecit. Idem lib. 27. certamina hand. sati digna
dictū serebant.

SATYRABVS] quæ agebantur xiiii.
Kal. Ianuarias: de quib⁹ alibi dicemus pluribus
verbis.

S O B R I V S E R G O] si propter vini, & somni
liberaliorē vsum ad scribendum tardior,
atque inceptor es: nunc igitur, dum sobrius, &
siccus es, profer aliquid promissis dignum.

C V P A N T V R F R C A L .] frustra culpa
in calamos confertur, quasi ad scribendum, seu
pingendum minūs aptos.

I M M E R I T U S Q V E L A B O R A T] sic se-
rè Virgil. Moreto, & immrito dicit, coniuncta fumo.
Solebant veteres illi, maximè poëtae, & scripto-
res, parieres habere ceratos, vt, si quid forte no-
stu in mentem veniret, statim in eo inscriberet.
paries igitur tuus ceratus immerito abs te ve-
xatur: inutriaque in eum culpam confers.

I R A T I S N A T V S P A R I E S D I I S] cùm tibi nihil in mente veniat, quod in eo in-
scribas, videtur Diis, & poëtis iratis natus esse,
sic loquitur inuitus sat. 7. de Prisco quodam inge-
nij mobilissimi. *Vertumnus, quotquot fuit, natus ini-
quis, & suprà sat. 5. lib. i. dehinc Gnatia Lympha tritis
& præc. min. id est, promittentis.* Quidam libri
veteres habent, Atquin.

S I V A C V M] si te vacuum, id est, omni-
bus negotiis, & curis solutum tua villula acce-
pisset, id est, cùm te in villam tuam expeditum,
& otiosum receperisses. si, valer, cum, ut alibi anno-
tauimus, *tepidο tētō autem vel quod loca tecta
apertis tepidiora sunt natura: vel tepido propter
focum luculentum, quo delectabatur Horatius.*

Q V O R S V M P E R T I N V I T S T I P A R E]
quid fuit opus cum Platone Menandrum, Eu-
polim, Archilochum tēcum deportare, si nihil
lecturus, nihil tuo nomine dignum scripturus
eras? Quod autem Platoni adiunxerat Menan-
drum, Eupolim, Archilochum, ex eo intelligere
debemus, consilium hoc eius fuisse, vt satyras
scriberet, comitatis, & urbanitatis plenas: &
præterea iambo. Sed animaduertendum est,
Horatium ita dixisse, stipare Platona Menandro: Eu-
polim,

qui me, Deo irato meo. M. Tull. orat. pro Cœlio.
Quamobrem si quem forte inveniri, qui affernetur o-
culis pulchritudinem rerum, non odore ollo, non tactu,
non sapore capiatur, excludat auribus omnem suavitatem:
buc homini ego fortasse & pauci Deos propitos, plerique
autem iratos praebunt. Plaut. Pœnulo. Nam ego hodie
infelix diu meis iratisimis sexagenos immolau. T. Li-
uius li. 3. sin periorio gaudent. Diu magis iratis, quam
hostibus bellum gesturos. Idem lib. 9. nec moror, quo mi-
nus in ciuitatem obligatam psonione commissa iratis o-
mnibus Diis, quorum eluditur nomen, redant. M. Tull.
epist. ad Attic. lib. 4. De Apollonio quid scribi, qui
illi Di irati homini Greco? qui conturbare quidem pa-
tit sibi licere, quod equitibus Romanis, videtur autem
locus ille cum interrogatione legendus, vt dicā
δὲ τοῦ παρεργοῦ, qui illi Di irati? id est, qui Di sunt
illi iratis? quos ille Deos sibi habet iratos? quam
quam alij censerent genus esse loquendi antiquū,
& esse legendum enuntiando. Persius Satyr. 4.
Hanc archam, diu iratis, genioque finistro, Qui quan-
doque ingum pertusa ad compita figit, &c. Dolore a-
nimī impulsus, & perturbatus dixit illud Catullus
ad scipium, *Quoniam te animo obfirmas, tēque astrin-
gisque, reducisque, Et Diis inuitis destris esse miser?* So-
lent enim homines interdum perturbati impie
loquuntur, vt Chremes ille Terentianus in Heaut.
Deo nefio. cōdēm perfrinet illud, quod est suprà
Od. 18. lib. i. non ego te, candide Bassareu, inuitum qua-
tum. & illud de art. poët. Tu nihil inuita dices, fa-
ciesve Minerua.

A T Q V I V V L T V S E R A T , &c.] atqui
vultu, & fronte significabas, te præclara quadā
scripturum, ac prolatarum minantia, id est, pro-
mittentis: vt epist. ad Celsum lib. i. dic multa &
pulchra minantem, *Vivere nec recte, nec seauter, ad
quem locum plura. Et vero sic minantur explicat
Serious ad illum Virgilij versum lib. 2. Aeneid.
Promisi vltorem, & verbi vltia afferia moni. hæc e-
nī illi, promisi, per contrarium dixit, pro mina-
tus sum: quia minatur mala, promittimus bona. Sic Horatius contrā, *Atqui vltus erat multa
& præc. min. id est, promittentis.* Quidam libri
veteres habent, Atquin.*

D I S C R I P T I O N E S] si te vacuum, id est, omni-
bus negotiis, & curis solutum tua villula acce-
pisset, id est, cùm te in villam tuam expeditum,
& otiosum receperisses. si, valer, cum, ut alibi anno-
tauimus, *tepidο tētō autem vel quod loca tecta
apertis tepidiora sunt natura: vel tepido propter
focum luculentum, quo delectabatur Horatius.*

Q V O R S V M P E R T I N V I T S T I P A R E]
quid fuit opus cum Platone Menandrum, Eu-
polim, Archilochum tēcum deportare, si nihil
lecturus, nihil tuo nomine dignum scripturus
eras? Quod autem Platoni adiunxerat Menan-
drum, Eupolim, Archilochum, ex eo intelligere
debemus, consilium hoc eius fuisse, vt satyras
scriberet, comitatis, & urbanitatis plenas: &
præterea iambo. Sed animaduertendum est,
Horatium ita dixisse, stipare Platona Menandro: Eu-
polim,

polim, Archilochum, &c. quibus verbis significat, coniuxisse cum Platone Menandrum, non erat Eupolim, neque Archilochum: quamvis hos etiam poëtas secum portaret. An censemus temere, aut frustra hoc ab eo esse dictum, & Menandrum cum Platone iuxisse, quia Menandri nomen aperte cedebat in hunc versum? Licet virtutu suo quisque in hac re, vt in aliis, arbitrat. Mihi videtur Menandrum, vt nouæ comedie comicum, & magis moratum, & grauiorem, & (vt Græco nomine vtar) politicoteron, & seueriorem, quā veteres comedie poëtas, cū Platone, Socratis et aliorum omnium grauiissimo, potissimum copulasse, & coniuxisse. Adiuuat meam opinionem Dion Chrysostomus in ea oratione, quæ inscripta est ἀλλὰ λόγια διπλοῖς, his verbis, καὶ μηδεὶς τὸν σοφῶν αὐτάσπιτον με ως τεραπνεύειν τὸν αρχαῖον ναυαρίον Μεγαλύτερον τὸν ἔχοντα Βίον, Τοὺς δὲ λίγους αὐτούς οὐτε τερπνούμενον. ἀλλὰ τὸν εὖλον Μίτρην δύναντα εἶναι, μητέ εἰσενος εὔωντα εἴη, Inuidia, ex sententia Pindari, misericordia melior est. Ii, quibus inuidetur, opipat, & splendide viuunt. Eorum autem, qui miseri & calamitosi sunt, misereruntur, ut quē me esse velim: neque valde fortranum, neque valde miserabilem. cum quibus congruant illa Plautina in Tricul. Maelium inibi inimicos inuidere, quād me inimici mei. Nam inuidere alij bene esse, tibi male esse, miseria est. Qui inuident, egent: illi, quibus inuidet, rem habent. Idem Pindarus Nei. εἰδ., γ. ait inuidiam semper inuidere viros fortes, & virtute præstantes: cum deterioribus autem non cernare. Ἀλλα δὲ εὐλόγων δεινούρεσι δὲ οὐδὲ εἰκασίαι, & Pyth. εἰδ. ια. ἔχει τε γέροντος οὐ μεταφορά: δὲ χαρινὰ πνέοντα φαντοντα βρέμει. id est, opes enim ex res valde secundæ, non parvæ inuidiam habent: qui autem humilia spirat, & & humiliat, obscurum frenit. cum his concinit illud Aelian lib. 2. πονίτης ιαπ. δέτις δὲ ερηφορεύθαται, τῇ πονίτῃ τῷ Εὐεργέτῃ τοις δεινότεροι πνέοντες, id est, qui quis cupit inuideri, plane (quod ait Euripides) clarus, atque insignis esse stader. Propterea autem quid veteres existi-
nabant, inuidiam, iis, quibus inuidebatur, esse
damnosam, perniciosam, ac pestiferam, (solo e-
nim aspectu inuidio, & maligno inuidos homi-
nibus, & maximè pueris, nocuisse vsu didicerat)
iccirco eam multis modis placare, atque extin-
guere studebant: vt ridiculo aliquo spectatori-
bus obiecto, fortunæ secunda dissimulatione,
aut occultatione, casu aliquo aduerso sponte
suscepto & contracto, & similibus: quorumli-
bet mihi subiicere ex bonis auctoribus exēpla,
ridiculi exemplum est, mentula, seu similis ali-
qua res turpula, quæ collo puerorum appre-
debat ad inuidiam auerterendam. Varro, *Pueris
turpula res quadam suspenditur, nequid obicit, bona sce-
na causa.* Nam res turpis, qualis est ea pars, quam
diximus, spectatorum oculis obiecta, risu com-
moto inuidiam discutit, atque auertit. hic per-
tinet illa ex epist. 14. lib. 1. *Rident vicini glebas &
saxa mouentem. fortuna secunda occultationis
exemplum suppeditabit Catullus, carm. ad Lef-
biā, Dein cum millia multa fecerimus: Conturbabi-
mus illa, ne sciamus, Aut ne quis malus inuidere posse.*

Exemplum casus aduersi est apud Herodotum de Polycrate in Thalia: cui nihil acciderat, quod nolleret, nisi quod annulum, quo delectabatur, in mare sua voluntate de Anasis consilio abiecerat, ut deorum inuidiam (sic enim Herodotus) exstingueret. Eriam Canina dea puerorum cuius addita, à pueris fascinum arcebat, ut restarit Laestantius, his verbis, *Et Cunira, quae infanticis in cunis tuerit, et fascinum summoget.* Putabat eriam eum, qui ter despueret in sinu, fascinum posse auertire, ut ille apud Theocr. dicitur. *Ως μὴ βασινθό δὲ της εἰς ἐμὸν Ταῦ γάρ αὐτῷ με Κοτύτα πιεῖται ζεῖ:* id est, Ut ne autem fascinari possem, ēter in sinu meū despici. Hæc enim me anus Cotytraris edocuit. Tale ferè illud Persi sat. 2. *Eccauia, aut metueus diuīm materter cunis.* Exemit puerum, frontēque, atque vda labella Infami digito, & lufribus ante saluis Expedit, vrente oculos inhibere perita. Sic igitur hoc loco Damasippus querit ab Horatio, parēne inuidiam placare, inertia, & desidia, & virtutis derelictione.

I M P R O B A S I R E N I. desidiam h̄c Sireni similem facit. alibi voluptates cum Sirenis comparantur: quia vtraque & desidia, & volup-
tas vno ferè modo animos hominum permul-
cat, laetat, corrupti. de Sirenis plura dice-
mus ad epist. 1. lib. 1. ad illum verbum, *sirenum
voces,* &c. Nunc autem mihi venit in mentem mirari, quamobtem M. Tull. lib. 5. de finib. quo loco de scientia, & rerum cognitione disputat, scribat, Sirenum cantibus nihil aliud ab Homero significari, quād discendi studium, scien-
tiae voluptatem. sic enim M. Tull. *Mihi quidē
Homerū huiusmodi quiddam vidisse videtur in iis, que
de Sirenum cantibus finxit.* Neque enim vobis sua-
nitate videntur, aut nouitate quadam, & varietate ca-
tandi reuocare eos solita, qui preterirebantur: sed quia
multa se scire proficiebant, ut homines ad earum saxa
discendi cupiditate adhaerescerent. ita enim invitauit V-
lyssen (nam veri, ut quedam Homeri, sic istum ipsum
locum) *O decus Argolicum quin puppim huc flectit V-
lysses, & uribus ut nos nos positis agnoscere cantus?* Nam
nemo hac vnuquam est transuersus carula curva, Quin
prius afferiter vocum dulcedine captus, &c. Hactenus
M. Tull. Ego autem hoc mihi persuadere non
possum. Cum enim voluptates aliae sint turpes,
aliae honestae: haecque experendæ, illæ fugiendæ:
fugiendæ profectio nō sunt ex voluptates, quæ
ē rerum cognitione, scientiæque nascuntur, quippe
quæ sint honestissimæ. At Vlysses, ne Sirenu-
cantibus caperetur, vinciri se iussit: sociisque,
quibus aureis cera, ne cantus illos exaudirent,
oblituxerat, vincia sibi soluere vertuit, etiam si
posterioris, ut id ficerent, magnopere contendere-
ret, atque adeò imperaret. Quod non fecisset, nisi
in his cantibus insignem turpitudinem, pe-
stem, calamitatem inesse, atque ab eis magnum
sibi, siisque detrimētum importatum iri sciret.
Postremo ut Sirenum cantus perniciosos, ac ca-

lamitosos fuisse faciliter possis, scribit Homerus, quotquot homines Sirenibus ca-
nentibus aureis præbuerint, iis in patriam re-
deuntibus neque viros, neque liberos obuiam
latos procedere, reditumque gratulari: locum
autem, ubi versentur, & commorentr Sirenes,
hominum, qui illic contrabuerint, ac putruerint,
osibis esse cooperatum. Quorum omnium ni-
hil eis, qui discendi studio ducuntur, impendere,
aut accidere solere dicendum est: nisi forte
dicat aliquis, Vlyssen, quemadmodum immor-
talitati, sic & rerum cognitioni patriam, vxoris-
que & liberorum complexum prætulisse. Xe-
nophon autem *Στοιχημ. B.* existimare videtur,
in carminibus Sirenum vim quandam eorum,
qui nauigabant, terinéorum fuisse propterea,
quod sciens illa, quibus quisque cantibus du-
ceretur, ac delectaretur: & quod ad eas arteis, ac
virtutes, quas quisque coleret, suos cantus ac-
commodarent, propriisque, & convenientibus
vnuquemque laudibus ornarent. Itaque cū
scire, Vlyssen esse verè laudis, solidæque glo-
riæ cupidißimum, eo carmine vfas esse, quod ad
illius virtutem prædicandam, famaque semi-
terna celebrandam valde pertinenter: alias autē
Vlyssis dissimileis tali carmine neque alluci, ne-
que retineri vlo modo potuisse: imò vero ex-
istimatos fuisse sese à Sirenis derideri, verba
Xenophonis sunt hæc. *Ἄλλοι οὖτις Σειρῆνες ἐπῆ-
δροι τοῦ ὀδυσσέου, οἵτις οὐτε τοῦ ποιό-
της πιστὸς πολυτελεῖ, οὐδεοῦ ταυτηρίζει,
τοὺς τοῦ ἑποδοῦ, οἱ Σειρῆνες οὐ τοῖς ἀλλοις
αὐθέρνοις αἱ Σειρῆνες ἐπεῖδοσι πεπειράσθωσαν.* ὡτε
μη αἴπερα αἱ αὐτῶν τὰς ἐπειρεῖσθαις; οὐχ,
ἀλλα τοῖς εἰς αρετὴν φιλοπεμψόμοις οὐ τοῖς ἐπει-
δοῦ σεβόντι λέγεται ποιότεροι, τοῖς εἰς αὐτοῖς
δεινοῖς μη νομίζειν ἀπούσων τὴν επειρεῖσθαι
γελῶντα λέγεται. Athen. quoque lib. 1. scribit Si-
renes ea Vlyssi cecinisse, quia ad eius ambitionē,
& plurimorum rerum studium essent accōmo-
data, sic Athene. *καὶ οἱ Σειρῆνες δὲ διδοῦσι τῷ ὀ-
δυσσεῖ τὰ μάλιστα αὐτῷ τερψότατα, τὰ οἰκεῖα
τὴν φιλοπεμψίαν αὐτῷ, καὶ παλυμαθία λέγεσσα.*

P O N E D V M amittendum, abiiciendum, ut
epist. ad Quint. *Pone, meum est (inquit) pono, tristis*
que recedo.
D I I T E D A M A S I P P E R loquitur Horat. D
significat autem huius Damasippus, ut iam phi-
losophi, barbam fuisse admodum magnam, &
longam. iccirco ei urbane tonsorem optat, qui
eius barbam ad umbilicum fortasse, aut ad pu-
bem, demissam radat, aut certe tondeat.
V E R V M O B C O N S. rectum, bonū. an-
not. infrā eadem sat.

P O S T Q V A M O M N I S R E S M E A] re-
spōdet Damasippus hoc modo. Postquam rem
malè gerendæ, & ære alieno contrahendo, &
versuris faciēdūs ad inopiam redactus sum, &c.
tralatio est à naufragio, quod ferè fieri solet ad
scopulos, coorta in mari tempestate. sic M. Tul.
pro Sylla.

pro Sylla. sed ut aliquis patrimonio naufragio, inimi-
cū otij, &c. idem Philipp. 12. qui ex naufragio lucu-
lenti patrimonij ad hæc Antoniana saxa projectus est.

A **I A N U M A D M E D I V M F R.**] in Ianu medio habitabant, vel magnam diei partem cō-
trebāt fæneratores. Erat autem mediis Ianus, locus, sic appellatus à Ianu, Deo bistrōte, in quā
locum conueniebat mercatores & fæneratores:
vt declarat verba illa Ciceronis Philipp. 6. *Ianus
medius in L. Autonij clientela sit: quis vnuquam in illo
Ianus inuentus est, qui L. Antonio mille nummū feret
expensum?* Erant enim duo Iani, superior, & inferior:
quos summum, & imum appellat idem e-
pist. 1. lib. 1. *hac Ianus summus, ab ino Prodot.* Alij
treis fuisse volunt, in quibus est Acron: idque
etiam ex Lazio intelliger licet lib. 4. annalū.
Ianus medius igitur intelligendus est: locus me-
dius inter duos Ianos, quo in loco erant argēta-
ri, & fæneratores. Ouid. *Qui puteat, tantumque ti-
met celereisque Kalendas.* Idem li. 1. Faſt. *Cum tot sint
Iani, cur sas sacra in uno, Hic vbi innata foris tēpla
duobus habet?* hoc igitur ait Damasippus, se postea
quā naufragium fecerit suarum fortunarum,
versuris & fænore, & mercaturis, aliena negotia
curare, inest autem in verbo fructa, tralatio à
nau fracta.

C A L L I D V S H V I C S I G N O] ego quod-
uis signum, quāti esset, dicere noueram. ego cu-
iuslibet signi pretium sciebam: & in eo callidus
eram. nomen est verbum adiuuās: vt si diceret,
callidē sciebam: vel in eo callidus eram, quod
sciebam, &c.

M E R C V R I A L E] Mercurius præst̄ mer-
caturis, & lucra adiuuat, vt infrā eadem sat. an-
magis excors, Reiecta prada, quam præfens Mercurius fert?
Plaut. in Sticho. *Quom bene regesta saluos conuortor
domum, Neptuno grates habeo, & tempestibus, simul
Mercurio, qui me in merimoniis tuui, lucrisque qua-
druplicauit rem meam.* vnde Epiſt. apud Græ-
cos, pro lucro insperato. Atque hoc referendum
est illud Ciceronis in epist. 23. lib. 7. ad familia-
reis. *Martis verò signum quo mihi pacis auctoritatem
nullum, Saturni signum fuisse, hac enim duo signa pu-
tarem mihi as alienum attulisse.* Mercurij malem ali-
quod fuisse, felicis, puto cum Arianio transfigere posse-
mus. Iecitq̄ Damasippus, qui statuas, vasa, fundos,
hortos mercabatur, vt pluris reuenderet, in
eoque benē rem suam gerere putabatur, Mer-
curius vulgo dicebatur. Mercuriale autem excudē-
dum curauit, secutus decem codices manuscri-
ptos, id est, qui rem pub. tractant, atq;
administrant, non esse prudentis, sed porius
πολυτραγυμας, seu φιλοτραγυμας, quia pru-
dentis ritus suas agere, & suis rationibus con-
sulere: illi autem negotiis alienis implicentur: &
ad hanc opinionem confirmandam profert ali-
quot versus Euripiðex Philoëta, dimidia-
tos, & truncatos.

V A P E R S I S Y P H V S.] à quo prouerbium
Σισύφη μηχανε, id est, Sisyphi machinæ, de Si-
sypho Aëoli filio vide annotata supra ad Od.
14. lib. 2. significat autem Damasippus, se olim
studiosum fuisse vasorum antiquorum. Et Aë-
chines oratione θεος φέρει.

Q V I D S C V L P T V M Jita habent duo codi-
ces Vatic. & Iannoct. Faer. Torn. Nicot. Russar.
quos secutus sum. nam sculptum aliud est: vt sup.

A T Q V I E M O V I T V A T E R E M respon-

det Damasippus, morbum suum veterem à nō
uo eis depulsum. virutur hoc codem verbo Od.
15.lib.4. emouitque culpas. etiam hoc loco libri ve-
teres aliquam multi habent atquin.

V T S O L E T I N C O R id est, vt fieri solet
cūm lateris, & capitū dolor in cor transferratur,
sicque ex pleuritico quispam cardiacus. securus
est autem Horat. hoc loco opinione, seu po-
tiū errorem communem in eo, quōd cardiacis
cor dolere existimat. nam non est ita. *xapōtay*
enim veteres appellabant stomachum, vt docet
Galenus: ex cuius affectu ac dolore *xapōtay*
dicti sunt, non ex cordis. nam & Corn. Cels. lib.
3.cap.19. morbum *xapōtay* ait esse nimiam
imbecillitatē corporis, quod immodo suda-
re digeritur.

V T L ETHARG. HIC CŪM FIT PV-
GIL.] variè explicatur hic locus. à quibusdam
scīvē cūm ego lethargo laborans sio pugil, &
phreniticus. lethargicus hic, id est, ego lethargi-
cus, vt intelligamus, Damasippum se demon-
strare, atque ita loquitur sat. 9.lib.1. *Hunc homi-*
nem velles si tradere, &c. hūc hominē, id est, me, *de-*
spicō. alij sic: vt cūm aliquis lethargicus morbo
commutato sit phreniticus, qua explicatione mihi
magis placet. Quidam vir doctus, idēmque
summum dignitatis gradum in Ecclesia Rom.
obtinens, mihi nuper Luretū in sermone, cūm
huius poētae mentio incidisset, dicebat, sibi vi-
deri, hunc locum simpliciter sit esse explican-
dum: vt, cūm hic, qui ante lethargicus erat, nūc
lethargo liberatus est, sit pugil, id est, pugilatum
exercer: & pugnis, cēstiq, dimicat: vt pugil pro-
priē accipiatur pro eo, qui ad pugilationē exer-
cendam, pugnōque dimicandum aptus est: non
pro phrenitico. Quōd si quis dicat, non posse
verbis Horatii hanc explicationem conuenire,
propterea quōd, cūm loquatur Horatius de
morbo nouo, qui veterem emonet, & videatur
exempla morborum veterum, qui pelluntur à
novo subiictere: exemplum quidem doloris la-
teris in cardiacum conuersi, satis aperte quadrat
ad rem propositam: pugilis vēd ex lethārgico
facti exemplum non item, quia pugilem esse,
non sit argūm̄ esse: huic argumento responde-
bat vir ille amplissimus, Horatū suo more, id
est, satyricē, & vibane significare, pugiles mor-
bo animi labore: atque ita etiam hoc exem-
plum ad hunc locum accommodatum esse. *λιθαργεῖς* autem ēt pāne inexpugnabilis somni
necessitas, Latinē veterus, id est, mētis torpor,
omnium propemodum rerum obliuionem af-
ferens. lethargici dicūtur, à Græcis, qui tali mor-
bo sunt affecti, quos veterinos appellant La-
tini.

E T M E D I C V M V R G E T] & medicū pu-
gnis, & plagiis insequitur, quod facere solent
phrenitici: vel, si pugil propriē accipiatur, vt vo-
lebat vir ille in summo dignitatis gradu loca-
tus, quod facere & possunt, & amant pugiles.

D U M N E Q V I D S I M H V I C] hūc quo-
aque locū variè video explicari, & intelligi. alij
fīc: esto, vt liber, id est, per me licet sis lethargi-
cus, & phreniticus, dum modū nihil phreniticō
simile facias, ac me pugnis cadas: dum modo
nihil simile facias huic, qui ex lethārgico fit
pugil. & ita Porph. alij fīc: esto vt liber, fit ita vt
dicis, dum nequid simile huic, id est, mihi acci-
dat: dum modū in similem morbum nō inci-
dam, quibus verbis significat, Damasippum nō
esse sanum.

O B O N E, N E T E F R V S T R .] loquitur
Damasippus.

S I Q V I D S T E R T V E R I C R E P .] si
quid veri loquitur, vt annot. sup. ad Od. 18.lib.1
Vnum est è decretis Stoicorum, stultos omnes
infanire. fuerat autē hic Stertinius, philosophus
Stoicu: de que epist. ad Iccium lib.1. *Empedocles,*
an Stertiniū deliret acumen. & fortasse Stertinius il-
le est, quem cōmemorat Cœlius in orat. ad po-
pulum. *equis que mihi sub feminib⁹ uicias erat: oreas*
detraho inspectante Lucio Stertini⁹. citat Festus in vo-
ce oreas. Non celabo lectorē in quibusdam lib.
veteribus scriptum esse, verum crepat. quādmo-
dum contrā Od. 3.libr.1. vbi libri vulg. habent,
Nil mortalib⁹ ardūm est, &c. plerique veteres ha-
bent, Nil mortalib⁹ ardūm est.

V N D E] à quo, vt sāpe alias.

S A P. P A S C. B A R B .] barbam philosophi-
cam, solebant enim philosophi, vt seueriore, ac
tristiorē aspectu essent, barba maiore, & lōgiō-
re capillo in publicum prodire. Atq; etiam ce-
teris in rebus, & personis, mētoris, tristitiae, lu-
cūs indicium erat barba longior, vt declarant
illa apud M. Tull. Verr. 4. de iure dividendo. *Her-*
acles ille Siracusianus, & hic Bidinus Epictates, expulsi
bonis omnibus Romanū venerunt: sordidati, maximā barba,
& capillo Romā prop̄ biennū fuerunt. idem in
orat. de lege Agrar. contra Rull. concio tandem ex-
spectata P. Rulli, quid & princeps erat Agraria legi,
& truculentus s̄ gerebat, quād ceteri, iam, designatus
alio vultu, alio voci sōno, alio inceſtu esse meditabatur.
vestitus obſoleto, corpore inculto, & horrido: capillarior
quād ante, barbaque maiore, vt oculis & aspectu deni-
tiare omnib⁹ vim tribunitiam, & ministrari reip, vide-
retur. Suetonius in Augusto. Adēd namque cōſer-
natū ferunt, vt per continuos menses, barba, capilloque
summis, caput interdum foribus illideret, vociferans,
Quintiliū Vare reddē legiones. T. Liuius lib. 2. ad hoc
promissa barba, & capilli efferauerūt speciem oris. Idem
lib. 6. Coniecto in carcere Manlio satis confat magnā
partem plebis vestem mutasse, mullos mortales capiliū,
ac barbam promisſe. Idem lib. 27. de M. Lilio Salinatore, sed erat ueste obſoleta, capilloque, & barba pro-
missa, preferens in vultu, habituque insignem memoriam
igenomini accepta. Plutarch. in Catone. Vticensi.
ἀπ' Σκέψις δὲ τῆς ἡμέρας λόγοτον μήτε γέφα-
λον ἔτι κείεται, μήτε γένεα, μήτε τεράσου
ἔπειθεντι πένθος δένεται γενεφέας, οὐ βαρύτη-
τος, οὐτὶ τῷ τοις συμφοράς της πατεῖσθος, οὐ χήμα,
γένεται

D E X T E R] opportunus, aequus, amicus, pro-
pitius. Virg. En. 4. *Αβίς, οὐ placidή, que inuenis, &*
sidera celo Dextra feras. dextra etiam Pythagoréi
ponebant in ordine bonorum, vt lēna in malorum.
Itaque tum Graci, tum Latini dextera pro
bonis & commodis: laua pro malis, & incom-
modis vſurpant. supr̄it. sat. 9. *Nemo dexterius fortu-*
na est vīus, epist. 7. puer hic nō laue iussa Philippi Ac-
cipiebat, epist. ad Pison. οὐ οὐ laue, Qui purgo bilem
sub vīni temporis horam. & sat. 4. hoc lib. cum te sic
tempore laue Interpellarim.

P V D O R. (I N Q V I T) T E M A L V S V R-
G E T .] pudore vitiosū officeris: de quo lege que
annotata sunt ad epist. ad Quint. lib.1.

Q V I D S I T F V R E R E :] quidam libri man-
uscripti habent, quid sit furor. ego lectionem re-
ceptam retineo, præsertim aliorum librorū au-
toritate confirmaram.

N I L V E R B I , &c.] nihil præterea afferam:
nihil loquar, quo tibi disuadeam, ne tibi morte
concidas: non prohibebo, quo minus fortis ani-
mo moriaris.

P E R E A S Q. F O R T I T E R] pereas fortiter. i.
forti animo morte oppetas: quasi fortis viri sit
ob res aduersas lucē fugere, & morte sibi conci-
dere: quod negat Arist. lib.3. de mori. ad Nicom.

M A L A S T V L T I T I A] mala, epithērū est
perpetuum. nulla enim stultitia bona est: nisi
forte simulata, qualis ea, quam Brutus simula-
vit, aut qualis Solonis futor.

νικόγτων ὄμοιώς, καὶ νικωδίμων, ἐξει-
τελευτῆς, οὐδὲν φυλακέα, id est, ab illo vero die fertur ne-
que caput, neque barbam totodisse: neque coronam ca-
piti impoſuisse: luctus autem, & maroris, & tristitiae
ob calamitatem patria, vnam perpetua spectem, sive vin-
cerent, sive vincerentur, usque ad supremum vitæ diem,
frenaue.

F A B R I C I O] pontem Fabricium, hodie Iu-
daica nominant.

M I T T E R E O P E R T O M E C A P I T E]
capite operto: ἀγχελυπόθυμος. Qui sibi morte
conciscete volebant, & qui mortis periculū sibi
imminere videbant, & quos aliqui facti valde
pudebat, qui se diis manibus deuouebant, iū cap-
tū sibi operiebant. M. Tull. lib. 2. Academ. quādū Zeno
Cœtius Stoicę disciplinę fir auctor, & princeps.

A V T V M A T .] id est, dicit, vel putat. Nonius.
H E C M A G N O S F O R M V L A R .] trans-
latio à formulis prætoriis.

T I B I N O M E N I N S A N I P O S .] libri
vulgati habēt, in sano posuere, &c. quam lectionē
quamvis nō damnam, hanc tamen malo: arque
ita locutus est sat. 3.lib.1. illi Tardo cognomen pinguis
damus, &c.

V E L V T S I L V I S V B I P A S S I M] quem-
admodum (inquit) in filiis, & locis impeditis, iū
omnes, qui à recta, seu certa via deflexerunt, ar-
què à via aberrant, erā si aliis aliorum feratur:
ita varia quidē sunt stultiria, arq; insaniæ gene-
ra, & totidem, quot vitiorū nomina: sed perae-
què omnes stulti, atque insani sunt. huc perinet
illud Simonidis, quod cōmemorat Plato in Pro-
tag. τὸν θλίψιον ἀπειλεῖ. γενέθλια, id est, stulto-
rum infinita sunt genera.

P A L A N T E I S] vaganteis: quo verbo sāpe
vitur T. Liuius, & Lucretius lib. 2. atque viam pa-
lanteis querere vita.

C E R T O D E T R A M I T E] quidā legi vo-
lunt, reſlo de tramite: & vēdō etiam mihi ita legē-
dum iam pridē visum est. quin ita legi debere
contēderim. adiuuat me locus simillimus sat. 3.
lib. 2. Quād nequiere prōc̄ reſlo depellere curſa. Di-
xit tamen M. Tullius procēcio actionis prime,
Habeo autem certam viam, & rationem, qua omnes il-
lorum conatus ineſtigare & conſequi p̄fim.

S E D V A R I I S I L V D . P A R T I B .] id est,
sed error ille in variis partibus versatur, quasi
ludibundus. sic Virg. Georg. 2. Cui super indignas
hiemes, solētque potenter, silvestres vī aſidue, ca-
p̄ p̄seq̄ sequaces illudunt.

H O C T E C R E D E M O D O I N S A N .] ita te insanum esse crede, vt is, qui te deridet, ni-
hil minus sit ridiculus, nihiloque sapientior,
quātu.

C A V D A M T R A H A T] sibilis & risu di-
gnus sit. natūm à puerorum more. solent enim
eorum, quos irridēti, finistrōque vulgi clamore
excipi volunt, ergo, animantiū caudas assuere.
aut alligare, iſque usque eō clamare, dum hi
clamoris causa cognita, caudam sibi auellat, vel
caudam trahat, id est, caudam à tergo habeat, vt
bellua quadrupes: sit stolid⁹, & stult⁹, vt pecus.

Turnebus autē *Caudam trahere* positum esse putat pro magnifice se ostētare, sibi que valde placere, ducta translatione ab iis, qui longas vesteis trahunt: ut in epist. ad Pison. *traxitque vagus per pulpita vestem*: & Od. 4. epod. *Videsne sacram metiente te viam, cum bis ter vlnarum toga, &c.* vel à paonibus, ut saty. superiore, *quia veneat auro Rara aui, & picta pandat spectacula cauda.* & Per-
ficius. *Ante diem blādo caudam spectare popello.* A quid dissensio. Mouer me genus loquendi, non enim dicit Horatius, caudam iactet, aur pandat, ut videri possit à paonibus tractūn; neque vestei trahat, ut ab iis, qui velut lōgam induit, incedunt, ut in illa epist. *traxitque vagus, &c. &c.* apud Arist.lib. 7. de morib. ad Nicom. *δέ οὐκει τὸ ἡμίτιον, ἵνα μὴ πονησθε τὸ τέλος τῆς ἀργείας λόγια, &c.* id est, qui vestei trahit nequa in ea tollenda laboris sūcīpiat, ac doloris: & apud Varr. Modio. *Quodrum erant in Gracia tem̄ promissa, rābarba, pallia trahentes; sed caudā trahat.* Est autem longè aliud caudam trahere, quām vestei trahere.

EST GENVS VNV M STVLTITIAE] duo stultitiae genera admodum dissimilia, ac diversa proponit: unum eius, quē ea extimebit, in quibus nihil periculi est: alterum eius, quae certissima pericula non metuit. Atque hac multo antē à Xenophōt fuerā occupata. *Στοιχημα.* his verbis, *τοῦτο τὸ μεροδάνων τοῖς μὲν οὐδὲ τὰ δέντες δένειν, τὸς δὲ καὶ τὰ μὴ φοβερά φοβερά.* &c. id est, eorum, qui infaniunt, alios ne horribilia quidem metuere: alios ea, quā nō sunt metuenda, metuere, &c. Ad hoc genus etiā referri possunt, quos commenmorat Aristotele lib. 7. de morib. ad Nicom. qui metuū stridorem muris, & qui felem extimebunt.

IN CAMP O] in planitate, ut suprā sat. 2. *vis quis asellum In campo doceat parentem currere frenis;* alias campi appellatione Martius intelligitur.

HVIC VARIY M] ab hoc superiora diuersum.

AMICA MATER] amica mater, uno spiritu, & sine interpunkione legendū, & scribendum est. Nam sic loquuntur & Graeci, φίλη μήτηρ. Hesiod. in Theog. de Tritone. *ὅς τε θαλάσσης Πίθεύς ἔχει τῷδε μητέρι φίλην, καὶ πατέρα ωραῖη Ναοῖς ζεύσα δῶ δευός θεός.* id est, qui maris fundū habitans apud amicam, seu carā matrē, & pārem dominū incolir aureas aēdis D

SERVA] caue. φυλάσσε: vel seruare.

NON MAG. AVD. QVAM FVB. EBR.] nō magis audierit, quām Fufius ille actor tragicus: qui, cūm aliquando Hecubam Priami vxorem dormientem ageret, & Polydorus à Polymnestore interfecit Hecubā matrem, & Ilioram sororem dormientis inclamat, ille seriō dormiens, neque respōdere potuerit, neque exaudiens. Polydorū autē Priami filium interfecit Polymnestor rex Thraciae, auti vñā cum puerō apud se depositi cupiditate impulsus:

INSANIT

quod & Virgil. narrat Aeneid. 3. *Fas omne abrumpt: Polydorum obruncat, & auro r̄ posuit, & Polydorus Euripidis in Hecuba his verbis, Κτενει με λευσθε τὸν ταλάσπερος χρέον Εένος πατέρων.* Erat autem haec verba Polydori mortui ex aliquaveter tragedia, fortasse Attij. quae ponūtur etiam in oratione pro Sextio, quo loco ostēdit M. Tullius, quām inuisus populo fuerit P. Clodius. sic M. Tull. de Clodio. s. cūm quotidie gladiatores spectaret, numquam est conspectus: cūm veniret, emergebat subītū, cūm sub tabulas subpreserat, ut Mater te appello, diciturus videatur. innuit autem verbis illis M. Tull. P. Clodium, in eo, quād ita populū aspectū fuderet, & latebras ascidē quareret, cūm spectatum gladiatores veniēt subītū ē tabulis prodiret, Polydoro illi ab inferis exēti, mātrēmque appellanti similem fuisse. exstāt duo versūs integrī ad hunc locum pertinentes, quos primo libro Tuscul. profert idem M. Tull. *Ecce alia exortur ē terra, qui matrem dormire non finat.* Mater te appello, quā curam somno sufficiens lenas. Neque te me miseret: surge, & sepelī natum. Idem Acad. 2. *Quid Iliona somno illo? Mater te appello, Nonne illa credit filium locutum, ut werē experrectā etiam crederet?* sed quād hoc loco Ilionam nominat Horatius, ut & in superiori loco Cicero, descendunt Hecubam Ilionā quoque fuisse nominatam. Alioqui non facilē hic locus poterit explicari, cūm Iliona Priami filia fuerit, Polydori foror. Iam non admodum his dissimile est illud Virg. Georg. 3. *nec miseri possunt renucere parentes.*

CATIENIS MILLE DVCENTIS] Catienis Polydori parteis agebat. totius igitur huius loci hāc sententia est. fuit rursus quidā hoc insaniae genere laborantes, ut nullum periculū extimebant, non igneis, non rupem, non fossam: quos, si propinqui moneant, ut sibi caneant, nihil magis audierint, quām Fufius ille tragediarum actor, Ilione, aut Hecubā personam sustinens, & somnum simulans (quēadmodū personā, & tragedie ratio ferebat) audiuit Catienū, & tergiversatorem, & fugacē debitorē omnes illā tabulā, formulā, cautionē, scripturā. Cicutā tabulas intellige, litteras, & syngraphas, quibus sibi caueri iubebat Cicutā, cūm pecuniam fenerabatur. Iā verba illa, scribere decem à Nerio, sic accipienda sunt, quasi dictentur debitorē ab ipso Nerio feneratore. nam scribere dicebatur debitorē, qui mutuum sumebat, cūm vel ipse, vel argētarīus eius nomine, ferebat acceptum creditori: & idem scribēre dicebatur, cūm æs alienum dissoluebat, id est, pecunia mutuā reddebat vel per se, vel per argētarīus scripturā, qui in codicem suum referabat, & alienum à debitorē esse dissolutum. Alij Nerium & Cicutam iurisconsultos fuisse volūt. Seruius hunc locum profert ad illum Virgilij versum Aeneid. 7. *Et tua Dardanis transcribi scripta colonis.*

PROTEVS] tergiversatorem, & fugacē debitorē cum Proteo comparat, qui, vt est apud Hom. ὁ Δ. π. modō leo, modō pardalis, modō aper, modō quicquid voles, siebat, vide annot. ad epist. 1. li. 1. similis igitur erit Proteo debitor Damascipus, cūm vocabitur in ius, ex omnibus enim cautionibus, & formulis, & syngraphis, & tabulis elabetur.

CÙM RAPIES IN IVS MALIS RID. ALI.] sic legendum esse, non vt vulgo, Cūm rapies in iura malis rid. &c. admonui iam ante in commētariis Lucretianis. quod antea fa-

INSANIT, VETER. STATI.] fateor Damaſippum non esse fanum, qui tanto statuarum emēdarum studio ducatur: sed Damaſippī creditor longē insanior est, qui spe quæſitus ei homini credat, qui nūquam sit id, quod creditum est, solutus. inſanus est emtor: venditor inſanus, qui Damaſippī fiduci credat. integer mentis autem ex eo genere est, quod suprā collegimus ad Od. 12. lib. 1. integer viue, maturus aui, &c.

ACCIPERE QVOD NVM QVAM, &c.] si te accipere iubeam, quod numquam reddas mihi, vtrū tu inſanus eris, si accipias, an potius inſanus, si prādam aequo Mercurio oblatam reiicias? PRÆSENS] æquus, fauens.

SCRIBE DECIM à NERIO, &c.] sic habent codic. duo Vatic. & Card. Rainut. Iann. Tornes. Russard. Clericanus, & Nicorianus. Nerium, & Cicutam feneratores accipio, hoc modo: Scribat debitor se à Nerio feneratore accepte pīce: decem Nerio ferat accepta, id est, caueat Nerio per syngrapham, vel per argētariorū scripturā, se pecuniam ei certam debere. non est satis accedant centū tabulā. Cicutā feneratoris nodos, id est, supra modum diligētis, & acris in nominibus, & syngraphis faciendis: qui debitores multis cautionib⁹, & prescriptiōnibus, & litteris, veluti nodis quibusdā obstrinēbat. addē mille cautiones, & formulas, & juris laqueos, quib⁹ debitor cōstricetus teneatur: hāc omnia vincula tamen hic fugacissimus debitor effugiet. ita futuræ sunt inanēs, atq; inutiles creditorū omnes illā tabulā, formulā, cautionē, scripturā. Cicutā tabulas intellige, litteras, & syngraphas, quibus sibi caueri iubebat Cicutā, cūm pecuniam fenerabatur. Iā verba illa, scribere decem à Nerio, sic accipienda sunt, quasi dictentur debitorē ab ipso Nerio feneratore. nam scribere dicebatur debitorē, qui mutuum sumebat, cūm vel ipse, vel argētarīus eius nomine, ferebat acceptum creditori: & idem scribēre dicebatur, cūm æs alienum dissoluebat, id est, pecunia mutuā reddebat vel per se, vel per argētarīus scripturā, qui in codicem suum referabat, & alienum à debitorē esse dissolutum. Alij Nerium & Cicutam iurisconsultos fuisse volūt. Seruius hunc locum profert ad illum Virgilij versum Aeneid. 7. Et tua Dardanis transcribi scripta colonis.

RAPIES IN IVS] quanto rapiet rapiet? nam nemo in ius rapi, id est, manu iniecta & inutus & per vim in ius trahi potest, alioquin iniuriarū actionem habebit in eum, qui rapuerit. respondeo vel inutum in ius duci posse eum, quē aduersarius vadatus sit, id est, vadibus accepis in ius vocarit, si ille se ad diem nō sit in iudicio, & si aduersarius amtestatus sit, id est, prehensa auricula aliquem ex praestribus testem sumserit. vt suprā satyr. 9. lib. 1. & licet amtestari: ego vero oppono auriculam: rapi in ius.

PVTIDIVS MVLTO, &c.] multo stolidior, atq; insanior est Perillius, qui id credit alteri, quod ille numquam sit dissolutus. dictare est creditoris. dictat enim creditor, cūm iubet scribere, sibi que acceptum ferre debitorē: vel cūm dictat argētarīus nomen suum, vt prescribat ille in codice suo nomina creditoris, & debitoris. satyr. 7. ciusd. Non dices hodie quorsum hec tam putida tendant, Furifer?

RESCRIBERE] reddere per argētarīus codicem, & scripturā.

TOGAM COMPOSERE] toga composta attendere: sed audiendum parare.

ARGENTI PALLET AMORE] episto. 19. lib. 1. Quod si pallerem casu. &c.

CALET] extat. tralatio ducta est à morbis corporis, & maximē à febri. suprā transtulit ad amorem, morbum animi tēterrium Od. 11. lib. 4. Non enim post hac alia calabo Farnina.

VOS ORDINE ADITE] vos, qui morbis

Mm ij

animi affecti estis, suo quisque ordine ad me accedite.

D A N D A E S T E L L E B O R I] significat, auaros omnium, qui animo laborant, insaniissimos esse, auariciamque, maximam esse insaniam.

N E S C I O A N A N T I C Y R A M] amplificatio est, non solum hoc dico, multo maximum ellebori partem auaris esse dandā : verum etiam existimo totam Anticytam, in qua nascitur elleborus, iis esse tribuendā epist. ad Pison. de arte poēt. si tribus Anticyris caput insanabile numquam Tonfori Licino commiserit. Sic Perf. Anticyras melior forbere meratas.

H E R E D E S S T A B E R I , &c.] Staberij heredes iussi sunt à testatore incidere in eius sepulcro, quantum ab illo ex testamento accepissent: quod nisi fecissent, damnati sunt ad eodem testatore Staberio, ceterum paria gladiatorum populo Ro. date, sic autem cōcīpi solebant verba testamētorum: hoc, vel illud faciat heres meus: si nō fecerit, hoc, vel illud dare, seu facere dannas esto.

S V M M A M I N C I D Ē R E S E R .] inciderunt, iussi testatoris scilicet, in sepulcro summa pecunia, seu bonorum, quae ex illo testamento acceperant.

A T Q U E E P V L V M] & damnati sunt epulum præbere populo Ro. arbitratu Ariji hoīnūni sumtuosi, & luxuriosi: & item maximā vim frumenti.

F R V M . Q V A N T . M . A F R .] dixit Σφ̄βολνως Frumenti quantum merit Africa, fuisse autem Africam frumenti feracem, ac frumento sum, notauius ad illum locum Oda 1.lib.1. Quicquid de Libycis verr. ar.

S I V E E G O P R A V E , S E V R .] Staberium loquentem facit.

N E S I S P A T R V V S M I H I] ne me reprehende, vide annot. ad Od. 12.lib.3.

C R E D O H O C S T A B E R I P R . A .] id est, credo Staberū hoc prudenter iussisse, inßisse autem legendum est, aut voluisse: non vidisse, vt vulgo scriptum est, sic enim loquebatur veteres: eiūlque rē exstāt cōplura apud scriptores exempla. Cicero accus. lib. 2. heredem statuas iussim esse in foro poneveris posuisse, Veneri Ericina esse multatum. Caius tit. de legat. & fideicom. lib. 30. Pādect. Et si equo prelio emere, vel vendere iussit testator, adhuc utile legatum est, Iulianus eodem lib. si Sempronius Titum heredem instituerit, & ab eo post biennium fundum dari iussit Manio. Paulus libr. 31. si testator dari quid inßisset, aut opus fieri, &c. Idem lib. 32. præterea si sine liberis Hermippus moreretur, aliam posse filio dari iussit, licet legere & voluisse: quod hoc ipso loco confirmari potest, semel ibi siue ego prave, seu retle, hoc volui. iterum infrā cū summā patrimonii insculpere faxo Heredes voluit. De altera autem scriptura dubitaturū arbitror neminē in probatis linguae Latinae auctorib. versari, quin sit inepta, & corrupta. nā ita quidē lo-

quimur, plus vidit, mulū vidit, pro his intelligētior fuit, valde intelligēs fuit: prudens vidit autē, numquā dicūt Latini, quod sciām. Cūm autē ita dicimus, hoc vidit, simile est, ac si diceremus, hoc intellexit, quā sententia huic loco nō conuenit. Nam hēc verba, credo hoc stab. pr. anim. ius. referuntur ad illa superiota, quā dixerat Staberius, siue praua, siue recte: hoc volui, id est, hēc est mea ultima voluntas, siue sit praua, siue recta, responder nūc Damasippus, siue quis aliis. credo Staberium id, quod iussit, ac voluit, recte voluisse, prudenterque iussisse: sed quid scisit, cūm, &c. id est, quid spectauit? quā fuit eius mens? quā sententia? &c. Animaduerte autem, animalium Staberij prudenter, pro eo, quod est, Staberū prudenter, positum esse, quod genus alibi notauimus.

B Q V O A D V I X I T] quoad, hoc loco, vnius syllabae est, vt apud Lucre. lib. 5. sēnit enim vīm quisque suam, quoad posse abiri. ibid. Et simili ecqua si finis, quoad mortis mundi, Et taciti mortis posint hunc ferre laborem.

C R E D I D I T I N G . P A V P . V I T .] quā in re magnopere fallebatur. Non est enim paupertas ea virtio vertēda, quā à Deo immortali in nos profecta est, quē nulla nostra ignavia, aliae culpa nobis accedit. Itaque vetat cā Hesiodus maledicti loco alteri obiicere, aut exprobare, tāquā Dei munus, his verbis, Μηδέ ποτε θλοπίου πενίας θυμοφθόρον ἀνδρὶ Τέτλαθῃ ὑειδίειν μακάρον δόσιν εγειρόντα, quos versus interpretati sumus ad illum locum Od. 2.4. libr. 3. Magnum pauperies opprobrium, &c. sic & Theognis, Μήποτε τοι πενίας θυμοφθόρον ἀνδρὶ χολοθεῖ, Μήδη ἀχρηματίου σύλλογοις περιφέρει, id est, ne vīquā animi pestem paupertatem cuiquam maledicti loco obiice, neque pecunia pēnuriā perniciosem.

E T C A V I T N I H I L A C R I V S] quām paupertatem, acris, id est, vehementius.

V T , S I F O R T E] adeò, vt si forte uno quadrante minus diues mortuus esset, &c. perficit excludendum curauit, secutus auctoritatē dñi Vatic. & Rain. Card. Iann. Tornes. Russard. Nicotiani.

O M N I S E N I M R E S] hēc dicūt ex persona Staberij, hominis auarissimi. his autē Horatianis nō est dissimile ad modum Theognidis illud, nullam alienam vulgo virtutē haberi, nihilque aliud esse opinione hominum laudabile, & gloriosum, quām diuitias: ceteras res inutilis duci, etiam si quis Rhadamantum continēta, & aequitate vincat, Sisyphus scientia antecellat. sic Theogn. Πλάθαι δ' ἀνθράπων ἀρετὴ μιαντεται ήδε, Πλάτεων, τούτη δὲ λαοι οὐδενὶ ἀριτοῦ φέλος, Οὐδὲ εἰς ταρφούσιν μηδὲ ξεῖς Ραδαμάνθιος αὐτῷ, πλέονα δὲ εἰδένεις Αἰολίου Σιούφ. sic Eurip. Phoenix, ait, pecuniam ab hominibus plurimi fieri, maximāq; vim habere rerum humanarum. Ταῦτα δέ τοι φέλοισι

πιμότατα

A ημιότατα, Διάβαμν δὲ πλέον τὸν έπειτα ἀρθρόποιος ἔχει. Hesiodus autem pecuniam mortalibus animam dicit esse, Χρήματα γὰρ πλέον πέπειται βροτοῖσι, addē his illud, πλέον πέπειται βροτοῖσι, id est diuitias virtus & gloria, teu decus comitantur.

B Q V A S Q V I C O N S T R V X E R I T , I L L E &c.] falsa sententia, ex auari sensu, & iudicio, nō de poēta sententia pronuntiata. Nam sic ipse poēta, sat. 1.lib.1. At ni id sit, quid haber pulchri confusus acerius? Et Oda 2.lib.2. Nullus argento color est, auari Abditæ terribi inimicæ lama. &c.

S A P I E N S N E , E T F O R M A S] scalpra, & scalpedo dicta sunt, cultri sunt futorij, qui duas habent acies, vnam inflexam, & incurvam; alteram rectam procurentem.

B

A D V E R S V S M E R C A T .] abhorrens à mercaturis. Oda 4.lib.2. sic lucro auersam potuisse nasci, &c.

Q V I D D I S C R E P A T I S T I S , Q V I N .] in diuitiis semper vīsum desiderat Horat. vt sat. 1.lib.1.

Nesci quo valeat nummus, quem prebeat vīsum? Panis ematur, &c. vīsum autē diuitiarū preclarè Pindarus in eo sitū esse ait Neptūnus, nō, vt aurū domi conditū, atq; in terrā defolium serues: sed vītibī in primis bene facias, primūq; fruare: secundo loco, vt egētibus amicis largiēs bene audias. Verba Pindari sunt haec. Οὐν ἐξανημένοις οὐδενὶ πλέον κατακρύψας ἔχει, ἀλλ' ἔντονος ἐν τε πλάνῳ, καὶ ἀκρους φίλοις ἐξαρκέων. sunt & alia quædam ab ipso Horatio polita in superiorē satyra, qua cum his cōferat studiosus lector.

N E S C I V S V T I C O M P O S .] neciens vīti bonis quæstis, paratis, cōgestis, & cōnditis. epi. 1.lib.1. Condō &c. compono, que mox depromere possim translatis posuit. propriē Od. 17. libr. 3. dum potes, aridum Compone lignum. aliter satyra 9. libr. 1. Omneis compositi.

M E T . Q V E , V E L V T C O N T . S A C .] sic sat. 1.lib.1. congestis undique fascis indormis inhiatis, & tanquam partere sacris Cōgeris, & tanquam pīllī gaudere tabelis.

P O R R E C T V S] stratus, iacens, extensus, vt satyri superiori: Porrectum magno magnum plectare, &c. & Oda 10.lib.3. Porrectum ante foras, &c.

F O L I I S A M A R I S] non oleribus horrentibus, sed agrestibus, & icicris amaris.

N I H I L E S T] nihil est mille optimi vini casdos domi conditūs habere.

V N D E - O C T O G I N T A] tmesis, vnde octoginta enim dicimus, pro lxxix. vt vnde viginti, pro xix. & similia. B L A C T A R . A C T I N E P] stragula vestis à blattis, & tineis corrosta. quidā scribi volunt hoc nomen hoc modo, blattis, & non blattis, à verbo βλαττεῖν.

F I L . A V T E T I A M H A C L I B .] sic super. Od. 14. libr. 2. Absunt heres Cœcuba dignior Seruata centum clausibus, & mero Tinguit pavimentū sacerbum Pontificum potore cenū. Tales homines heredibus quidē sunt diuites, sibi autem pau-

Mm iij

peres, vt indicat Græcorū epigramma, Πλάτων
καὶ πλευτῶν ἔχει, φύγει δὲ πέντε. Ω
τοῖς υπονόμοις πλάστε, σοὶ δὲ τένες, id est,
Dimitus locuples habet, animum sed gentis. O miser
hereditates, mōpsque tibi. Sic autem veritatis Thomas
Morus Anglus, seu Britannus.

D I S I N I M I C E] θεοῖς εὐθύπλοος. Diis invise.
Nā Diis immortales gravissimè offendūtura tua
immoderata parsimonia. vel credibile est, c' in
uisum esse Diis immortalibus, seu tibi iratos es
se Deos, qui ita miseriis, sic enim loquuntur Gre
ci: Demosthenes, τρέψας δὲ πατρίπολος, καὶ θεοῖς
εὐθύπλοος, καὶ βαστακούς ὄντος, id est, omnibus virtutis
cooperatus, & diis inimicus, & planè improbus
fycophanta.

C O V S T O D I S ?] hīc est scribenda interrogatio
nis nota. duo enim querit, vtrūm sua custodiāt,
vt absūmat heres, an, ne sibi quippiā desit.

Q U A N T U L . E N I M S V M M E C V R T .]
quantum de summa, & de aceruo deminet v
nusquisque dierum, si paulo mundiore, & libe
ratiōe viētū, cultūque vētēs.

O L E O M E L I O R E] oleo meliore, quām so
les: non tali, quali vtehatur Auidens ille, nem
pe odoris tētērimi, & quē nemo perferre pos
set. vide satyra superiore de Auideno Cane, &
sat. 6. lib. i. de Natra, qui oleo lucernatio, seu de
lucernis detracto vngebatur.

P O R R I G I N E] porrigenim putant quidam
à porrigēdo dictam, propterā quōd porrigi ac
dilarari solet, nisi maturè curetur: alij à porrō
olendo. morbus est capitis furfuribus, & quasi
farina obſtrit, nascitur autē inter pilos, vt in ca
pillo, idque ſepius: in barba autē, & ſupercilio
rariū: ſurgunt in locis porrigenae affectis ſquā
mula quedam (vt ſcribit Corne. Celsus lib. 6.)
exāque à cute refoluuntur, & inter dum madēt,
multo ſepius ſiccē ſunt, repurgatur hic morbus
ſape pectendo, & medicamentis leniter, repre
mētibus, vt aceto cum oleo, & ſimilibus. In uno
codice calamo exarato ego ſcriptum reperi
ſrigine: quam ſcripturam tamē ſi non dannem,
alterā tamē ei antepono. vt titulat ea voce Lucill.
lib. 30. Trifite, & corruptum ſtabie, & porrigenē pl
enum.

Q U A R E , S I Q U I D V I S S A T I S E S T ,
P E R I V R A .] quamobrem ſi quouis viētū, &
quantumvis tenui, ſordidōque cultu contentus
es, omnia facis, & pateris, vt rem augeras? cur pe
ieras, furaris, etiis vndique?

P E R I V R A S] hoc verbo etiam Plautus vri
tur Afrinaria, pernegabo, atque obdurabo, periurabo
denique, & Mercat, nolim quidem: verū homo peri
urabit, & Pœnulo, Perge, optūmē hercle periurabit, &
in Clifell. Periurare me patiēt. Vſitatus tamē pe
ierandi verbum.

P A R A R I S] paraueris, emeris, notauiimus
alibi.

C U M L A Q V E O V X O R E M , &c.] credi
bile est, quāmpiam hīc ab Horatio tacito nomi
naturam, quā ſplendida eft, vt docet Galenus Φίλ
άπολιον ſup̄. p. 18. Mēlaria χρήσις τηνιοτέρα
αὐτῆς τῆς αἰτίας ζητεῖ, ὡδερ ρητὸν οὐτε
θαλάτην δοφαλητον, λέπιδα ἵλεα ὥροις ζητεῖ,
id est, arra bilis ſplendidior eft ipso ſanguine:
quemadmodū & bitumen, quod ex mari mor
tuo naſcitur: quod Iudaicum nominant. Idem
lib. 4. ἀφορ. xxiiii. Mēlaria ἀμαρτι μεμελασθέω
τηνιοτητα φέρεται, ηγεφόρται τῷ κεχ
θεῖ ρητὸν πεπηρέναι, καθάρον σκένω. Mēlaria
δὲ χρήσι, ὡτὸν κεχθεῖ ρητὸν τῷ πεπηρέναι,
καὶ τῷ τηλον τῷ μέλαινι, εἴ το δεκανάδες εἰναι,
καθάρον ὥρον, ἀναδέρειν τε τῷ ζυμωῦ τὸν γέλο
τὸν οὐδεὶς υπερχει τοῖς μέλαινοις, id est, atra mentis
ſanguini, qui niger factus eft, ſimilia dicuntur
eſſe: cūm eo differant, quōd fundantur, neque

ne describi, qui vxorem laqueo extinxerit, vt
a dote potiretur: quemadmodum & alium, qui
matrem veneno necarit, vt pecunia materna ci
tiūs frueretur.

I N C O L V M I C A P I T E E S ?] ſanus ne es?
fanæ ne mentis es?

Q U I D B E N I M ? N E Q V E T V H O C F .
&c. Jtidicula auari ſcelerati, atq; impij defēſio,
dedita opera ab Horatio cōfida, vt oſtēdat ſta
tim, eius inſaniam cum Orestis furore eſſe com
parandam: immōdē verō eſſe actiorem & graui
rem, dices te (inquit Damasius) non eſſe im
pium, neque inlanū, quia neque Argis matrem
tuam interfeceris, neque ferro, quomodo Orestes
malim autem ita legi, quidni? neque enim hoc
facit Argis, quam ſcripturam probat doctis. vi
ti, & ratio tuerit ac conſirat, responderit enim
pro aduerſario ridicule, hoc modo, quidni inco
lumi capite ſis? Neq; enim Argis matrem interf
icis, vt Orestes, ſignificat autem, eum aequē ma
tricidam, & inſanum eſſe, atque Orestem, cūm
locus matricidom non diſtinguat.

G E N I T R I C E M O C C I D I T O R E S T E S]

Ita nota eſt Orestis, & Clytemneſtra ab Oreste
necatę historia, vt ſuperuacanę opera ſit plora
haē de re annotare. Præterea ex Euripiide, ſi quis
eam ignorat, perere licet. verum tamē hāc aſcri
bam ad hunc locum, quæ non ſunt fortaffe cui
us notiſima: Orestē, cūm pater eius interfec
retur, annum atatius decimum tertium agētem, vt
vult Pherecydes, à nutrice Laodamia, vt Pin
darus ait εἰδέ. Πινθ. ab Aſinoa, ex oculis, & ma
nibus Clytemneſtra ſublatum, arque ereprum
fuſſe: deinde (id quod omnibus eft notum) cor
robora iam ætate, Apollinis iuſſu patriſ vici
ſcendi cauſa ſupplicium de matre ſumifſe: po
ſtrem non ſolū diuina, ſed etiam dea ſapi
tissimæ ſententia eſſe liberatum, vt ait M. Tull.
in orat. in L. Pifonem, & ora. pro Roſc.
Amerino negat illa eſſe credenda de Furyis, ac
ſtabiſ, atque ſua quemque fraude, ſuo facinore, ſuo
ſcelere, ſua audacia, de ſanitate, ac mente deturbari:
hāc eſſe impia aſſidua, domeſtiaque Furyis: hāc eſſe
impiorū flammis, ſed, & facies. ſi ferē Aſchines
orat. κτι Τιμέρχη, in extrema. Μη γένεθε
οἱ Αἴθιοι, τοις τῷ οὐδενικούτων αὐρροῖς Σπο
θεον, ἀλλ' οὐχ ὑπὸ αὐθόρπους ἀστεγεῖς γέ
νεθαι, μηδὲ τοῖς ιονεικότας, καθάροις εἰς τραγω
δίας, πονᾶς ἐπολεμεῖν, καὶ κολάζειν δεσμοῖς ήμέλ
εν.

vitis, ἀλλ' αὶ τρεπτεῖς τῆς σοματος ἕδονα, καὶ
τὸ μικρὸν ὄγκον τηγανίδας, ταῦτα πληροὶ τὰ λη
γένα: ταῦτα ἐπακροέλατα ἐμειζάζει. ταῦτα
τὴν εὐθὺς τοινή ταῦτα τρέπεινεται τοῖς
γένοις, σπάζειν τὰς πολιτας, υπηρετοῦ τοῖς τυ
ρεύοις, τοιχοτάλαιν τὸ θύμον 'id eft. Nolite enim
existimare, οὐθενὶς, inſiſtorum, & audaciam fa
citorum principia à Diis, non a ποιητι hominum im
probitate naſci: neque impios, & ſceleratos homines Fu
riarum tēdē ardēntib⁹ agitari, atq; excruciarū, ſed pro
fuſa & prorupta corporis libidine, ac voluptate: vaſta
, & immea cupiditas, hec ſunt, que terras omnes la
tronibus, & graffatoribus compleant, hec nauibus pirati
cī maria infiſta reddunt: hec ab unoquoque pœnas re
petunt, hec uuenturem impellunt, atque hortantur, ut
cives trucidet, ut tyranis inferiat, ut populi liberta
tem opprimat, &c. ex tragicorum fonte manauit B
illud Virgilianum lib. 4. Enei. Aut Agamemnon
scenis agitatuſ Orestes Armatam faciuit matrem,
& ſerpentibus atris Cum fugit, ultriceſque ſedent in li
mine Dira.

A C T V M [agitatum: impulſum; vt od. 6. epod.
Agam per alia aure ſublata niueis.

Q U A M I N M A T . I V G . F E R R . T E P .]
id eft, quām matrem ferro necauit. ſic Virgil.
lib. En. 9. atro tepefacta cruce Terra, torique madent.
ibid. & fixo ferrum in pulmone tepeſit. Ad hanc rem
pertinet neſcio cuius poēta versus, quem pro
fert Cariliſſimus lib. 1. vbi de cōmūnibus ſyllabis diſ
putat. Fine Clytemneſtra ſedafit viſcera ferro:

M A L E T V T A M E N T I S] parūm tutamen
tis, id eft, furiosus, non enim tutum eft ſeſe
furioso committere.

V O C A N D O H A N C F U R I A M] hanc
videlicet Electram. hic locus ſumius eft ex Eu
ripiide in Orestē. Μέλαινος οὐδὲ τρίποδος Εγν
υπών Μάστον μὲν δχαλεῖς, ὡς βάλγεις ταύτα
por, id eft, omittit me tu, quæ vna eſ ſearum fu
riarum. Medium me tenes, & portas, vt in Tar
tarum deicias.

H V N C , A L I V D] hinc autem, videlicet Py
lademi, alio nomine appellat, quo nomine bilis
atra eum appellare iuſſit.

I P L E N D I D A] referendum ad atræ bilis na
turam, quæ ſplendida eft, vt docet Galenus Φίλ
άπολιον ſup̄. p. 18. Mēlaria χρήſiς τηνιοτέρα
αὐτῆς τῆς αἰτίας ζητεῖ, ὡδερ ρητὸν οὐτε
θαλάτην δοφαλητον, λέπιδα ἵλεα ὥροις ζητεῖ,
id est, arra bilis ſplendidior eft ipſo ſanguine:
quemadmodū & bitumen, quod ex mari mor
tuo naſcitur: quod Iudaicum nominant. Idem
lib. 4. ἀφορ. xxiiii. Mēlaria ἀμαρτι μεμελαſθέω
τηνιοτητα φέρεται, ηγεφόρται τῷ κεχ
θεῖ ρητὸν πεπηρέναι, καθάρον σκένω. Mēlaria
δὲ χρήſi, ὡτὸν κεχθεῖ ρητὸν τῷ πεπηρέναι,
καὶ τῷ τηλον τῷ μέλαινι, εἴ το δεκανάδες εἰναι,
καθάρον ὥρον, ἀναδέρειν τε τῷ ζυμωῦ τὸν γέλο
τὸν οὐδεὶς υπερχει τοῖς μέλαινοις, id est, atra mentis
ſanguini, qui niger factus eft, ſimilia dicuntur
eſſe: cūm eo differant, quōd fundantur, neque

concreſcat, quomodo ſanguis. Atra bilis autem
a his à ſanguine nigro diſſerit, & quōd ita liquida
ſit, vt non concreſcat, & quōd ſplendida ſit, &
mordax inſtar aceti: prætereaque terram glu
bar, ac fermenter: quorum nihil in aſtramentis
ineſt.

P A U P E R O P I M I V S] hominis auarii in
genium ſub Opimiū cuiusdā persona pulchre
deſcribit. pauperem autem argenti dicit, quia eo
vti vel nequibat, vel non audebat, ne quid de a
ceruo detraharet, nēdem inuenieret. ſic Od. 16.
lib. 3. Magnas inter opes impoſ.

P O S I T I O N T V S] domi conditi: εἰδοντες τούτους.

V E I E N T A N V M] vinum tenuiſſimum, vi
liſſimum, pelliſſimum denique, à Veiento op
pido.

C A M P A N A T R U L L A] fiſtili poculo: alij
æneo, ſupr̄a ſaty. 6. lib. 1. Campana ſapellex. trulla
genus eft vasis, ſeu poculi vinarij, vt declarat hic
locus apud M. Tull. quarto lib. accus. Erat etiam
vas vinarium ex una gemma pergrandi, trulla excavata
cum manubrio aureo, vide Varro. lib. 4. de lingua
Latina.

L E T H A R G O] veterno, vt ſup. diximus.

H V N C] Opimum lethargicum, ſeu lethargo
oppreſſum, ſeu veternoſum.

E R I G I T] veterno oppreſſum, atq; affliſtum
excitat.

A D D I T E T I L L V D] addit orationē ad
factum medicus. nam nihil fanē locutus erat. ſic
infrā eadem ſaty. & vnum Quiddam magnum ad
dens, vnum me ſurpiſe morti, &c.

H A C A V F E R E T] ſic habent omnes libri
vetereſ: vulgati autem hoc.

M E N V I V O :] mēnē viuo, auferet heres
(inquit Opimius ager.)

H O C A G E] in hanc curam incumbe. (inquit
medicus): huic rei da operam affiduam: totum
ſtudium tuum eft confer, vt conualeſcas, & vi
uas. nam hāc verba, hoc age, eam, quam dixi, vim
habent, vt & alibi ostendeſtis.

Q U I D V I S ?] quid vis faciam? (inquit Opi
mius)

D E F I C I E N T I O N P . V E N A E T E] deſſi
tuent te inopem (inquit medicus) vene, niſi ci
bo vireis reficies, & recreabis. Lucret. lib. 4. Hū
igit rebus rareſci corpū, & omnis ſubruitur natura,
dolor quam conſequitur rem. Propterā capitū cibū, vt
ſufficiat arras. Et recreet vireis interdatuſ, atque pa
tentem Per membra, ac venas vt amore obiret edendi.
in vno cod. manuſcripto legitur Deſſiuent inopē.
quam ſcripturam non ſum ſecutus, vt ſuppo
fitum.

S Y M E H O C P T I S A N R . O R Y Z A]
flotin, ſeu flotinum geminato ex pulvis genuſ
eſt ex farina hordeaceea, veruntamen fit & ex ali
lis frugibus. docent autem medici, hordeaceam
omnium eſſe ſaluberrimam, atque ad conco
quendū facililitam. nam quā ex oryzā con
ſtat, cūm copioſius alat agram, quām plerūq;
Mm iiiij

vires ferre queant, tūm ventriculum prægraue-
re solet. prisānarium nomen est *πρισανός*, &
prisana, quasi pusilla prisana. Accipiendum est
autem prisana nomen hoc loco, non pro oryzè
succo, qui in potionem prebeat, cuiusmodi
hodie fieri consuevit ex hordeo, in qua nihil
inest præter aquam, & hordei cremorem; sed
pro pulle, in qua solidæ partes ipsius oryzè ma-
neant, quæ detur in cibum.

QUANTITATEM TÆ] quærit Optimus quanti
emta sit oryza, morbo & fame moriturus po-
tius, quam ales octo in salutem, & vitam æquo
animo insumturus. emta autem partij casus est,
numeri singularis.

O C T O A S S I B V S] octussis numero singu-
lati, & ales octo, vnum sunt, aut certè idem va-
lent, itaque sic loquuntur Latinis, prisana oftusse
em, numero singulari, id est, octo aliibus. Quod
si quis ita loquatur, emi octussis numero mul-
titudinis, inepte loquatur, nisi cù hac adiectione,
verbi gratia, duobus, tribus, quartuor, &c.
octussis, duo octussis autem sedecim ales va-
lent, & ita deinceps. Iccireò scripturā vulgatam
reieci, vt corruptam, & inepitam, nūhi suffragan-
tur aliquor veteres codic. in quibus in nomine
octubus non vacabat litura, ex qua feci conie-
cturam, scriptum fuisse initio *o*ctubus: deinde
ab aliquo audaciore, quam doctiore, factū esse
octubus, as autem principiū nūmis erat libra-
lis æreus, & per L scriptum notabatur, valebat
que quatuor nostros Turonensis: vnum Mar-
ketum Venetum. Itaque festertius, qui duos al-
fes & semissim valer, per duo LL & S à veteri-
bus notabatur hoc modo LLS, vel iis litteris li-
nea trauersa notatis: vel sic, IIS. vñ pluribus ver-
bis ostendemus annor, ad illum locum, *Dum se-
ptem donat festertia*. epist. 7.lib.1. non vt hodie, idq.
inscienter, *Et*

E H E V : Quid rēfert morbo,
&c.] quid rēfert (inquit Optimus) vtrūm mor-
bo, ne mpe lethargo, peream, an furtis, ac rapini-
s multo certè mihi optabilius esse debet mor-
bo perire, quam furtis, & rapinis: quasi hoc si-
gnificer Optimus, tanti emere oryzam, esse sua
furto amittere, suisque bonis spoliari. sine igi-
rū me, ô medice, (inquit Optimus) morbo ex-
stingui, & interire. tantam enim impensam æ-
quo animo ferre non possum. morte mibi lon-
gè grauius, atque acerbius est, mea sic diripi, &
compilari videre.

P E R B A M Q U E R A P I N I S] ita reperi scri-
ptum in quatuor codicibus calamo exaratis,
vno Vatic. Rain. Card. Iann. Tornes, non, vt in
vulgatis, percámne?

Quid si quis non sit avarus,]
nunc incipit docere, alios præterea esse stultos,
& infanos, quam auaros: neque cum, qui non
sit auarus, cōtinuò esse sanum: quemadmodum
non efficitur ex eo, si quis non sit cardiacus, vt
benè valeat, cum sint alij quamplurimi corpo-

ris morbi. vnà autem colloquuntur Horat. &
Damasippus hoc loco, quærit enim Horat. re-
spondet Damasippus.

N O N E S T C A R D I A C V S] qui sint car-
diaci, supra abhinc non longè, diximus.

C R A T E R V M] medicum, de quo M. Tull.
lib.12.epist.ad Att. *commouet me Attica, et si affen-
tior Cratero, & Persius saty. 3. venienti occurrite mor-
bo. Equis opus Cratero magnos promittere montes: hi-
uus tenuum scribit Porphyrius Tyrius lib.1. οὐτε
ποτίζει τὸν εὐφύων, morbo inustato affectū,*
cum medicamenta non prodescent, viperæ piscis in formam figurata, & ab eo vorata, sanū factū.
Verba Tyrii hæc sunt, *Κρεπτέρη τῷ ιατρῷ οἰκε-
της ξένῳ πειθεῖν γαστήρα, τῷ σερκῶν θό-
ρασσον λαζανών ἐκ τῷ ιστρῷ, τοῖς μὲν φαρμά-
κοῖς ἀφίκεται οὐδέποτε πλύνος δὲ τρόποις οἷον σκευα-
σθεῖται προθετητικοῦτον, οὐδὲ σαρκός συναλλαγή-*

B] Crateri autem medici seruus nouo &
inustato morbo affectus, nempe carne ab ossibus
diuulsa ac distracta, pharmacis quidem nibilo
melius se habuit: sed viperæ in pīcem confor-
mata, & comesa conualuit, carne de integrō
conglutinata.

R E C T E E S T I G I T V R] i. valētne igitur
hic aeger, quod cardiacus non sit: & electulo
surgit?

N E G A B I T] medicus Craterus.

QUOD LATVS, AVT RENES M. T.
A c. Jep. 6.lib.1. Si latu aut renes morbo tentatur acuto.
morbus acutus est, aut quia vel citò hominē
examinat, vel citò periculo vacat: aut quia tan-
quam gladius, seu telū, corpus ægri dolore qua-
si transuerberat: ex quo etiam à Latinis telū ap-
pellatur. Serenus. *Et ea vīs morbi, quod telū nominat-*
*ur, Cum subito dolor infans furit incitū astu-
dīzīa vītos etiam à Græcis appellatur. Cels. lib. 4. cap. 6. Sed interdum id malum intra dolorem est, i-*
*fque modò tardè mado celériter soluitur: interdū ad perni-
cieni quoque procedit, vītūrque acutus morbus, qui
pleuriticus. [al. πλευρῖτις] à Græcis nominatur. De
renum morbis legitio eundem Celsum eod libr.
cap. 10.*

I M M O L E T A Q V I S H I C R. L.] qui non
est perius, id est, qui periorum tem non auget,
neque sordidus est, videtur habere deos Lares
sibi propitiós, aequos, amicos, placatos. Quare
meritò debet eis, vt ab infanis liber, porcum im-
molare, gratiasque agere; verū est ambitiosus,
&c. Porcum ab infanis, & furiosis immolari so-
litum est, declarat iocus Plautinus Menæchni.
*Quibus hī pretiis veneū porci Sacre finiri? numnum
unum en à me acipe, iube te pīari de mea pecunia. nam
ego quidem infans esse certò sic. Iam à Laribus
Laruae dicuntur, à laruis laruti, id est, furiosi at-
que infani. Ob hanc fortasse caufam infani Lar-
ibus sacrificare iubebantur, vt eum placarent. Alij hanc caufam afferunt. Mania Larum ma-
ter, aut uia est, siue à Manibus dicatur, qui iidē
sunt & Lares, siue τὸν τὸν μέρες, quod est in-
fanire,*

fanire, siue τὸν τὸν μέρες, quod est ratum, & re-
missum, siue τὸν τὸν μέρες, quod solitudine A
delectentur. Cūm igitur Larum mater sit Ma-
nia, quæ infanæ dea est, arque iccirco Lares &
Mania templum commune, aramque commu-
nem habeant, non immeritò etiam sacra habet
inter se communia, & ab infanis communiter
placentur. Porcus autem potissimum Laribus
immolabatur, quia Lares, Grundules diceban-
tur, Romæque publicè Grundules erant consti-
tuti, & consecrati ob eam porcam, que trigin-
ta pepererat, vt docer Nonius. Arnobius libr. 1.
aduelus Genteis, *Melioris sunt causæ qui Grun-
dules adorant Lares, Aios locutios, libentinos, quām su-
mus nos omnes, qui Deum colimus rerum patrem?* &c.
sed de Laribus plura apud eundem Arnob. libr. 3. sub extrem.

N A V I G . A N T I C Y .] vt purgetur veratro,
seu elleboro, innuit ambitiosum alio genere infan-
iae infanum esse, quām aurum: quia hic nū-
quam vratur bonis quæfitis: ille sua largiatur,
& profundat, vt honores a populo obtineat.

Q V I D E N I M D I F F E B A R A T H R O N E] quantum ad infaniam attinet, nihil interest, vt
trūm quis sua profundar, an luis abstineat, vt alienis, aut sacris. Vt que enim est infanis, barathrum locū fuisse altitudine immensa, in quem
nocentes, & malefici demittebantur, nōrum est.

C A N V S] Canusij. oppidi nomen est, de quo
suprà fat. 5.lib.1.

N A T I S D I V I S S E D V O B V S] corru-
pant hunc locum insolentes, & audaces quid am
homines, supposuerantq; didisse, planè virtuosè, &
contra auctoritatem codicum non solum anti-
quorum, & calamo exaratorum, verū etiam
typis excusorum melioris nota, dimisso autem re-
ctum est, dictūq; vt promissæ apud Catullum.
*Aut facere ingenuæ est, aut non promissæ pudica, Antif-
fena, fuit, & apud Terent. produxe, & similia exem-
pla bonis scriptoribus vñtrata: ex quibus colle-
gimus nonnulla suprà ad fat. 5.lib.1.*

T V N O M E N T A N V M] tu Aule, ne No-
mentanus sequerere, veritus sum. Erat autem
Cassius Nomentanus profusus nepos: vt suprà
diximus ad fat. 8.lib.1.

T V N E S E Q U E R E R E C I C V T] tu Ti-
beri, ne sequerere Cicutam, sordidissimum, at-
que auarissimum, cumini sectorem, & genera-
torem.

**Q V A R E P E R D I V O S O R. V T E R-
Q V E P E N .**] sic epist. 7.lib.1. *Quod te per Genium
dextrām, dōcī, penates, Obscur, &c.*

T V C A V E N E M I N . T V , & C .] hic Oppi-
dius duos habebat filios dissimiles ad modum
moribus, & natura, in Aulo enim indoles quæ-
dam inerat presignificatrix largitionis future &
profusionis: Tiberius contraria parsimoniam,
atq; auaritiam natura factus videbatur. Pater igi-
tur vñtrisque ingenio perspecto, & cognito, tri-
lia vñtrique præcepta dat, quibus naturæ vitium

temperare, atque ad mediocritatem infletere
queat. Aulum monet, ne rem à patre acceptam
largitione, & profusione minuat: Tiberium, ne
immoderata parsimonia, & nimio lucri studio
augeat. Cephalus ille apud Platōnē lib. 1. de rep.
quærenti à Socrati, qualis fuisset *λεγουστής*; id est, quantum studij adhibuit in pecunia
quærenda, & in facienda re, responderet se mediū
fuisse *χρηματικόν* inter autū, & patrem. Auum
enim tāto fētē patrimonio à maioribus suis ac-
cepso, quām ipse nūc possideat, multo maius
fecisse, atque auxisse: Lyaniā autem patrem
rem, quām accepit, aliquātō minorem, quām
nunc sit, fecisse: sibi vñrō satis esse, si liberis non
pauciora quidem, sed aliquantulō plura, quām
accepit, relinquit, verba Platōnī sunt hæc,
si quis forte magis delectatur Græcis, quām La-
tinis, præsertim nostris.

μέσος της γέρανης γενητικῆς τῆς πάπιτης, καὶ τὸ πατρός. οὐ μὴ πάπιπος τε, καὶ οὐλαῖος ἐμοὶ σχεδόντι, οὐλούσην νῦν οὐδένα κεκίμης, τολμαῖος, πελάσιος παπάντες ἐποίησε. Λαραντας δὲ ὁ πατήρ, ἐπὶ τὰ λάτηα αὐτὸς ἐποίησε τὸ νῦν οὔσον. ἐγὼ δὲ ἀγαπῶ, εὖλοι ἐλάτιοι καταλίπω τύποισιν, ἀλλὰ βεγκάτη παπέων, η παρέλασον.

N A T V R A C O E R C E T .] quia modico con-
tentia est.

T I T I L L E T] ne vos gloria dulcedo allicit
ad petendos magistratus. *μηδεὶς γαρ γαλιζηγός τραβαῖ.*

A M B O] antiquum pro ambos, sic M. Tull. epist.
ad M. Fabium Gallum lib. 7. præter duo nos, loqui-
tur isto modo nemo, nam ita habent codices emen-
dati, tum excusi, tum calamo scripti, sic & Virg.
Æneid. xj. Si duo præterea tales Idæ tulissent Terra vi-
rus, sic suprà fat. viij. libr. 1. duo si discordia vexet
inventis.

I N T E S T A B I L I S] intestabilis est is, cui ne-
mo iure cogitum testimonium dicere: cui testis
nilla sua in re adhibere licet, nam cui Rom. in-
columi capite, & fama licebat testimonium iis
denuntiare, quos sciret aliquid compertum ha-
bere earum rerum, de quibus quereretur, aut
controversia esset, licebat ei & testis omnibus in
rebus, quas agere vellet, adhibere: ex quo natus
est locus ille apud Plaurum in Curculione. sem-
per curato ne sit intestabilis. *Quod amas, ama te sibi, pre-
sentibus, intestabilis, illo loco, valet sine testibus.*

Sed ambiguè dictum est, propterè autē quod
testamentum non nisi aliquot testibus præsen-
tibus fieri potest: iccireò, qui sunt intestabiles,
testamentum facere non possunt, cum eis testis
in suis rebus adhibere non licet. Atque eadem
ratione ne ad testamentum quidem, quod quis
alius facere vellet, adhiberi possunt, quod auto-
ritate Vlpiani comprobatur. Nam id senatus
consultum, quo decretum est, vt damnatus ob
carmen famosum, sit intestabilis, sic interpreta-
tur, vt dicat, ei neque testamentum facere lice-
re, neque ad testamentum ab altero adhiberi.

S A C E R] exsecrandus, ut sup. Od. vii. epod. sacer nepotibus crux.

I N C I C E R E, A T Q U E F A B A] ædiles & ambitiosi homines solebant floralibus, vel in annonæ caritate id genus legumina vel populo viritum metiri, vel vulgo spargere. M. Tull. frumentaria. nonquam tam grati hi se quimodij, Qu. Hortensii suffissent: quos tamen cum ad menjura tam exiguum rationem populo Ro. in capita descripsisse, gratissimum omnibus fecisti. Caritas enim annona faciebat, ut istuc, quod re parvum videbatur, tempore magnam videbatur. Ego tamen haec Horatij verba de iis, quæ spar-gebantur in vulgo, & de missilibus accipienda esse arbitror: quamvis traditum sit Milonem tria amplissima patrimonia in delinienda plebe consumuisse, & P. Crassum populo Rom. epulum præbuisse, ac treis minas in singula ciuium capita distribuisse, sed haec Horatiana, sunt referenda ad superiora tempora.

L A T V S V T I N C I R C O S P A T I E R E] vt sis ædilis, vt præsis ludis, vt in Circo multis antè euntibus, & turbam summonentibus, ambules. sup. Od. 16. lib. 2. Non enim Ga. 7. neque consularis summonet lictor miseros tumultus Menus, &c. Latus autem excudendum curauit septem codicū auctoritate fretus, duorum Vatic. Ian. Faer. Tornesiani, Clericani, Nicotiani, & aliorum: interpretorque ita, vt dixi, lictoribus turbam summonentibus, alij referunt ad togæ latitudinem, atque amplitudinem, vt sup. Od. 4. epod. cum bis ter vlnarum togæ.

A V T A N E V S V T S T E S] aut ut tibi statua ænea ponatur. sic loquuntur & Græci. Ιχθυς χαλκεy, statua ænea honore affici: & ιχθυς χαλκεy, erigere alicui statuam æneam.

N V D V S A G R I S, N V D. P. 1.] spoliatis te agris, & pecuniis à patre acceptis?

S C I L I C E T V T P L A V S V S] scilicet vt populus Rom. tibi eodem modo applaudat, quo modo Agrippæ applaudere solet.

A S T V T A I N G E N Y V M V V L P E S I M I T. L.] quid tamen dissimile, quæ vulpes leoni? Illa imbecilla, hic valētissimus: illa dolis, hic viribus confidit, plerique tamen ubi bellis leonina non satis valet, vulpinam adhibent, nitunturq; & viribus & dolis, quod fecisse L. Syllam accepimus, eq; bene processisse videmus. Sed insigniter ij stulti sunt, qui cum ingenio, & solertia locum aliquem inter suos ciueis obtinere possint, viribus simulatis, potentia que specie ostentata, cum superioribus, atque illius tritoribus viris malunt contendere.

N E Q V I S H V M A S S E V E L I T] inducitur nunc nouus dialogus, nouaq; disputatio inter priuatū aliquem, ac plebeium, & Agamemnonem: cuius haec summa & sententia est, reges, & principes, & huiusmodi personas claras, & illustres ob speciem glorie inanem multa quotidie peccare, immania scelera suscipere, denique vehementer insanire. Totus autem hic locus ex-

Sophoclis Aiace adūbatus est, apud quem, cū Aiace sua ipsius manu interfectū Teucer tollere, vt se peliceret, conaretur, interueniens Menelaus Agamēnonis iussu, vetat Aiacis corpus loco mouere propertera, quod(inquit ille) cum spe raremus eum belli adiutorem, & nobis amicū vna nobiscū venisse domo, cōperimus re quæfita inimicū nobis fuisse Troianis ipisis aciort: qui vniuersi exercitus cædem meditatus, noctu nos adortus est, vt armis opprimeret. Quod si quis Deus hūc eius conatum uō compressisset, (inquit) nos in eius locū indignissima necesse affettiaceremus: iste autem vineret, at nunc Deus immortalis istius contumeliam, petulantiamq; à nobis in oœuis, & greges avertit. Quapropter nemo est quantumvis viribus præstans, & polens, qui corpus eius sepultura afficeret audeat: sed omnino in arena proiectus, ac prostratus mergis, & reliquis auibus maritimis escam suo corpore, pabulūm q; præbebbit. Sed præstat Sophoclis versus ascribere. Mer. Oītōs στρωσ. τοῦτο ἐν τερψὶ γεροῖν Μῆνι κομίζειν, αλλ' εὖ οὐτος ἔχει. Τέως. Τίνος γένεν ποτοῦς εὐπλασας λόγου. Mer. Δοκεύεται εἶποι, δοκεύεται δ', οὐ προύδης. Τέως. Οἰκεῖ δὲ εἴποις, οὐτοις ἀγανάρεσ: Mer. Οἴτης εἶπεν αὐτὸν ἐλπιστας οὐσοῖς Αγενοις ξυμμαχοῦ τε ψεύδειον, Εὔερορδην Στράτεος εργία Φρυγῶν, &c. i. M. Heus tuute appello. hoc cadauer ne manibus humo tollito, sed ut est humi posuit, relinquito. T. quam obren tantam orationem consumisti? M. Ita mihi visum est, ita à toto exercitu decreatum est. T. Non igitur dices quæ vos causa impulerit? M. Quia, &c. reliqua superā sunt à nobis Latinè redita. Idem facit postea Agamemnon: cui fortiter in os aduersatur, & resiliat Teucer, quoad Vlysses clamore, & iurgio exaudito adueniens mitigatus iam, ac placatus in Aiace mortuum, Agamemnonem quoque flexit, atque exorauit, vt Aiace sineret sepeliri. Atrida autem hic causas vocatiūs Latinus est, alioqui produceretur: vt Anchisa apud Virg. lib. 3. Æn. Coniugio Anchisa veneri dignare superbo, ad quem legem Servium.

R E X S V M] rex sum, inquit, Menelaus. Quare licet mihi pro meo iure, quicquid liber, & iubere, & vetare: & pro ratione, mea est volutas, describit personam Regiam, orationēmque imitatur. talia sunt illa, si te secundo lumine hūc offendor. Præter rogitationem si loquare: seu, non loquare.

N I L V I T R A Q V E R O P L E B] verba sunt eius, qui quærens haec dixerat, Ne quia humasse velit, &c. cui cum Agamemnon nihil aliud respōdisserit, quæm se regem esse, neque causam facti sui attulisset: sic vicissim excipit ille, nihil vlt̄ quæro, ego, qui plebeius sum. Itaque ab iis diffentio, qui hinc legi volunt, nil vlt̄ quære plebeius, quasi etiam haec verba sint Agamemnonis. Agamemnon tamen, quasi orationem perpetuans, subiungit: & aquam rem Imperito, &c. proinde quasi dicat, non solum quia rex sum, id, quod

quod feci, probari debet, verum etiam, quia rem aquam impero.

D I I T I B I D E N T C A P T A, &c.] hæc sunt ex Homero ferè expressa. Ιλιαδ. a. Υπὸ μηδού θεοῦ δοῖει διάμυπια δάματα ἔργοντες. Ξεπορεια Πελάμιο πόλιν, εὐδή οἰκεῖδη μεταβαται. hic igitur plebeius primum Agamēnon bene precatur, & quidem illi precatur & exoptat id, quod scit ei esse optatissimum: deinde roget, liceatne quædam ex eo quærere: postrem quærit quæ putat esse quærenda, reducere excludendū curauit omniere lacryma salsum sanguinem.

T O T I E S S E R V. C L A R. A C H.] Cūm alibi, tūm in defensione nauium maximè virtus Aiace apparuit, atque eniuit: qui cereris ferè Græcis omnibus metu perterritis, atq. in fugam versis, solus Hætoris, & Troianorum impétum tardauit, ac repressit. quod narratur ab Homero. Ιλ. o. Præterea apud Sophoclem in ea, quam dixi, tragœdia, piaclara Aiace à Teucro exponit, qui toties Græcos in maximis angustiis redactos seruauit: Homerus Ιλιαδ. β. Aiace. Telamonium, de quo nunc verba facimus, restatur omnium Græcorum fuisse longè fortissimum, quamdui Achilles iratus prælio abstinebat. Ille enim Aiaci præstissime. sic Hom. Αὐτροῦ δ' αὐλῆρος δέκτειλον πελαμίων Αἰακούς, οφ' Αχλαδεις μηδόνεις δ' γάγη πολὺ φρεστας ἦν. Erat igitur ab Achille secundus. Quin etiam ipse Vlysses, cūm apud inferos θύμος. λ. Aiace vmbram vidisset solam, aliarumque cœtum fugientem, & etiam tum indignantem, atque iratam propterea, quod Graci Achillis arma Vlyssi portiūs, quæm sibi adjudicasset, optat vt, si fieri possit, ne in illo certamine superior Aiace fuerit, quia talis vir proper eam victoriam excesserit è vita, qui & forma corporis, & rebus gestis (inquit Vlysses) ceteris Græcis omnibus antecelebat, vno Achille excepto. sic Vlysses, cuius grauissimum testimonium esse debet. Αἴατ', δε πτερεις μηδεδος, πτερειδης ἐργα τέτυροι Τάν ζέλλων Δαναῶν μετ' ἀμεινονα Πιλέανα. Idem Vlysses eadem de Aiace prædicta apud Sophoclem his verbis. Αλλ' αὐτοις ξυπνας οὐτ' ἐντοιοθεις οὐκεγνάτης απιδισαιμενοι, οτι, οὐτε μη λέγειν Ει, ανδρ' ιδεν ζελην Αργείων, ούτοις Τρόιαις αφικόντεσα πόλιν Αχλαδεως, id est, Veruntamen nolim Aiace, quæm sibi inimicum atque infestum, huiusmodi contumelia afficeret, vt negem cum vnu a me visum esse omnium Græcorum, qui ad bellum Troianum venimus, fortissimum, Achille excepto. Eodem pertinet illud Pindari Neu. εἰδ. Σ. de Aiace. ὃν κράτησον Αχλαδεως έπειρ, μάχαι ξυθδη Μενελάως δεμαρτα κομίσαι θοάς εν ναυοι πόρεσσαι ενθυπόνος Ζεφύρου πομπηι τορές Ιλια πόλιν, id est, quem præstantissimum ac fortissimum Achille excepto Zephyri recta regione flatis spiritus prosequentes ad urbem Troiam nauibus celeribus detulerunt, vt flavi Menelai uxorem prælio recuperaret, atque in patriam reterret.

P V T R E S C I T] πιθεταγ. Hom. i. λ. λ. πιθεταγ. A διονοι δε φει πάλες, ηδε γυναικες: id est, purret- cit: aues autem circum eum plures sunt, quæ mulieres. Purset autem, id est, acer insepultus, neque humatur, neque ei terra inititur. Hac de re lege, sibi tibi commodum est, quæ suprà à no bis annoverata sunt ad illum locum Oda 28. lib. i. licet Iniecto ter pul. curras. quibus hæc addit ex Ennio in Cœphonte: Neque terram injicere, neque cruenta Conicifere mibi corpora licuit, Neque misera lauere lacryma salsum sanguinem.

T O T I E S S E R V. C L A R. A C H.] Cūm alibi, tūm in defensione nauium maximè virtus Aiace apparuit, atque eniuit: qui cereris ferè Græcis omnibus metu perterritis, atq. in fugam versis, solus Hætoris, & Troianorum impétum tardauit, ac repressit. quod narratur ab Homero. Ιλ. o. Præterea apud Sophoclem in ea, quam dixi, tragœdia, piaclara Aiace à Teucro exponit, qui toties Græcos in maximis angustiis redactos seruauit: Homerus Ιλιαδ. β. Aiace. Telamonium, de quo nunc verba facimus, restatur omnium Græcorum fuisse longè fortissimum, quamdui Achilles iratus prælio abstinebat. Ille enim Aiaci præstissime. sic Hom. Αὐτροῦ δ' αὐλῆρος δέκτειλον πελαμίων Αἰακούς, οφ' Αχλαδεις μηδόνεις δ' γάγη πολὺ φρεστας ἦν. Erat igitur ab Achille secundus. Quin etiam ipse Vlysses, cūm apud inferos θύμος. λ. Aiace vmbram vidisset solam, aliarumque cœtum fugientem, & etiam tum indignantem, atque iratam propterea, quod Graci Achillis arma Vlyssi portiūs, quæm sibi adjudicasset, optat vt, si fieri possit, ne in illo certamine superior Aiace fuerit, quia talis vir proper eam victoriam excesserit è vita, qui & forma corporis, & rebus gestis (inquit Vlysses) ceteris Græcis omnibus antecelebat, vno Achille excepto. sic Vlysses, cuius grauissimum testimonium esse debet. Αἴατ', δε πτερεις μηδεδος, πτερειδης ἐργα τέτυροι Τάν ζέλλων Δαναῶν μετ' ἀμεινονα Πιλέανα. Idem Vlysses eadem de Aiace prædicta apud Sophoclem his verbis. Αλλ' αὐτοις ξυπνας οὐτ' ἐντοιοθεις οὐκεγνάτης απιδισαιμενοι, οτι, οὐτε μη λέγειν Ει, ανδρ' ιδεν ζελην Αργείων, ούτοις Τρόιαις αφικόντεσα πόλιν Αχλαδεως, id est, Veruntamen nolim Aiace, quæm sibi inimicum atque infestum, huiusmodi contumelia afficeret, vt negem cum vnu a me visum esse omnium Græcorum, qui ad bellum Troianum venimus, fortissimum, Achille excepto. Eodem pertinet illud Pindari Neu. εἰδ. Σ. de Aiace. ὃν κράτησον Αχλαδεως έπειρ, μάχαι ξυθδη Μενελάως δεμαρτα κομίσαι θοάς εν ναυοι πόρεσσαι ενθυπόνος Ζεφύρου πομπηι τορές Ιλια πόλιν, id est, quem præstantissimum ac fortissimum Achille excepto Zephyri recta regione flatis spiritus prosequentes ad urbem Troiam nauibus celeribus detulerunt, vt flavi Menelai uxorem prælio recuperaret, atque in patriam reterret.

G A V D. V T R O P. P R. P R.] expressum ex Homero. Ιλιαδ. a. Ηκει μαθησαν Πέλαμος, Πελάμιο πε πάλες, Αλλοι πε πάλεο μερακει τελεσθεισ. Ηδη το παντες εν τοποι περιεργασθεισ. Ηδη το παντες εν τοποι περιεργασθεισ. Επροτατ' ελθων μηδος; &c. quorū hæc ferè lenititia, oblitūne es illius temporis, cūm vos intra munitiones, & vallum inclusos, profligatos iam, & in extremis discrimen adductos, acie versa foliis hic liberavit, ac seruauit, transfris quidem naūium iam incendio conflagrantibus, irrumpente autem in naūis, fossis superatis, Hætore? quis hæc propulsauit? nonne hic erat, qui has res gesit, quem aīs ne pedem quidem vñquam contulisse!

G A V D. V T R O P. P R. P R.] expressum ex Homero. Ιλιαδ. a. Ηκει μαθησαν Πέλαμος, Πελάμιο πε πάλες, Αλλοι πε πάλεο μερακει τελεσθεισ. Στρατεοι περιεργασθεισ. Ηδη το παντες εν τοποι περιεργασθεισ. Επροτατ' ελθων μηδος; &c. quorū hæc ferè lenititia, oblitūne es illius temporis, cūm vos intra munitiones, & vallum inclusos, profligatos iam, & in extremis discrimen adductos, acie versa foliis hic liberavit, ac seruauit, transfris quidem naūium iam incendio conflagrantibus, irrumpente autem in naūis, fossis superatis, Hætore? quis hæc propulsauit? nonne hic erat, qui has res gesit, quem aīs ne pedem quidem vñquam contulisse!

D E A U T R A Q V E R O P L E B] ομηρικανης παντες εν τοποι περιεργασθεισ. Ηδη το παντες εν τοποι περιεργασθεισ. Επροτατ' ελθων μηδος; &c. quorū hæc ferè lenititia, oblitūne es illius temporis, cūm vos intra munitiones, & vallum inclusos, profligatos iam, & in extremis discrimen adductos, acie versa foliis hic liberavit, ac seruauit, transfris quidem naūium iam incendio conflagrantibus, irrumpente autem in naūis, fossis superatis, Hætore? quis hæc propulsauit? nonne hic erat, qui has res gesit, quem aīs ne pedem quidem vñquam contulisse!

D E A U T R A Q V E R O P L E B] ομηρικανης παντες εν τοποι περιεργασθεισ. Ηδη το παντες εν τοποι περιεργασθεισ. Επροτατ' ελθων μηδος; &c. quorū hæc ferè lenititia, oblitūne es illius temporis, cūm vos intra munitiones, & vallum inclusos, profligatos iam, & in extremis discrimen adductos, acie versa foliis hic liberavit, ac seruauit, transfris quidem naūium iam incendio conflagrantibus, irrumpente autem in naūis, fossis superatis, Hætore? quis hæc propulsauit? nonne hic erat, qui has res gesit, quem aīs ne pedem quidem vñquam contulisse!

Priamus. Et Demosth. in orat. *περὶ τὸν θυρατέα.* oraculum quoddam profert, quod mouet, nihil est committendum, quamobrem gaudent ini- mici. *φησί δέ γέ τοι μαθέα τοι δέν, οὐτος μη καγ- ρων οἱ ἔρθροι ποιῶν, εδομη περιτειλιού Η- οντ. ἐργ, καὶ τοι. Πάντα μάλα ἄμφοις ιδῶν, μη γένεται χαροτα γένεται, id est, omnia valde cir- cumplicens, ne viciis latitiam præbeas vxo- rem dicens: seu ne vxorem ducas, ex qua vici- nis, qui te oderunt, latitiam præbeas.*

M I L L E O V I V M] bæc dicuntur hæc ab Agamemnone, eadem loquuntur Menelaus apud Soph. quem locum supra produxi: & item Vlysses his verbis, *Εφθαρτίδες γέροντος εἰς τοτό- μην Διόντας, καὶ τετλωποτέρας.* Ex xer- pos, *ἀντρούς ποιωντας ὑπερτεταγεις,* id est, pecora omni- a modò interfacta, & necata reperimus vna- cum pecorum magistris. *mille oviū autem, id est, mille oveis;* talia sunt illa, quæ proferunt Gellius lib. i. cap. 16. & Macr. lib. i. Satur. ex bo- nis & probatis scriptoribus, M. Tullio, Quadrigario, Lucilio, *mille hominum, mille nummum, mille p. f. s. u. m.*

I N S A N V S] cùm in iudicio illo, & disceptatione armorum Achillis nemo prater Vlyssem cum Aiace contendere, certeque ei omnes ce- derent, Aiace è iudicio discessisse ab Vlyssè vi- etum, armâque Vlyssi adiudicata fuisse, atq; ex ea iniustece Aiace incredibili animi dolore af- fectum in furenum incidisse, cùm multi aucto- res litteris, & memoriæ prodiderint, tûm ea de- re pulcherrima extat ea, quam sœpe iam com- memorauit, Sophoclis tragœdia, quæ inscribitur *Aias μαστιφόρος.* Pindarus quoq. Nem. *εἴδη* ostendens, quanta vis sit callide & artificiose orationis, dicit, Græcos eloquentia Vlyssis, non æquitate, aut veritate rei adductos Vlyssem Aiaci præterisse. *Εγένετο δ' αρα πάρφασις οὐκ γέ- λασ, σφιλώσι μάτων μισθόντος δόλοφερος κα- κοποιού ονειδος:* à τοι μη λαμπρῶν βιατα, *τοι δ' ἀφίστοντος αὐτούς στρέψοις,* id est, Sed nim- rum odiosa olim quoque eloquentia erat, blan- dorum sermonum socia, fallacium cogitationū plena, opprobrium maleficum: quæ id quidem, quod clarum & splendidum est, per vim deprimit: eorum autem, quæ sunt obscura, decus vi- etum attollit.

I N C L Y T V M VLYSSE M] in eadem tra- gœdia Aiak Palladi, quid fecerit, rogati, respon- det se Vlysses domi habere vinclum eo consilio, vt eum domus interioris columnæ altricū, flagellis ad necem cedat.

E T M E N E L. V N A M E C V M] eo ipso in loco Aiak percunctanti Palladi non solùm fa- terunt, verum etiam, vt gloriosum quiddam pre- dicat, se sanguine Græcorum ferrum rinxisse: in eis autem Agamemnonem, ac Menelauum inter- fecisse. *Αθ. η καὶ τοῖς Ατρεΐδαις οὐχιας ζέει;* Ai. *Ωτερού οὐποτε Αἰαντού οὐδὲ ἀπιασθει-* *επι Αθι.* Tebriæ in anaphoræ, τοσοῦ ξεύποντος.

Eximus

T V C U M P R O V I T V L A] verba Plebeij. ^A Càm Græci Aulide detincentur aduersa tem- pestate, neque villa eis nauigandi facultas dare- tur, Agamemnon partim Chalcantis responso adductus, partim ambitione impulsus filiâ suâ Iphigenian simulatione nuptiarum domo ar- cessit Diana immolare instituit: quam Diana ad Tauros usque duxam, cœra in eius locum substituta eripuit. Agamemnon apud Euripidem in ea tragœdia, quæ Iphig. in Aulide inscribitur, sic de hoc Chalcantis responso, sùdque consilio loquitur. *Ηθροποτέρες δέ, καὶ ξεύποτοι πράτες Ημεος ἀπολοια γεώμοιο κατ Αυλίδα, Χάλ- κας δὲ μάρτις Σοτελα μετεγένθων Ανέλεις Ι- φρηνεια, τοιούτης ἡρώας, Αρτεμιδί θυσιας τῇ τοδ' οικήσιν πεδών.* Καὶ πλέον τὸ σερδαῖον, καταποιαφές ^B Φρυγιανὸν Θύσατο, μη θύσατο δ' οὐτοις τούτοις, id est, congregato autem, & vnum in locum contra- tracto exercitu, sedebamus, nauigandi facultatem nos habentes ad Aulidem. Chalcas autem vates, consilij inopia laborans, respondit opor- tere me Iphigeniam, filiam meam, Diana, quæ huic solo præsideret, immolare: quod si Iphige- niā immolaremus, & nauigandi facultatem nobis fore, & Phrygum euerissem: si minus, ea, quæ nunc sunt. Apud Sophoclem autem in ea tragœdia, quæ Electra inscribitur, Clytemnestra ab Electra accusata, quod virum suum interfecit, sic responder, atque hac sui facti defensione virut: quia ille filiam suam solus Græ- corum madstandam præberet non dubitarit. verba Sophoclis sunt hæc: *Ως εἴ τις τεγμένη, εἴ- ουσ, καλάδες Εὔσοδα, τολμή, αρμος οὐκ επει- μοι.* Ηγέροντος οὖτοις οὐτοις τοις ποργύρες έποι. Ει μη σε θυτο, μάρτις ὡς Χάλκας λέγει, id est, vide quanta si hac classi: quā multi Græ- corum duces: quibus non licet ad Troiam na- uigare, nisi te maestem, ut vaticinatur Chalcas. Sed quod diximus suprà, Euripidem, & Eustathium secuti, Iphigeniam à Diana fuisse libera- tam, ac sublatam, nō immolata, Pausanias quoque in Arcad. narrat ab Arcadibus idem vulgo dicitari. præterea restatur Hesiodus Iphigeniā non esse mortuam: sed Diana beneficio, ac mu- nere inferiorum esse Deam, quam Hecaten ap- pellamus. *hærente autem, id est, à ventis aduersis impeditas, & in littore iacenteis.*

P R V D E N S] sciens, iudicio ac voluntate: vel prudenter.

Q V T S P E C I E S A L I A S V E R I S, &c.] ex iis duobus, quæ Agamemnoni plebeius, seu priuatus obiecerat, videlicet eum & diuos pla- cassi suo, id est, filii sue sanguine, & furiosum in eo fuisse: prius illud fassus est Agamemnon: ^D posterius negavit, se furiosum propterè fuisse. Nuc igitur probare conatur plebeius quod ille negauerat, hoc modo. Sed mihi prius admonen- das est lector, huc locu in omnibus libris, quos quidem videbam, tum excusis, tum calamo ex- ratatis esse corruptū: à me autem vnius literæ ad- iectione restitutum. Cùm enim antea ita legere- tur, *Qui species alias veri, &c.* ego sic emendau, *Qui species alias veris,* meam conjecturam doctis omnibus approbatibus, & quod caput est, ipsa veritate, ac sententia hæc scripturâ postulat. spe- cies autem alias veris, seu alias à veris (vtrors; enim

modo loquuntur Latini, ut mox dicimus) sunt species à veris differentes, species falsæ: quib. no- bis occurribus decepti falsa, & prauis pro re- cts, & veris sequimur, expertius, probamus. sic M. Tull. off. 3. de Regulo, *Is cùm Romam venisset v- tilitatis speciem videbat: sed eam, ut res declarabat, ful- sum indicauit.* ibid. apud superiores, utilitatis species fal- sa ab honestatis auctoritate superata est. eadem ratio- ne, falsa visa idem M. Tull. nominat in Lucullo, que cùm habeant quandam veri similitudinem nos inducunt, ut falsa pro veris habeamus. Iam vero hoc genus loquendi, aliud vero, aut, aliud à vero, Latinis est visitatum: ut docuimus in anno- tationibus nostris in lib. i. Aristot. de morib. ad Nicom. ex quibus licet (opinor) nobis exempla in hunc locum transferre. M. Brut. epist. ad M. Tull. lib. 2. *Nos ab initio plectasse otium, nec quicquam aliud à libertate communis quæsiisse, exitus declarat. aliud à libertate, id est, diuertum, discrepans, & dif- fereat à libertate.* Tibull. lib. 3. eleg. 4. *Hoc tibi con- inguum promittit Delius ipse, Felix: hoc alium desine vele virum.* hoc alium, id est, alium ab hoc, alium quām hunc, sic enim & emendat, & explicat M. Muretus mihi assentens. Atque ita loquuntur Græci. Plato in Menone. *ἄλλο διατίθενται, aliud à scientia.* Aristot. rhetor. 2. *τοιούτοις δενον επερον τοιούτοις διατίθενται.* Χαλκεον ὄπιλον ἀνάπτες Ελληνον ὅστι. *Οι νόρος Οὐρανος εἶται Ιλικε ποργύρες ἔποι.* Ει μη σε θυτο, μάρτις ὡς Χάλκας λέγει, id est, vide quanta si hac classi: quā multi Græ- corum duces: quibus non licet ad Troiam na- uigare, nisi te maestem, ut vaticinatur Chalcas. Sed quod diximus suprà, Euripidem, & Eustathium secuti, Iphigeniam à Diana fuisse libera- tam, ac sublatam, nō immolata, Pausanias quoque in Arcad. narrat ab Arcadibus idem vulgo dicitari. præterea restatur Hesiodus Iphigeniā non esse mortuam: sed Diana beneficio, ac mu- nere inferiorum esse Deam, quam Hecaten ap- pellamus. *hærente autem, id est, à ventis aduersis impeditas, & in littore iacenteis.*

Nn

catus est: species veritatis dissimiles. Quod autem simius quidam, indignus, qui a me nominetur, non per scriptum, nihil hic esse mutandum, & quia scriptum sit in omnibus libris manufr. alius veri; & quia tale sit hoc alias veri, quale apud Lucr. aliena salutis, ne ille valde desipit. Nam primum longe dissimili significatio est vocis alienus; deinde longe alia structura, dicunt enim Latini, alienus vero, & vero, veri; & alius vero, alius a vero: nunquam autem alius vero. Tum vero aliud a vero, seu aliud vero, est id, quod est vero dissimile, seu quod non est verum: alienum a vero autem, quod est contrarium & inimicum vero: quemadmodum apud Lucretium, aliena salutis, dicuntur inimica saluti, pestifera, & letalia: apud Horatium autem species alias a veris dicuntur, alias quam vera, differentes a veris, & ita non verae: & apud eundem in illo verso, Nēne putes alium sapientem, bonoque beatum: alius sapiente, & bono sapientis, qui alius est, quam sapiens & bonus: seu alius prater sapientem, bonumque. Denique non potest dici aliud iis de rebus, de quibus alienum, neque alienum de quibus aliud, in eandem sententiam.

Verbi gratia, consuetudo aliud quiddam est a natura, non tamen alienum est a natura. Vulgo enim dicitur, consuetudinem esse alteram naturam. At aliud est a natura: sed non est alienum a natura: dicere enim solemus, artem imitari naturam. Equeum & bonum, id est, τὸ θηλατέα, aliud est a summo, seu scripro iure, non est tamen alienum a summo iure: sed est melius, quam summum ius. Sexcenta alia exempla similia proferre possum. Sed hec pauca sint instar multorum. Fui autem ea causa paullò longior, ut comprimerem quorundam impudentiam, qui cum sint in lingua Latina peregrini atq. homines, quasi Romae cum Varrone, ac Cicerone vixerint, de hac lingua magno supercilio sententiam pronuntiant, & ceteros, qui in ea bona partem atatis consumserunt, arroganter & fastidiosè tertio quoque verbo damnant.

AIA X, IMM E R I T O S D V M o c c.] licet legere huc versum sine interrogacione, vt sit concessio, hoc modo: demus, Aiacem despere interea dum agnos immeritos occidit: tu cum scelus admittis, id est, cum filie sanguine manus tuas cruentas ob titulos inancis, siue mentis es? & videtur argumentum esse a minori, hoc modo: si Ajax infantus haberet ed quod agnosi iugaverit: quanto tu infantior, qui filiam tuam maiestauisti ambitione ad ductus: licet & interrogando pronuntiare. Aliquot libri veteres habent, etiam occidit, quam scripturam magnopere probabo.

S C E L V S A D M I T T I S] filiam occidit, scelus enim cadem semper aliquam, aut impierat cōtinere, vt alibi admonuimus, patriam prodere: parentes violare: Deos contemnere: hominem, qui non leuit, & ciuem occidere, scelus est.

S T A S A N I M O?] idem valeat, quod illud suoperius, Rectum animi seruans: siue compos mentis?

minime verò.

E T P V R V M E S T V I T I O] expers vitij, mendoſe nonnulli coniungunt nomen *vicio* cu voce *tumidum*, purum iuxxit cum patro casu Od. 22. lib. i. scelerisque purus.

C U M T V M I D V M E S T C O R] tale est illud M. Tullij Tuscul. lib. 3. Itaque non infite Herculeo Dionysius ad ea disputat, que apud Homerum queritur Achilleus, hoc (ut opinor) modo. Cörque meum penitus turgescit tristibus iris, Cum dōre, atque omni me orbatum laude recordor. Num manus affecta recte est, cum in tumorē est? aut num aliquod membrum tumidum, ac turgidum non vitiosè habet? sic igitur inflatus & tumens animus in vitio est. Sunt autem versus illi Homeri, quos M. Tullius Latinos fecit, ex ἡρόεσθαι. Αλλά μοι οἰδηντας κραδίν χρόας δοτπότε οὐεῖνος Μήνιστης, οὐ άστυφηλος οὐ Αργείους ἐρέες.

S I Q V I S L E C T I C A] aliud argumentum à minori.

P V P A M, A V T P V P I L L A M] sic habent nonnulli codices calamo exarati, quos ego securus sum. nam vulgata quidem scriptura, *Rufam*, aut *pūfīlām*, que reperitur etiam in nonnullis veteribus cod. mendoſa est, cùm prima syllaba non minus *pūfīlām*, sit brevis, circumfertur & hæc *Rufam*, & *Rufīlām*, quam non improbo. pupus autem idem, quod puer: ex quo pupulus & pupillus. Catull. ad Caton. Deprendi modo pupulū puerū & Rufāntem.

I N T E R D. H V I C O M N E A D I M. I V S P. r.] prætor ei interdicat suorum honorum administratione, tanquam furioso, & det curatorem bonis. sed quid opus est prætoris interdictum, cùm lex ipsa interdicat, ut mox dicemus?

E T A D S A N O S A B E A T T V T. P. R.] tutelam posuit pro curatione, nam propriæ tutore appellantur iurisconsulti, qui datur pupillis: curatorem, qui pueribus, vñq; ad annū 25. Datur etiam prodigis, & furiosis curator: sed non ita, ut pueribus bonis enim eorum datur, non ipsis, seu personis, quemadmodum ex pædætrum libris intelligere licet. verabant autem xii. tabulae furiosum dominum esse rerum suarum. earumq. curatio ad illius gentileis, & propinquos perinebat. Cornificius lib. i. ad Herenn. si furiosus exsistit [alias est incipit] agnatorum, gentiliumque in eum, pecuniamq. eius poterat est. Columella lib. i. cap. 3. scribit, Catonem dicere solitum, eum, qui agrum coleret nec salubri calo, nec fertilem, velut commotæ mentis ad agnatos, ac gentileis esse deducendum. sic & Varro lib. i. de rustica. Qui salubrem locum negligit, mente captus est, atque ad agnatos, & gentileis deducendus. Iustinianus institutionum iuris civilis lib. i. Tit. de curat. furiosus quoque, & prodigi, licet maiore vigintiquinque annis sint, tamen in curatione sunt agnatorum ex lege duodecim tabularum. sic epistola ad Iulium Florum libro 2. His, ubi cognitorum opibus, curisque referuntur, &c. Quod si definit propinquus, datur

tur curatores à prætore, ut suprà epist. i. lib. i. Nec medio credit, nec curatoris egere à prætore dati.

Q VID? SI Q V I S N A T A M] sic legendum est, & ita habent libri calamo exarati, non, ut vulgat, Quod si quis.

M V T A] ἀλόγος, vt idem saty. 3. lib. i. *Matum* & *turpe petu*, homines significans quasi mutos, id est, orationis & rationis experientia ante inuentum sermonis vsum.

I N T E G R E S T A N I M I?] ut suprà ead. sat. Integer est mentis, &c.

H I C S V M M A E S T I N S A N I A.] sic restitu ex libris manuscr. Nam vulgari omnes habent, hic est summa ins. planè inconcinnè, atq; incompositè.

Q V I S C E L E R A T V S] qui sceleratus erit, idem & furiosus erit.

Q V E M C E P I T V I T R. F.] qui fama populari dicitur, que fragilis, & leuis est, hic & furore concitatissima est. Vitream posuit pro fragili: Od. 17. lib. i. pro pellucida, aur splendida, aut marina, quia vitri color, aqua colori similis sit.

H V N C C I R C V M T. G A V D. B E L L. C R.] id est, hic insanus & mente captus est. Circumnotauit, id est, atronitum reddidit, seu εὐλόγησεν. Nam interdum tonitru homines de gradu, & statu mentis deturbat. Bellona Martis foror, sacerdotibus suis, & suorum factorum cultoribus bonam mentem adimebat, ita ut destrictis gladiis cruenti circumcurserent. Festus. Bellona dicebatur dea bellorum, ante cuius templum erat columella, qua bellica vocabatur: supra quam, hastam iaciebant, cum bellum indicebatur. Significat Agamemnonem populari fama adductum & bellum Troianis intrulisse, & filiam suam maestauisse, id est que fuisse.

N V N C A G E] nunc docet, luxuriosos quoque, & asertos infanire.

V I N C I T E N I M, S T V L T O S R A T.] sic loquitur saty. 3. lib. i. Nec vincet ratio, tantumdem ut peccat, délinquat, &c. Nonnulli libri veteres habent Vincent.

H I C] Nomentanus, aut qui quis alius ei similis.

E D I C I T, P I S C A T O R V T I, P O.] edicere est palam, & clare, & veluti pro imperio dicere. Terent. Eunuch. miles, nunc adeo edico tibi:

Ne vim facias ullam in illam, Virg. AEn. 3. *sociis tunc, D*

arma capessant, Edico. Itaque dicuntur edicere prætores, & consules, cum proponendum in publico, vel publicè predicandum, ac proclamandum, curant quid sint obseruatui, vel quid fieri velint, vel aliud simile. hic igitur luxuriosus nepos simul atque amplissimi partimonij heres factus est, atque hereditatem adiit, edicet ut piscatores,

aucupes, vnguëtarij, coqui, cupediarij, lenones, scurrae, & id genus deliciarum, ac libidinum ministri, sibi præstò sint, domumque, veniat. Ad haec que hic ab Horatio dicuntur, pertinet illud, quod dicebat Diogenes Cynicus, prodigos & nepo-

tes sicibus in loco edito & precipiti natu esse

A similes, quia, quemadmodum harum fructibus non homines vescuntur, sed corvi & vultures: ita & profusorum ac nepotum bonis non viri boni, sed affantatores, lenones, meretrices, & tales pestes fruuntur.

T V S C I T V R B A I M P I A V I C I] homines, qui emunt, ut pluris reuendant, id est πατέρων οἱ οἰκοῦντες. Plaut. in Curculione, In Tusco vico ibi sunt homines, qui ipsi se venditantes turbam Tusci vici impian, id est, periuram, sceleratâ Deorum contemtric, nominat, propterea quod hoc genus hominum nihil proficiat, nisi strenue mentiatur, & peieret, alij lenones malunt significari, qui omnium maximè sunt periurati, atque impii, quod videtur verius, sequitur enim mox *Verba* facit leno. Iam vnde appellatus sit vicus Tuscus, docet T. Liuius lib. 2. & Varro lib. 4. de Ling. Lat. & Seruius ad illum locum Virg. AEn. 5. *Tres equum numero turma*, vbi hunc locum profert.

C V M S C V R R I S] scurræ sunt πατέρων οἱ οἰκοῦντες, qui risum mouent ditibus pabulâ causa.

F A R T O R.] à farciendo fartores appellati, qui farcimina conficiunt.

C V M V E L L A B R O] velabrum, locus Roma à avendo dicitur, quod cum paludibus mons Aventinus à reliquis esset disclusus, eō ex urbe, quadrante soluto per paludes illas aduehebantur. Alij à velis, propterea quod viam, quę è foro ad hippodromum ferebat, velis obtēdere solebāt. In eo habitabāt vnguëtarij, ut vult Porph.

M A C E L L V M] macellum dictum vel à voce Græca μάζευσις, paucis litteris immutatis, vel à Macello quadam, qui exercetabat in urbe latrocinia: quo damnato cōsores, AEmilius, & Fulvius, statuerunt, aut ut in domo eius obsonia vendetur: aut ut ex eius pecunia locus publicus obsonia vendidis accommodatus extrueretur. sic ferè Varro lib. terum Romanarum, & Plutarchus quæstion. Rom.

A C C I P E Q V I D C O N T R A] quidam libri veteres habent, Accipe quid contra haec et c. Accipe autem, id est audi, seu cognoscere. sic Virg. lib. 2. AEneid. Accipere nunc Danam in fiduciā, notat Seruius ad illum locū, *da ritore nobis*, in Tityro.

A Q V S] placidus, facilis, assentiens huic legi, & quicquid animo orationem lenonis audiens, est enim haec vis huius nominis interdum, ut saepe ante admouimus.

I N N I V B L V C A N A] alloquitur venatorem, dormis sub dio, αἴρεσθαι, suprà Od. 1. lib. i. manet sub Ione frigido venator.

T V P I S C E I S] haec oratio habetur ad piscatorem.

H I B E R N O E X A Q V O R E] ex mari pisces euerris tēpore hiberno, hieme piscaris, quo tēpore difficilior, laboriosior, periculosior denique est piscatio. Scriptura, quā in quattuor codic. manuscriptis, yno Vatic. Rain. cardin. Iann.

Tornes. reperi, liberno ex aquore verris ita mihi, & omnibus viris doctis, quibuscum communicaui, probata est, vt temperare mihi non potuerim, quin ita excedendum curarim; quamquam vulgatam vellis non damno. à verbo verrendi autem exercitulum esse nominatum, reis genus, quod, quicquid piscium nactum fuerit, evenerit, docet Nonius: citatque locum illum Cicer. ex orat. de signis. *Quod unquam, indices, huiusmodi exercitulum illa in provincia fuit?*

D E C I E S] decies centena festerium nummum millia.

T I B I T R I P L E X] triplum: & ita fortasse legendum. Idenonem alloquitur.

M E D I A D E N O C T E] infra epist. ad Mæcenatem 2.lib.1. media deno[n]te caballum. *Aripit.*

F I L I V S A E S O P I] Clodius Aesopus, Clodij Aesopitragædi filius, luxuriosus nepos: cui Aesopum patrem histrionom ducentes festerium reliquisse constat. Dignus planè fuit pater filio, siquidem illius patina sexcentis festerium fuit aestimata, filius autem margaritas deuoravit.

D E C I E S] id est, decies centum millia festerium nummum.

S O L I D U M] integrum, non comminutum, uno haustu.

D I L V I T] aceto maceravit, & liquefecit.

B A C A M] unionem, margaritam. sup. Od. 8. epod. *Nec sit marita, que rotundioribus onus bacis ambulet.* Tradit Suetonius C. Caesarem Caligulam similiter portentosissima ciborum genera esse commentum, ut pretiosissimas margaritas a cato liquefactas obforberet. Tale quiddam & de Cleopatra narrant.

N E Q U I T I A, E T N V G. P R A V O R. E T A M. G E M.] Inequitia (id est, luxuria, & profusio vite genere) & ingenui levitate, & studio rerum malarum simillimum. vide annot. ad illū locum *ad cetera pane gemelli.* epist. ad Fuscum Arist. lib. 1. male enim Porphyrio, si modò eius oratio est, putat gemellum possumus esse pro gemmorum. Iam nequam homines dicuntur libidiposi, luxuriosi turcomes, & voluptatibus liquefacti homines, ad nullam rem vitiles, ut alibi diximus.

L V S C I N I A S] hic fit oeuopeis, duarum vocalium i&e, vt alibi docuimus. hoc idem factit Aesopum histrionom tradidit Plin. lib. 10. his verbis, *In patina posuit aueis cantu aliquo, aut humano sermone vocalis sex nummis singulas coemtas nulla alia indectus suauitate, nisi ut in his imitationem hominis mandaret.*

I M P E N S O. C O Æ M.] impenso pretio contra: magno pretio comparatas.

Q V O R S V M A B E A N T S A N I:] id est, nonne strabulum, si indicentur, aut censeantur fani?

C R E T A, A N C A R B O N E N O T A N D I:] laudandissime sunt, an vituperantur: in tribus cod. antiquis scriptum reperi. *Quorsum abeant fani, ut creta, an carbone notari: ut fortasse ita legendum sit,*

A *Quorsum abeant creta, ut fani, an carbone notandi: utrum induceret lector porcius. Vnum testabor, in omnibus libris antiquis scriptum esse notati.*

A E D I F I C A R E C A S A S] hæc solent à pueris factitari. Tibull. lib. 2. elegia 1. *Turbag, vernarum satiri bona signa coloni ludet, & ex virginis effret arte casas.* Conatur autem ostendere, puerilius esse amare, viro barbato, quam hos ludos puerile ludere.

P L O S T E L L O] plostellum, pusillum plastrum: sic sup. dixit plofra ducenta.

E Q V I T A R E I N A R V I N D I N E L O N G.

Valerius Maximus lib. viii. cap. viii. *Socrates non erubuit tunc cum interposita arvindine cruxibus suis cum parvulis filiolis ludens ab Alcibiade visus est.* Idemque de Agesilaō traditum est à Plutarcho in apophthegm. Laconicis. *Φιλοτεκνότετος δὲ ὁ Αἰσοπότος λέγεται ὅτι μαρποῖς τοῖς παιδίοις καλαμοῖς οὐτιστέος ἔστερης ἐπονος, οἷος σωτῆρις.* &c. hoc etiam ab Aeliano relatum est lib. 12. *ποντίλης ἴσχεις.*

A M E N T I A V E R S E T] id est, is dicendus. sit amens, vel non dubiu fuerit, quin eum amens agit. duo cod. calamo exarati habent amens vexes, quæ scriptura non est rei scienda: neque tamen ad modum refert viro modo legas, quod ad sententiam attinet.

S I P U E R I L H I S R A T I O E S S E E V I N] admonitionem lectorem velim, libros omnes vulgaros esse corruptos, in quibus hæc scriptura inueniebat: *sic puerilium: cùm legendum sit, si puerilus his ratio effe cuincet am. ut habent quatuor cod. antiqui, vnuus Vatican. Iann. Faer. Tornes. & item Clericanus, & Nicotianus. Hoc igitur sentit Horatius, si doceo, ac peruinco rationibus & argumentis firmissimis, puerilius & stultus esse homini barbato amare, quam adificare casas, & similia: nec quicquam interesse, utrum talem nunc, barbatus, & gradiis natu scilicet, ludum ludas, qualem olim ludebas, cùm puer esses trium annorum, an meretricis amore captus plores: quæro ex te, sìne facturus, quod olim fecit Polemo, qui, cùm ante mollissime, ac dissolutissime viueret, assiduèque in coniuis, & lustri versatur: postea quād à Xenocrate philosopho Academicō reprehensus & obiurgatus est, omisso priore illo, viuendi genere, dicitur sese totum ad sapientiæ studium contulisse?*

T R I M V S] puer trium annorum, coniungendum est autem nomine trimus, cùm aduerbio prim, hoc modo, utrumque in pulvere tale nunc opus ludas, quale prius ludebas, cùm trimus eras, itaque tollenda est distinctionis nota, quam habet vulgati codices post vocem trimus, & post nomen puluere locanda.

P O L E M O] hanc rem sic Laertius, *καὶ πάτερ οὐθέποντος τοῖς νέοις ἐπεραποδίους, καὶ μεθιστούσις τοῖς Ξενοκράτεσσιν ἀπόλεις.* id est *αγιτάταις οὐειπεις ηλόγοι οὐολος.* *καὶ δὲ αἴσιοι οφοτούντοις.*

οφοτούντοις. ἀξεῖον δὲ τὸ μετεχόντοις, καὶ τὸ διάλογον, καὶ δύο εἶναι φιλότανος, ὡς Καρδιάνεν τοὺς ἄλλας, καὶ αὐτὸν Αἰσχύλον τὸν χρήσιται, id est, Et aliquando re cum iuueniis confirmata, coronatis, & obvris in Xenocratis scholam venit. Ille autem oualis immotis, similiter orationem connectebat: eratque sermo de temperantia. Adolescens autem audiebat paulatim caput est: & usque adeo fuit industrius, studiisque ac laboris deditus, ut ceteros superarit, & magistro in schola succedat.

C O R R E P T V S] libri aliquot veteres habent correctus, quod magis probo: & ita excudi iussaram, potest tamen recepta scriptura ferri.

M A G I S T R I] Xenocratis. M. Tull. de finib.

b lib. 5. *Αἱ Xenocrates, βίκειοι auditor Poleno.* Fuit autem Xenocrates, continentissimus: de quo cùm Lais meretrice aliquando sponsonem fecisset, ni eum ad suis amplexus pellicet, atque ad eo perpelleter, & sub noctem metu simulato ad eum confugisset, ut apud illum totam noctem manendi, & cum eo cubandi causam probabilem, seu necessariam potius haberet: ille eam quidem domum recipit, & secum cubare passus est: sed ne tantillum quidem commoratus est. qua re comperta cùm ij, qui cum ea sponsonem fecerant, quasi sponsonie viæ, pecuniam stipulatam flagitarent: respondit illa, se de homine, non de lapide, sponsonem fecisse.

P O R R I G I S I R A T O] conferit iterum amatorem cum puro.

A G I T V I S E C V M, B A T, A N N O N] totus hic locus ex Eunucio Teret. ferit ad verbum expressus est, vbi sic Phædria. *Quid igitur faciam? non eam, nem nunc quidem. Cùm arcessor ultro? an potius ita me comparem, non perpeti meretricum contumelias? Exclusit, reuocat, redet? non si obsecret. imitatus est & Persius fat. 5. Nunc ferus ex violens: at si vocet, haud mora, dicat. Quidnam igitur faciam? nec nunc cùm arcessor, & ultro Supplicat, accedam: in veru Horat. Exclusit, reuocat, redet? non si obsecret: sub-intelligendum est me, ut sit integra oratio, qualis est apud Terent. non si obsecret. agit porrè restituui auctoritate nouem codic. antiqu. adductus, vnius Vatican. Rain. Card. Tornel. 2. Nic. 2. Russard. Cleric. mei: agit secum autem, id est, loquitur secum, nam qui loquitur, agit, ut infra annot. ad epist. 2.libr. 2. veru 3. *Tibure vel Gabius, & tecum sic agat, &c.* Plato Cratyllo. *τὸ λόγευσία της τοῦ ποτέζεων* δέ, id est, loqui, scu, dicens, vna quadam est actio.*

Ω H E R E, Q V A R E S N E C M O D U M H.] sic legendum, non cubitale. quanvis enim utrumque sit Latinum, tamen cubitale, non patitur carminis lex. nam prima nominis focalia syllaba producitur, cùm à faucibus sint appellata. est autem cubitali cùbito nominatum. erat enim puluinus, cui innitebatur inter cenandum: quamquam hæc tegmentum brachiorum potius significat, quod *ἀλεξανδρία, seu αἰγαλεῖαν* Græci appellant. focalia autem solita erant adhiberi ab imbecillis ad arcendum frigus à collo, & fauces. eisdem vtebantur mulieres, mollesque, & voluptarij homines, paulum à mulieribus differentes. Quintil. libr. 11. cap. 3. *Palliolum sicut fasciis, quibus crura vestiuntur, & focalia, & aurium ligamentia, sola excutare potest valerudo.*

S I B I N I H I L O P L V S E X P L I C E T] Terent. *Nihilo plus agis, quam si des operam, ut cum ratione insanias.*

P I C E N I S] saty. proxima, Picenis cedunt pomis Tiburtia succo.

G A V D E S, S I C A M E R A M] Quid: (inquit) cùm tu excerpens semina ex pomis Picentinis,

gaudes si quo casu camerā i. teatū in curuitate
formatū, ut exponit Festus, percussisti? penes te es?
id est, cōsideris mentis compos? profestō non es *gaudēs*,
igitur, nempe quāsi ea res significet, omnia
tibi lata & secunda in amore euentura. Atque
hunc locum ita esse intelligendum argumento
erit id, quod a Iulio Polluce lib. 8. eo capite, in
quo conuiutoriorum lusus enumeratur, traditum est.
Ἐπὶ τοῖν τῷ ἀγρῷ τῆς μήλων, ὅπερ ἔγειται
τοῖς μήλοις εὐδέλε, ἐκροις τοῖς ερπάστοις τῆς δέ-
ξιας δύο δακτύλων συμπλέοντες ἐπὶ τοῦ πό-
ρου καὶ ὡλαπτηρὸν δι' εἰς τοὺς ὑψούς προβαίνεις, επι-
κλίνοντος τὴν πλευρὰν τῶν ποδῶν τῆς πα-
δίκων. &c id est, Praterea seminari malorū, seu po-
morum, quod inest in intimis eorum partibus,
summis primis duobus manus dexteræ digitis
comprimentes adhuc madidum, & lubricum, si
ad laquear, aut cameram subfiliisset, ex eo signi-
ficari putabant, puellarum suarum erga se bene-
volentiam, &c. Alij simpliciter intelligunt, signi-
ficare Horatium, sani hominis non esse, tempus
conterere in mittendis, & exprimendis in ca-
meram seminibus: quod ferè facere solemus
cū cerasa editius: neque tamen iccirco extra
mentis potestatem esse dicimus, maximè si in
regno nostro id faciamus: aliud agere fortasse,
& operam ludere videri possimus.

QVID? CVM BALBA)hypallage est. crat enim recta locutio, Quid? cum balbis verbis annosum palatu feris, & verberas, id est, cum gran dis natu iuuenum more puellam blandè appellas, quì sanior es eo, qui casas adificat? ferre autem repeti scriptū in quinque cod. vet. vno Vatic. Iann. Torn. Clericano, Nicoriano, alij libri habent, seris quodtamen non damno.

A D D E C R V O R E M S T V L T I T I A E accedat (inquit) ad stultitiam amatoris, scelus, cædes, crux, ut saepe fieri solet, nempe cum misceretur cum amore odium. Tum scilicet malum ingravescit: tum fit insanabile, ac mortiferum amoris vulnus.

AT QVE I G N E M G L A D I O S C R U T Y.]
idem dicit, sed obscurius, & Pythagoreorum
more, ἀνθεκτικός, & οὐρανοκός, amor ignis
est, si quis ad amoris insaniam scelus addat, dici
poterit ignem gladio scrutari.

M O D O [I N Q V A M] H E L L A D E P E R C.]
Marius quidam Helladem impotenter amabat; D
à qua cùm se sperni, & contemni putaret, eam
interfecit. quo factò incredibili mærore &
ægritudine affectus, atque afflitus, se se è sublimi
præcipitem demisit. en tibi crux cum stultitia
coniunctus. Marij igitur exemplo ostendit ple-
rumque homines ab amora ad cædem, & scelus
progreedi.

CERRITVS FVIT, AN]id est,fusitne fui-
frofus & infanus, an scleratum quidem fusisse
iudicabis,& tamen infanum negabis, & sanum
fusisse dices;perinde ac fidicat:quo pacto potest
esse sanus,& scleratus?an hoc dices,Mariu non

A fuisse insanum, sed sceleratum, distinguēs sceleratum ab insano, & suo quanique rem nominem volens appellare: quod quidem ineptum, & absurdum est, nam satis probarum est, eum sanum non esse dendū, qui sit sceleratus, & cæde pollutus, καὶ μερόπος; *Cerritus* dictum quasi Cerritus, id est, à Cerere percussus, Δημητριάδος, νομοφόλικτος. Itaque duæ syllabæ breues, & reinviam longam coierunt. Plautus Amphit, quæso quin tu iſtāc tubes Pro *Cerrita* circumferri? Idem in Pēnulo. Ne tu opinere, hanc quisquam hodie nostrum turret per vias: *Noque nos populis pro Cerritis inſtabilis lapidibus.* Idem in Rudente, *Eleborosus* sum. G. at ego *Cerritus*: bunc nō mitiam tamen. Non, Marcel, Cerritos, & laruatōs dici maleſanos, & aut Cerris ira, aut laruarum incursione vexatos ait. Sed no quis miretur, me *Cerritus* excudendū curasse, liquido confirmo sic esse scriptum in omnibus libris antiquis. Oblata occasione non pi-

Sed ne quis miretur, me *Cerritus* excudendum curasse, liquidum confirmo sic esse scriptum in omnibus libris antiquis. Oblata occasione non pigebit me lectori indicare Simeonis Bosij Lemouicis coniecturam de quodam Cic. loco in epist. 5. lib. 8. epist. ad Att. non longe à princip. vbi sic legitur in nostra editione, ut & in vulgaritate, nisi quod versum Gracu emendauimus. *Et si soler eum,* cum aliquid furiosè fecit, panitere. namquā autem [al.] tamen certior fuit, quam in hoc negotio. Nam, quod ad te non scriperā, postea audiui, à tertio miliario tum eū issi, Πόλλα διδίτω κέργεστων ἐσήργη γυμνάσιον, &c. Ille igitur pro certior fuit, legendū censet certior fuit, id est, insanior: & pro eum esse, euomuisse, &c. Versum eratam Gracum immutandum cenfiter: in quo ab eo disserimus. Sed hac de re aliás.

LIBERTINVS E R A T , Q V I nunc ad
superstitiones veniamus: vel, vt quidam volunt,
ad eos, qui supra modum mortem extimescunt.
verum tamē potius de superstitionis sermonem
nunhaberi puto, præsentis cūm testetur Por-
phyr libertinos ab Augusto his sacris præfuisse,
& ex eo Augustaleis esse dictos.

CIRCV M COMPITA] in quibus erant Latres ab Augusto positi. Immo verò ante Augusti tempora. Cöpitalia sunt appellatae dies festi Laribus attributi. Ouid. libr. 2. Fast. qui compita servant. Et vigilant nostra semper in ade Lares.

s i c c u s] ne quis dicat eum vino madidum,
& ebrium fuisse.

L A T V I S M A N È S E N E X M A N I B V S]
oraturi manus lauabant, præterè Hesiodus ve-
tar illotis manibus Ioui manè libare: quoniam
(inquit ille) non audiunt, sed respiciunt preces.
μηδέποτε δέ τοις Διοῖς λέγεται εὐθύνα οὐνος Χερῶν
αντίστησαι, μηδέ διλοις εἰσενέποισι. Οὐ γάρ τοις
καλέσασι. Στρατηγούσον δέται πρός.

ET VNVM QVID DAM M. A.D.] ad il-
la superiora hoc addebat, quod sequitur. adde-
bat ad facta, hæc verba, quibus Deos orabat, ut
solus à morte vindicaretur. quid potest autem
mortalis à Diis petere maius, quam immortali-
tatem? Quidam libri manuscripti habent, &
vnus, Quid tam magnum: addens: vnum me, &c. que
scriptura

scriptura sicui probabitur, videtur hæc eius est sententia. & orabat deos his verbis, vñ me, m
(inquam) vnum, morti surripit, id est, à morte vindicante, quid tam magnum est, quām immortalitatem consequi? vel hic distingue: quid? tam magnum id est, quid? estēne hoc tam magnum diis immortalitatem consequi, cūm dij omni possint? Dīs etenim facile est, &c.

V N V M M E S V R P I T E M O R T I] m
vnus ab inferis & Orco vindicante, me vnū im-
mortalitate donare: vel me vnū alius omnibus
superstite esse iubete. his verbis superstitionis
descripsi putabat Simeo Bosius, quia quemad-
modum parentes, qui totos dies deos orabantur
ut sibi filii essent superstites, sic circa superstitione-
dicti sunt: ita hic, qui se vnum omnibus super-
stitem esse exoptat, superstitionis est appellan-
dus, a quo dissenserit. *Surprite autem dictum pro-*
surprite, id est, subducite, eripite.

DIIS ETENIM FACILE EST] ex habitu
intelligimus, hunc libertinum superstitione
fuisse. sed non videtur mihi omittendum, ac
dissimulandum, quod quidam vir doctus mil-
dixit aliquando in sermone: hunc libertinum re-
ed poni ab Horatio, vt nobis superstitione ex-
plum suppediter: sed potius vt hominis nimis
mortem extimescentis. mouebatur autem ver-
bis illis, *vnum me surpite morti.* Iam ne hoc qui
dubium est, quin mortem supra modum horri-
re, vitiosum, & vituperabile sit. ego nihil pro-
nuntio, & suum cuique liberum iudicium re-
linquo.

S A N V S V T R I S Q V E A V R . A . O . M .
sanus toto corpore quidem ille, sed mente no-
item.

M E N T E M , N I S I L I T I G I O S V S , E
C I P . D .] id est , mentem autem dominus
vendendo , exciperet , id est , excepisset , nisi litig
re vellet , vel nisi liteis amaret . Vt hic locus au
planius intelligatur , sciendum est , venditore
mancipi , qui in vendendo , serui virtia , quæ sci
debuit , & que non sunt in promptu , tacuit , pra
fage edicto adilium : videlicet , si non sit san
sue corpore , sive animo , si fugitiuus , si fur , q
de re vide annot . ad illum locum , in seculis lat
metuerent pend . hab . epist . ii . libr . 2 . sed queret al
quis , qui poterat hic à domino venire , aut om
nino dominū habuisse , cùm esset libertinus ,
hic dicitur nam libertini nūquā seruerat seruit
tem , quippe qui essent liberti filij , (loquor au
ex eorum sententia , qui volū inter libertos .

(exstituit remittita, qui voltu inter libertos, & libertinos discrimen fuisse.) Puto respōderi posse, aut libertinum pro liberto hīc esse possum: itaque cū seruus esset vēditus: ab emtore, cui vēditor in lege mancipij receperat, esse sanum corpore, & furris, noxiisque solutum, fuisse manumissum. aut Horatiorum, siue potius Damasippum non dicere, hunc libertinum aliquando fuisse à domino venditum: sed hoc rātum, si hic libertinus, seruus esset, & à domino suo vende-

Nn i

Non dicam.

I A M D E S I N E] verba Horatij sua vitia à
Damasippo innitè audientis, hoc modo. Desine
Damasippe in me tot maledicta congerere, aut
tot mea vita enumerare.

C V L T V M M A I O R E M C E N S V conti-
nuans orationem Damasippus, omittit (inquit)
cultum maiorem censu. significat autem his ver-
bis, Horatium sumtuosus & vivere, & vestiri,
quā censu eius ferat. Nō dubium est autem,
quin Horat. dum sibi parum parcit, aliorum vi-
tia urbanè notet, arque infestetur. huc pertinet
illud epist. 17. lib. 1. *Gloria quem supra vices, & ve-*
fit, & vnguit, &c.

T H E N E A S D A M A S I P P E T V I S T E.]
id est, tuis te vitiis contineto: aliena autem ne-
tangito. fatis multa habes vita: noli esse in alienis
exquirendis, & aperiendis curiosus. habes
domi, quod agas.

M I L L E P U R E L L A R V M] Haec quoque
sunt Damasippi Horatio libidinem, & infanos
amores obiciens, nam repetendum est ~~zōg~~
zōg non dico.

O M A I O R T A N D . P A R C . I N S A N E]
tertiò Horatius iubet Damasippum finem face-
re sui obiurgandi, ac reprehendendi, hoc mo-
do: & Damasippe, quæsio definas tandem tu, qui
me infanores, mihi minus infano maledicere:
parciis me obiurgato, cum tu sis me vitiosior,
stultior, arque infanior. tale ferè est illud ex sat.
3. lib. 1. quid tu nullane habes vita? immò alia, & for-
ta se minoria.

A R G V M E N . S A T Y R . 4.

C atium Epicureum inducit quædam artis
culinaræ præcepta tradentem. Sub huius Catij
persona sc̄tā illam irridet, vt que in huiusmodi
rerum cognitione, tanquam maximi facienda,
valde sibi placeret, & lauræ mēla honorem af-
fectaret. Interim tamen pleraque à vera culinari-
æ artis scientia aliena hic ei tribuere existimat-
ur, vt illos eam quoque falso sibi arrogare ostendat.

V N D E , & qud Catius? non est mi-
hi tempus, * auenti
Ponere signa nouis præceptis: qualia vin-
cant
Pythagoran, * Anytique reum, doctūm-
que Platona.

Peccatum fateor, cum te sic tempore lauo
Interpellarim: sed des veniam bonus, oro.
Quod si intercederit tibi nunc aliquid, re-
petes mox:

* Sine est naturæ hoc, sine artis, mirus v.
troque. (rem.

Quin id erat curæ, quo pacto cuncta tene-
vt poteres * tenuis, tenui sermone per-
actas.

Ede hominis nomen: simul & Romanus,
an hospes.

Ipsa memor præcepta canam: celabitur
auctor.

Lōga quibus facies ovis erit, illa memeto,
Vt succi melioris, & ut magis alba rotu-
dis,

Ponere. namque marem cohibent calloſa
vitelum.

Colé suburbanò qui siccis creuit in agris,
Dulcior, irriguo nihil est elutius horio.

Si vespertinus subito te oppresserit hospes:
Ne gallina malum responſerit dura palato,

Doctus eris viuā misto mersare Falerno.
Hoc teneram faciet. pratensis optima
fungis

Natura est: alii male creditur. ille salu-
breis

Æstates peraget, qui nigris * prædia moris
Finiet, ante grauem qua legerit arbore
solem.

Aufidius forti miscebat mella Falerno:
Mendoſe: quoniam vacuis committere
venis

Nil, nisi lene, decet. leni præcordia mulſo
Prolueris meli*, ſi dura morabitur alius:

Mitulus, & viles pellent obſtantia con-
chæ, <sup>lēllas in
genus in
ſum et in
ruber</sup>

D Et lapathi breuis herba, ſed albo non fine
* Coo. vino. infa rati. & huius lib. facula coa

Lubrica naſcentes implēt cochyliæ luna.
Sed non omne mare eft * generofæ fertile
teſta.

Murice Baiano melior Lucrina Peloris. ²⁰
Oſtreæ Circæis, Miseno oriuntur echini.

Quod ſi intercederit tibi nunc aliquid, re-
petes mox:

Nec giam ſoli
in pelorus
tare ſi illi
cruſo fengi
nihil deſtituit

Nec ſibi cenarum quiuis temere arroget. ^A Eft opera & pretiū duplicitis pernoſcerē iuris
artem,

Nō prius exacta tenui ratione ſaporum.
Nec ſatis eft cara pifcīis auerrere mensa,
Ignarum quibus eft ius aptius, & quibus
aſſis

Languidus * in cubitum iam ſe coniuua
reponet.

Vmber, & ligna nutritus glande rotu-
dis ^(ue.)

Curuat aper lanceis carnem * vitantis
inertem.

Nam Laurens malus eft, vluſis, & arun-
dine pinguis.

Vinea ſummittit * capreas non ſemper e-
duleis.

Fæſundi léporis * ſapiēſ ſectabitur armos.

Pifcibus, atque auibus qua natura, &
foret etas,

Ante meum nulli patuit queſita palatum.
* Sunt, quorum ingenium noua tantum
crufula promit.

Nequaquam ſatis in re vna conumere
curam:

Vt ſi quis ſolum hoc, malane ſint vina, la-
boret,

Quali perfundat pifcīis ſecurus olio.

Mafſica ſi cælo ſupponas vina fereno:

Nocturna, ſi quid craſi eft, tenuabitur
aura:

Et decedet odor neruſis inimicus: at illa
Integrum perdunt * lino vitiata ſaporem.

Surrētina vafer qui miſcit face Falerna
Vina, colubino limum benè colligit* ouo:

Quatinus ima petit, * voluens aliena vi-
tellus.

Toſtis marcentem ſquillis recreabis, &
Afra

Potore cochlea. nam lactuca innatat acri
Post vnu ſtomacho: perna magis, ac ma-
gis hillis ^(lit.)

Flagitat in morſus refici. quin omnia ma-
petes mox:

Quæcūque immūdiſ feruēt allata popinis.

Nam quanuis referas memori mibi per
ctore cuncta:

Non tamen interpres tantumdem iuu-
ris adde

Vultum habitumque hominis: quem tu
vidisse beatus

Non magni pendis, quia contigit: at mibi
cura

Non mediocris inest, fontes ut adire re-
motos,

Atque haurire queam vite precepta
beatae.

V N D E , E T Q Y D] sic orditur Phædrum
Plato. φίλε Φῶφε ποῖ δικαγόνωσ; id est, care
Phædre, quid, & vnde?

C A T I V S] Catus philosophus Epicureus

Insuber: de quo M. Tull. epist. ad Cassiu libr. 15.

Nam, ne te fugiat, Catus Insuber Epicureus, qui nuper

est mortuus, que ille Gargurinus, etiam ante Democritus

ἐβολα, hic pectora nominat. Idem eodem libro, cū

dem Catium, & Amafanum, [seu Amafinum,]

malos verborum interpres appellat. Hunc inducit

Horatius apud se querentem, & cogitantem

quibus nominibus vitatur in interpretandis, &

Latinè exprimendis Epicureis quibusdam præ-

ceptis, que ad artem culinariam, conuiuijappa-

ratum, obsonia, cōdimenta, & similia pertinet.

Itaque interroganti Horatio vnde veniat, quod

eat, responderet, & esse occupatissimum in appelle-

landis, & exprimendis iis, quae dixi, præceptis.

N O N E S T M I H I T E M P .] non est mihi

tempus vacuum: non sum vacuus, dum cupio

litteris & memoria mandare noua quædam

præcepta Pythagoræis, Socraticis, Platonicis

potiora.

A V E N T I P O N E R E S I G N A] cupienti

imponere nomina nouis præceptis, num quan-

à quoquam traditis, eadémque litteris manda-

re signa inter pretor nomina, & vocabula ter-.

nomina enim sunt rerum nota, & ὀπέτει, id

est, signa, ut docet Aristoteles. Iccirco ea appel-

lat Horatius indicia epist. de arte poët. si forte ne-

cesset Indicus monstrare recentibus addita rerum, eo-

dem pertinet illud in ead. epist. licet, semperque li-

cet signat presenti nota producere, seu (ut alij le-

gunt) procedere nomen. licet etiam interpretari si-

qua ponere, litteris mandare. Nam etiam litteræ

funt nota, & signa rerum. Vir quidam doctissi-

mus, id èmque amplò sacerdotio prædictus dice-

bat, per signa significari imagines, que adhibe-

bantur ab iis, qui artificialiter memoriam cole-

bant. quam sententiam quamvis non improbē

(nam ut litteris, ita & imaginibus memoria ad-

iuatur, & conservatur: præterea utræque ad
A res significandas comparata sunt, quemadmodum
& vocabula) tamen signorum appellatio-
ne mihi magis placet, voces, & nomina aut lit-
teras, quæm imagines hoc loco intelligi, maxi-
mè cùm constet, hunc Catium nominibus, &
vocabulis Latinis disciplinam Epicuream ex-
plicuisse, litterisque mandasse, ut suprà ex M.
Tullio ostendimus. Aduuat sententiam meam
Arnobius: cuius hæc sunt verba lib. 4. An num-
quid iamdudum sine nominibus dī erat: & postquam
res nasci terrisq; inesse ceperant, his à vobis dignati
sunt signi, atque appellationibus nuncupari?

Q V A L I A V I N C A N T P Y T H . A N Y T H .]
id est, quæ talia sunt, vt Pythagore, Socratis, Pla-
tonis disciplinam vineant: vel simpliciter, cu-
mīnodi præcepta vincere possint, &c. in cod.
lann. scriptum erat vineant: itaque postea scrip-
tū reperi in Nicotianis, & Clericano, & duo-
bus aliis: in Rustardinis duobus, & tribus aliis
vincent: in vulg. vineant. ego vincent non impro-
bo, vineant tamen malo. Verum tamē iudicent
dō.

A N Y T I Q Y B R E V M] Socratem: cuius tres
fuerunt accusatores, Melitus sycophanta, Any-
tus sophista, iratus Socrati quod ab eo coquic-
tus & reprehensus esset, Lycon Rhetor, & cō-
cionator popularis.

T E M P O R E L A E V O] tempore inopportuno:
intempestiū. cuius contrar. dextro tempore.
sat. i. huius lib.

C I N T E R C I D E R I T] è memoria interea ef-
fluxerit, hæc enim vis est huius verbi: quemad-
modum interceptæ litteræ dicuntur, quæ inter-
ea dum afferuntur ad eum, ad quem datae sunt,
ab alio capiuntur.

R E P E T E S M O X .] vel memoria repetes,
vel simpliciter retractabis, & recoles.

S I V E E S T N A T . H . S I V E A R T . M .
v.] qui, siue memoria natura cōficit, siue arte, v-
tique mirum in modum excellis: vel ita: qui,
siue hæc res, in qua tu occupatus es, sit naturæ,
siue doctrinæ, in vtræque præstas.

Q V I N I D E R A T C V R A] immò (in-
quit Catus) hoc ipsum agebam, quemadmodum
omnia memoria mandarem. Itaque nō erit mihi
molestem, neque alienum à meo instituto, &
consilio, tibi illa narrare. sic enim facilis me-
moria infigam.

R E S T E N V E I S] res subtileis, tenuitque
limatas, & qua sub aspectum non cadunt: tan-
tum cogitatione comprehenduntur, λεπτὰ νόη-
ματα, τὰ μὴ παλλοῦσαν ἀνθητα.

T E N V I S E R M .] λεπτοῖς λόγοις, vnde λεπτο-
λόγοι, qui res tenuis & argutas, & minutas lo-
quuntur: & λεπτολογεῖν, arguta minuta, & tenuia
loqui.

L O N G A Q Y I B . F A C . O V I S] Primùm,
quid hac de re tradiderint probati scriptores,
proponam: deinde sententia Horati (si id con-
sequi

sequi potero) explicabo. Aristoteles igitur ita
scribit lib. sexto de histor. animal. ἐπὶ δὲ τῷ μὲν
μακρῷ, γένεα τῆς ἀνθρώπου, θήλεα· τὸ δὲ προγ-
όντα, τῷ οὐαὶ φέρειν ἔχοντα τὸ τὸ δέδη, δέρπα,
id est, ea quidem ouia, quæ longa sunt, & acuta,
feminam excludunt: quæ autem rotunda, & ob-
rufa ab ea parte, quæ acuta solet esse, marem. Plinius
autem lib. 10. cap. 52. planè pugnantia tradit
his verbis, feminam edunt, quæ rotundiora gignuntur
reliqua marem. Columella lib. 9. cap. 5. cū Plinius
congruit his verbis, Cūm volet qui quæplurim
mos mares excludi, longissima queaque, & acutissima
ouia subiicit, & rursum cum feminam, quæm rotundi-
sima. Veniamus nunc ad Horat. qui non videtur
à Plinio, & Columella discrepare. hoc enim di-
cit, mea quidem sententia: ouia, quibus longa est
figura, seu forma, meliore sunt lucco, & candi-
diora, quæm rotunda. ea igitur memento appo-
nere potius, quæm rotunda, nam hæc, quæ dico,
lōgo, cūm sint veluti callo obducta, id est, dura,
marem vitellum cōtinent, at ea, quæ marem vi-
tellum continēt, iis meliora, & salubriora sunt,
quæm fæminea, quid videtur significare Plinius
codera loco. sic enim ille, que oblonga sunt ouia,
gratioris sapori putat Horat. Placcus. Immò fortasse
hoc potius sentit Horatius, & cum Aristotele
consentit: hoc modo, namque marem cōbīt, call. vit.
ouia enim callosa, id est, rotunda, virellū marem
cohibent: quæ autem talia sunt, minus salubria
sunt, quæm fæminea, & longa: quia scilicet, ni-
mis calida sunt.

P O N E R E .] id est, apponere: vt sat. 2. lib. 1. po-
stum sic tangere nolit.

I R R I G V O] qui irrigari solet. sat. 1. huius lib.
Irriguumque mero sub noctem corpus habento.

C O L E S V B V R B . Q V I S I C C . C R .]
ordo verborum, & sententia hæc est: caulis, seu
colis, qui crevit in agris siccis, id est, minimè ir-
rigatis, dulcior est suburbano, vt pote qui crevit
in hortis irriguis, quid ita? quia hortus suburbano-
nus, qui crebro irrigari solet, multum deperdit
de naturali soli bonitate. in quibusd. lib. antiqu.
legitur Cole: quos secuti sumus. nā vulg. ferē ha-
bent omnes Caule.

S I V E S P E R T I N V S S V B I T D] id est, si
vespertine imparatum occupauerit: si improuiso
aduerterit hospes, &c. vespertinus dictum pro ves-
pertini. nomen pro aduerbio, vt sup. Od. 16. epod. D
Nec vespertinus circumgenit vespis osile. & Virgil. de
lupo, Georg. 3. nocturnus obambulat.

N E G A L L I N A M A L V M .] ne gallina du-
ra male respōdet palato, id est, aduerteret, & ob-
duritem ingrata sit palato. tralatio est in verbo
reponandi. respōnt enim, qui ferociter & aspe-
rè alteri compellant respondent. epist. 1. libr. 1.
An qui fortunæ reponare superba Liberum & ere-
ctum, &c. & sat. 7. huius lib. Reponare cupidinibus,
contemnere honores.

D O C T V S E R I S V I V A M] licet & alia
ratione qua suis carnis duras, reddere teneras,

ad vescendum aptas, atque ad mādendum faci-
leis. sume quodlibet lapathi genus, hæc herbam
in ollam, in qua gallinam, seu alias carnis
coquere cogitabis, imponito. hoc teneras facier

M I S T O J a q u a d i l u t o , quidam legunt mūlū.
quam scripturam minus probō. veritatem iu-
dicer lector.

A L I I S M A L C E R E D .] id est, alij non
sunt tuti: alii non est tutum velci. tralatio est in
verbo creditur.

Q V I N I G R . P R A N D . M O R I S F I N .]

nō dicit Catus, cum salubreis testates traductu-
rum, qui, posse aqua diluto, quidam legunt mūlū.
Columella lib. 9. cap. 5. cū Plinius
congruit his verbis, Cūm volet qui quæplurim
mos mares excludi, longissima queaque, & acutissima
ouia subiicit, & rursum cum feminam, quæm rotundi-
sima. Veniamus nunc ad Horat. qui non videtur
à Plinio, & Columella discrepare. hoc enim di-
cit, mea quidem sententia: ouia, quibus longa est
figura, seu forma, meliore sunt lucco, & candi-
diora, quæm rotunda. ea igitur memento appo-
nere potius, quæm rotunda, nam hæc, quæ dico,
lōgo, cūm sint veluti callo obducta, id est, dura,
marem vitellum cōtinent, at ea, quæ marem vi-
zellum continēt, iis meliora, & salubriora sunt,
quæm fæminea, & longa: quia scilicet, ni-
mis calida sunt.

A N T E G R A V E M S O L E M .] quæ legerit
antè quæm solis ardor ingrauescat: quod est
mane.

A V F I D I V S F O R T I M I S C .] Aufidius
(inquit) mulsum ex Falerno, quod est austētū, &
ex melle cōficebat: mendos: quia nihil nisi le-
ne venis vacuis cōmittendum est. austētās au-
tem illa vini Falerni etiam in mulso remanebat.

F O R T I] austētū. erat enim viniū Falernum
austētū, vt scribit Athen. Itaq. illā austētātē
veteres melle lenire, & mitigate, ex éoque mul-
sum melle addito cōfice solebat. Verum tamē
non ita poterat ea austētās minui, neque tem-
perari, vt vini Falerni, seu mulsi ex eo cōfecti po-
tus in primis poculis salubris esset, vt quidē ait
Catus: Vel dic epitherum austētū eō additum
esse, quidē erat & alterum Falerni genus dulce,
vt idem Athen. tradit.

M I S C E B A T] éoque ita temperato, & mūlū,
quod ex eo vino, & melle constaret, vtebatur in
primis poculis.

L E N I P R A C . M .] leni mūlū: cuiusmodi
esse non poterat id, quod esset ex vino austētū,
& melle temperatum.

P R O L V E R I S] suprà sat. 5. libr. 1. Multa pro-
luna vappa nauta, atque viator.

M I T V L V S] Apud Athen. libr. 3. si locus est
emendatus, hoc nomē ita scribitur μύτλος: ver-
ba Athenæ sunt hæc, τὸ μύτλον λεπτόντο
τὸ μύτλον λεπτόντον, id est, aduerteret, & ob-
duritem ingrata sit palato. tralatio est in verbo
reponandi. respōnt enim, qui ferociter & aspe-
rè alteri compellant respondent. epist. 1. libr. 1.

An qui fortunæ reponare superba Liberum & ere-
ctum, &c. & sat. 7. huius lib. Reponare cupidinibus,
contemnere honores.

O O

A si *mutulus* scriptum sit. nam y, & u, idem valent. Versus Martialis sunt hi, *oſtrea tu ſumis ſtagno ſaturata Lucrino: ſumitur incifo mytulus ore mihi.* Sed ego hanc quoque scripturā vitiosam esse puto. Quidam mitulos arbitratur eodem esse, atque musculos: quos Græci μύας appellant: de quibus Aristoteles lib. 4. de hilt. animal. & Athen. lib. 3. quos videtur satis refellere Athen. nam perspicue τελλινας ζητο τηλλινων μύων, id est, mitulos à muscleis distinguunt his verbis, τηλλινων λεπτότρου, μόνο εἰστιν αὐτὸν τελλινης, θεραπητικό τεχνης φραγμή έτι δὲ καὶ τερόμων αὐτὸν ποτόμων γλυκυνεροι οἱ δὲ μύες μύων εἰστι τερόφων, θεραπητικοι, θεραπητοι, &c. id est, mitulorum tenues sunt quidem regii, & alium movent, & leues sunt, tunc præterea valde alunt: fluviales autem sunt dulciores: at musclei mediocriter alunt, mediocriterque alium, & virinam mouent. ex his igitur verbis Athenæi perspicuum est inter mitulos, & muscleis aliquid interesse.

B CONCHÆ. concharum nomen generale est, & quidem Græcum. κοχχια autem videntur esse appellatae το τον κοχχια, quod est, hiare.

C ET LAPATHI BREV. HERBA. lapathum ruminic vocant Latinæ: quem laudat Lucilius apud M. Tull. lib. 2. de finibus, non quod eius suauitas in ciborum deliciis locum habeat, quod quidam existimauit: sed quod frugalitatē, & parsimoniam in victu luxuria prefabiliōrē esse ducat. sic Hesiodus maluā laudat, & asphodelum, herbas parabileis, plebeias, & vileis, significans idem, quod Lucilius, tenuem, ac modicum vietū sumtuosis, & opiparis diuitum census esse anteponendum, dictus autem lapathus ζητο τηλλινης, quod est exinanire, ut supradictum ad illum locum, Aut herba lapathi prata amantis, &c. Oda 2. epod. Addidit autem hic epithetum brevis, per breuem lapathum, ruminicem minorem significans, quem οξυλέπαθο vocant Grati.

D LVBRICA NASC. IMPL. CONCHÆ. cur lubrica: an quia aluum levant, mollient, & lubricam reddunt san, ut alij volunt, quod sunt intus lœvia, & polita?

GENEROSE TESTÆ] conchyliorum generosorum: quae sunt ὅπταχθημα, id est, ut scriptores Latini recentiores appellant, testacea.

E LVCRINA PELÖRIS] peloris, ostrei genus chama matus, ut ait Enstathius. διὰ πελάρεις λέγεται οὐδὲ τὸ μέγαθος, iccirco (inquit) peloris propter magnitudinem appellatur. cum quo cōgruens Athen. lib. 3. ita scribit, πελάρεις ἀρούραθης οὐδὲ τὸ πελάρειον. λείζων γράπται ξημεῖς τὸ παρηλλαγμόν τὸ πελάρειον. Pelorides nominatae sunt à voce πελάρειον, quod significat magnum, seu ingens. maior enim est chama peloris, & aliquanto ab ea differit magnitudine. Varro lib. 4. de lingua Lat. in conchylia (inquit) aliqua ex Gracis, ut peloris, oſtrea, echinus. Lucrinam

autem intellige in lacu Lucrino captam. **M I S E N O O R I V N T V R E C H I N I** [de Echinis sic Athen. lib. 3. Echinis autem tum terrenos, tum marinos, aduersus eos, à quibus captantur, esse munitiones, atq; vndique septos spinas suas, tamquam vallum, opponentes, testatur Ion Chius his verbis. At in terra quidē leonis arteis laudo, sed magis echini, quāuis miserias: qui cūm aliorum valentiorum in se imperū sensit, conuoluo spinoso vndique corpore, rotundus ineat aduersus morsus, & tactus omnīū animarū tuifissimus. verba Græca retulimus ad Od. 4. epod. Echinorum autem marinorum cūm plura genera sint, scribit Aristoteles, vnum genus esse, quod in cibum apponi possit, ac debeat, illud videlicet, in quo iungit ea, quæ oua magna nominantur, verba Aristot. sunt hæc li. 4. ζεων ισορ. εἰν ἔχοντων γένος ἐθίσιον θυμον. τοτο δ' ζεων το τον κελεψιδα εώ μεγάλα γνηται, καὶ ἑδεμονα, Milenus autem, seu Misenum potius, Balearum portus est. Plin. lib. 3. cap. 5.

P E C T I N I B. P A T V L I S] Pectines pisces, etiam κτεναις appellant Græci. Athenæus lib. 3. ζητο τηλλινης ἀπελάρτεροι μόνο εἰσιν οἱ λευκοι. δέρημοι γράπται εἰνοίλοις τηλλινων, καὶ πιπινοι οἱ μεγάλοις * εἴρημοι. κονιοι δὲ πτερες εὐρυμάχοι, εὐπτεροι, εὐρυοίλοι λαμπερόρνοι μετακυνινοι καὶ πεπέρεωι, id est, Pectinum iij quidem sunt tenuiores, qui albi sunt. fæluginem enim non olen, ex nigris autem & rufo, qui sunt maiores * gustatu sunt gratiiores. Comuniter verò stomacho sunt accommodati, faciles ad concoquendū, alio vtiles, si sumuntur cum cuminio & pipere.

P A T V L I S] cur pectines patulos dicat, ex Aristot. lib. 4. intelligere licet, vbi sic scribit: τὴν διθύρων τὸ μόνον δέρην ἀπελάρτην, οἷον τητέρες, οἱ οἱ μέλες, &c. id est, eorum, qua duabus tellis continentur: alia sunt patula, ut pectines, & musclei, &c.

M O L L E T A R E N T V M] Epistola 7. libr. 1. imbellē Tarentum.

N E C S I B I C E N A R. Q V I V I S] in cod. Raen. Card. & 1. Vat. scriptum est, quisque: ex quo feceramus olim quisquam, quod quamvis valde probabile sit, maluī tamen re diligenter considerata, sequi lectiōnem receptam, quinvis, piæserit D multo plurim antiquorum codicum auctoritate confirmatam. Superiora illa pertinet ad præcepta de ferculis ante cenam: nūc de iis, quæ cenæ fercula dicuntur.

E X A C T A] exquisita, explorata. Virgil. Aen. 1. sociisque exacta referre. idem lib. 4. tempus secum ipse, modumque exigit.

C A R A P I S C. A V E R R. M E N S A] mensa, vbi exponuntur venales, ut vult Acron. nō est satis (inquit Catus) pisces ē macello magna impensa coēmtere, & quasi euerticulo ad te transferre, nisi scias, quibus pisibus quod ius conueniat, & qui pisces affi, qui elixi, sint meliores. Quidam

A Quidam putant per mensam caram, mēsam diuitū significari, ut sit hic sensus, non est satis eos pisces emere, qui diuitibus solis apponi solent, & pisces diuitibus destinatos præcipere pretio perfoluto, & ita ab eorum mensis aueros in tuā transferre, à quibus dissentio multis quidem de causis, sed eō maximē, quod illi legunt, ut vulgo auertere, & ita eis necessariō legendum. Ego autē auctoritate cōplurum librorum manufr. fretri, auerri. Itaque sic hunc locum explicō, nec satis est pisces caro pretio emtos ē macello in tuam domū conuerrere: sed præterea tenēdum quibus pisibus ius cōueniat, id est, qui pisces in patina iure mēsi apponi debeant, & qui affi.

I G N A R V M Q V I V B S E S T I V S] id est, ignarus qui pisces debeat cum iure in patina apponi: (patinarios appellat Plautus in Asinaria) & qui affi.

E T Q V I B. A S S. L A N G. I N C V B. S E S E C.] id est, & qui pisces afflati ita sint conuius suaves, & grati futuri, ut illi eriam cibo, viñōque conferti, ac saturi, & pœnè dicā, nauſantes, in eum tamen corporis ſitum ſele deinterrogando componant: quo ſitu eſſe ſolent cōuiua ratiſper dum cibum capiūt, qua de re tamē ſup.

Od. 27. lib. 1. non nihil dixerimus, ad illum locū, Et cubito remaneat preſſo, tamen, ut hunc locum explicemus, pauca quādam præterea nobis dicentia ſunt. Hoc igitur in primis ſcīdūm eſt, inter prandendum & cenandum, non ſediffe veteres illos Romanos, ſed accubuisse. Accubebat autē ſingulis in lectis terni, aut quaterni, hoc modo (nam eadē opera huius verbi vi aperitur) ſuperiore parte corporis modicē inflexa, capite leuiter erecto, tergoq; aliquantū ſubleato, nempe ceruicalibus, aut puluillis ſubieqtis: reliqua parte corporis in lectos reclinata, & iacente, in cubito altero nitēbatur: atque vtramque manū quidem ad epularum & poculorū vſum adhibebant, ſed maximē dexteram. Singamus igitur treis lectos eſſe diſcubitorios, & in ſingulis quaternis conuiuas diſcubere, & mensam rotundam medianam inter treis lectos eſſe colloquatam: ita ſint duo decim conuiua, ex una mensa comuni cibum capientes, iam ſingulorum lectorū cōuiuq; quos quaternos eſſe poluimus, hoc modo diſcubebant, ut eis, qui ſummus accumperet, pedes ponē ſecundum porrigerentur, & D secundi pone tertiu, & ita deinceps: rufus eius, qui ſecundus accumperet, occiput ad umbilicū, aut pectus primi obuerſum eſſet, & ſic deinceps ceteri accubabant. Quandiu igitur vſeſebarunt, & potabant, eo corporis ſitum manebat. vbi verò cibum capere vel deſierant, vel intermisferant, tum dorſi ſpinam, quæ anteā erat inflexa, & ad epulandum compoſita, reponerent, & caput in ceruical reclinabat. nonnumquam etiam ſedētum in ſtar erigebant. Itaque ſuprà Oda illa 27. lib. 1. quam paulo antē cōmemorauimus, vnuſ & conutuis ſodaleis ſaos Lapitharum, ac Cetau-

rum in morem tumultuantis, atque inter ſe decertare parateis, corpore iam ad pugnam cōpolito, & expedito, horratur ut cubito preſſo remaneant, hoc eſt, ut eo corporis ſitū contineant, quo eſſe, & bibere poſſent, nō quo dimicare. Hæc igitur verba, & quibus aſſis Lang. in cub. &c. ſic explicō, (dicendū eſt enim ſapientia) & qui pisces affi futuri ſint conuiuſis gratiores, quāuis ſi eſſent patinarij, & elixi, eſſque quāuis iam cibo languidis, de integrō ad epulandum inuitatiū. Quod autem hīc Catio præcipit de pisibus quibusdam affandi, Athenæus item lib. 3. ſcribit pisces quosdam eſſe, quos affari conueniat potius, quām elixari.

V M B. E T I L I G N A N V T. G L.] aprum ex Umbria, & glande ligna nutritum laudat: Laurētum improbat. hoc igitur dicit: qui carne pingui non deleat, ſeu qui abhorret à carne pingui, ſuas patinas implendas curat fructis apri in Umbriā capi, & ligna glande pasti.

C V R V A T] ſimpler, onerat, verbo curuandi pōdū exprimere voluit, in quibusdam codicibus vulgatiss impressum eſt, Curuet. cod. duo Vatic. & Iann. Faer. Torn. habet Curuat, ſed pañum refert.

L A V R E N S] in agro Laurenti captus, & in locis illis palustribus natus, ac nutritus. Laurentum Latij eſt oppidum, Ostiae vicinum.

V L V I S] herbis maiusculis, quæ in palubibus nascuntur. Virg. Georg. 3. Nec vescas ſalicum frondes, vluāmque paluſtrem, ſed frumenta manu carpes ſata. Idem Aen. 2. Limo ſequelacu per noctem obſcurus in vlna Delitiū.

V I N E A S V M M. C A P R.] locus, in quo infuntes ſuppedit capreas nō ſéper ad edēdum vtileis. neque verò dubitandum eſt, quāuis caprea animalia ſint intelligēda hoc loco. Virg. Georg. 2. de vite. Texenda ſepes etiā, & pecus omne tenendum eſt. Præcipue dum frons tēnera, impredeſſe que laborum, Cui ſuper indignas hiemes, ſolēmque portentis ſiluetes viri ſidū, capraque ſequaces illudant, paſcuntur ones, audieque inuenie. Quod autem dicit, capreas à vineis ſummitti, id eſt, ſuppeditari, aut præberi, non eſt intelligendum eis ibi naſci, ſed ē ſilius vicinis pabuli cauſa progreſſas, in vineis capi, alij capreolos ſignificari putant, qui ſunt vītū cincinī intorti.

F A C V N D I L E P. S A P. S E C T. A R M.] ſapiēs id eſt, cui palatū ſapit fortalē magis, quāuis corporis homines in conſuetudinē vietus recipere nolebar M. Caro, qui Celerius diſtus eſt, quod refert. Plutarchus in eius vita his verbis, Τῶν δὲ φυλαρχῶν πιλα βελόνων αὐτῷ οὐεῖναι, παρερθεμός ἐφι μηδιαδητοῖς ξύνεται παράποτε δικαρδίας τῶν Καρδιῶν εὐαδομέτοπος ἐχοτος, id eſt, voluptarium quendam, qui cum enī vītū volebat, recufans Cato, dixit ſe cum eo vineare non poſſe, cui palatum magis, quāuis cor ſapiat. quamquam M. Tull. lib. 2. de finibus, negat ſequi, ut, cui cor ſapiat, ei non ſapiat palatum, ſignificat autem,

lēporis armis reliquis partibus esse palato grātiores, & suauiores. Iam quamobrem lēporem fācundum appelleret, ex Aristotelis, & Varrois, & Plinius lectiōne intelligere licet. Plinius sīc li. 9. cap. 55. *Lepus omnium predā nascens, solus prae rās pōdem, superfat, aliud educans, aliud in vīto pīlis vestitum, aliud implume, aliud inchoatum gerens pariter.*

PISCIBVS, ATQVE AVIBVS sicut se ita subtili esse palato, ut pilicūm, atque aiuum naturam & ceteram solo gustatu cognitam habere possit. quod neminem ē veteribus, quamuis ei rei operam dederit, consequi potuisse.

NVLLI PATVIT Q. à nullo cognita fuit, quamuis quæstori.

C R V S T V L A] placentas, & cetera pemmatā ex farina, melle, oleo, lacte, seu caseo confecta, vt iurat. lib. 1. dant crūftula blandi Doctores, elemēta velint ut discere prima.

QUALI PERF. P. SECVRVS O.L.] non admodū sollicitus, seu non curās, quo oleo pisces condat.

M A S S I C A S I C A E L O] si vina Massica (inquit Catius) cælo sereno subiicias, & rotam nocte sub cælo puro & nūtido maneat, si quid in eis crassi est, extenuabitur & liquefiet aura nocturna. idem feret tradit Athen. lib. 1. his verbis, οὐνοποτέρον δὲ αὐτὸς (τὸν ἀλεαρόν, καὶ τὸν φαλέρον, καὶ τὸν Ἀσπιγόν) ταχέη ποὺς χρύσους, καὶ εἰς αὐτούς πλανῶν τὸ ποντίον θετεον, εἰς τὸ Διαγενερον τὸ πολὺ τῆς δυνάμεως, id est, facienda autē sunt ea vina (videat Albanum, Falernum, Adriānum) ante certum quoddam tempus, & in aperto loco, id est, sub diō ponenda, vt vis eoru multa expirando minuatur. viderur tamē aliud hoc loco a Catio dici, nempe si quid insit crassi in vino Massico, aura nocturna extenuari, & odore neruī aduersarium decidere. De vino Massico diximus ad Odam 1. lib. 1. ibi. Et qui nec veteris pocula Massici, &c. Quidam libri veteres habent suppones, quos sequor. alij supponas, si que pauciores.

A T ILLA INTEGRVM PERD.] at illa, videlicet Massica, colo linea extenuata, saporem amittunt naturalem. existimabant autē veteres colo, seu sacco linea, vina crassiora extenuari: quod declarat versus ille Mart. lib. 12. Turbida sollicito transmittere Cœcuba, sacco. Lucret. libr. 2. Et quamvis subito per columnam videmus perfusare: at contra tardum, cunctatur oliuum.

S V R E N T I N A] vina Surrentina fuisse admodum laudata, declarati hi verbi Martialis lib. 14. *surrentina bibis (nec murrina pista, nec aurum sumedebant calices hæc tibi vina flos).* Torius autem huins loci hæc sententia est. Qui Surrentina vina cū Falerna face misceri, fortasse vt vinū Surrentinum ex face Falerna aliquid boni contrahat, & cōbibat, & hoc pacto melius & suauius fiat. vitello columbino in cadū coniecto fecem collectam, atq; in vnam cōductam, ab eo, quod

liquidius est, secernit, & ita vinum turbidum, liquidum & sincerū reddit: quoniā vitellus suape natura, in fundū dēcidens, quicquid est à liquido vīno alienū, vñā fecū trahit. Sic igitur fieri vt & sapor vīni Falerni cū vīno Surrentino commiscetur ac confundatur, & quicquid est turbidi, vi vitelli ab eo, quod est liquidū, secernatur, idque sine colo vinario. Atqui ego cōtradicē ex iis, qui vīna vendunt, sumenda esse sex aut septem ouorū albumina, (nō vitellus) cāque primū in dolium coniūciēdā; deinde virga, aut bacillo vīnum, quod est in dolio, esse aliquāndiu agitandum: nihil præterea, nam post illam satis longam, verbi gratia, vñius horē agitatiōnē, fācem, & quicquid est alienum, sub-sessum.

Q V A T I N V S] quoniam, vt sat. 3. lib. 1. quatinus excidi penitus vīnum ira, Cetera item nequeunt stultis hærentia. Lucret. lib. 3. Quatinus se vīnum inter se, coniunctū, quæ res est, annotatum alio loco.

A L I E N A] aliena à natura vīni, turbida. **T O S T I S**] assis, aut frictis, à torrendo.

M A R C E N T E M] languentem, cibo & potionē confertum.

S Q Y I L L I S] καρδιας nominant Græci, quārum Aristot. lib. 4. de hist. anim. plura genera esse tradit, & refert in numerū μαλα κοράκων, id est, eorum piscium, qui cruta molli tegūtur, quos Gaza crustatos appellat. Parus squillas scribit Athen. lib. 3. repetiri in cōchis patulis pinnarū custodes, vt & paruos canctros. & M. Tull. lib. 2. de natu. deor. *Puma vero (sic enim Græci dicunt) duabus grandibus patula cōchis cum parua squilla quasi societatem cōit compaginat cibi.* Idem eadem ferē lib. 3. de finib. Hūc admirabilem duorū piscium cōsensum, atque has operas mūras pulchrè describit Oppian. lib. 2. alineat. O γρανοι οὐ βυθισας μὴ τέχει πλάνας, τὸν δὲ οἱ ιδιοι Πίνην ναυτεῖαι κεκλυδίοις, η μὴ ἄναλις, Οὔτε μηταράσσα θετεσται, οὔτε τηρέσση. Αλλ' ἀεροι ξενόν τε δέ μοι, ξενειον τε κελινθεον Καρφίων σπόναι, φέρει δὲ μην, ηδε φυλάσσεται. Τῷ καὶ πιποφύλαξ καρχίστεται, &c. id est, testa autem profundas haber crūtas. habitat autē in ea piscis, qui pinna appellatur: quæ est imbecilla, neque quicquam prouidere, aut facere potest. sed facer communem cum eo domum, & commune rectum incolit, pascitque eam, & custodit. Quocirca pinnophylax, id est, pinnæ custos appellatur.

R E C R E A B I S] ad edendum ac potandum innouabis, ac redintegrabis.

C O C H L E A] coherarum genera omnia uno nomine appellat Aristoteles lib. 4. histor. anim. σπουδῶν, id est, vt Gaza vertit, turbinata.

N A M L A C T V C A I N N A T A T] occupatio est. poterat enim quispiam dicere, lactucam ad eandem rem valere. hoc autem per occupationem refellit, cum dicit, lactucā post epulas, & largiore potum sumitas, stomacho innatare, neque

neque sublidere: quæ res cōcoquendi vim debilitat, atque obtundit, quia ore ventriculi laxo & patete, calor innatus, qui ad cibi & vīni concoctionem necessarius erat, non cōinetur, sed dissipatur, ac diffatatur. Itaque nos quoq; hodie lactucas in prima mensa apponimus, cāq; pri-mas omnium gustare & esse confueimus, siue crudas, siue coctas. hūc perinet Martialis distich. libr. 13. *Clandere que cenas lactuca solebat au-*

rum. Dic mihi cur nostras inebiat illa dapes?

P E R N A M A G I S, E T M A G. H I L L.] hoc dicit, coniūciō languens & nauſeans, in morsū reficiendus est, id est, ad epulas de integrō excitandus perna, & hillis, id est, tenuissimis intestinis fartis, potiū, quām lactuca. hillā ab illo, id est, à minimo dicta, inquit Varro lib. 4. de ling. Lat. Feſtus autem hillam diminuīte dicta effe ab hīra, quod est intestinū ieūnum. Nonius porrō, hillas, integrina veteres esse dixerant. Vnde Bohilla oppidum in Italia, quod eo bos intestina vulnera trahens aduenierit. lam in morsū due sunt voces, non vna, vt quidā volunt, qui legunt immorū pro eo, quod est, imprænitus: quod nomen non reperitur in tota lingua Latina. in morsū igitur idem valet, quod ad morsū appellant autem Graci hanc (vt ita dicam) in morsū refectionem, atque instauracionem, αὐτοῦ καρκινοῦ, id est, relaxationem. Atheneus lib. 4. ἔχοντο γῆραι τὰς τοις εἰς αναθύσιον βρύσας, ὅπερ ταῦτα αλαζόνιον ἐλάσσως, ἀς κολυμβᾶσθαι καλγονι, id est, vrebantur enim veteres etiā cibis ad irritandam ac redintegrandam cēdi cupiditatem accommodatis, vt oleis sale conditis, quas natratices, seu vrinatrices appellant. Idem paullo pōst ex Nicādro probat, ad eundem vīnum rapas aceto, & sinapi maceratas adhiberi solitas. Nam ἀναθύσιον idem ferē valer, quod apertire, & laxare. Diphilus apud eundem Athēn. cod. lib. 7. οὐ προσεύχεται γῆραι ταῦτα γῆρατα ιδούσας Αναθύσιον πάχεται τὸ αρρωτήρα. To, τε νοχεράδες καὶ κατηπειθειανισθέντες Εὐκέλαστον ηδεώς φαγεῖν. id est, vetera enim hæc condimenta laxant celerimē eas parentis, in quibus inest vis sentiendi: languorem, & quicquid est obtusum in appetitione, discutiūr, edendique cupiditatem, ac iucunditatē redintegrant. Eupripides in Cyclōpe, εὐπειθεῖς φάρυγγος, ἀ Κύκλων, εὐπειθεῖς τὸ χρύσος. τὸ εργάτη τοι Εφεδροῦ τὸ αἴσθητο, &c. id est, lati gutturiς ὁ Cyclōps, peri labrum, nam en tibi parata sunt elixa & affata.

I N M O R S U S R E F I C I .] sic dictum ab Horat. in morsū refici, vt à Virg. Encl. 11. reficitque ad prælia mentis.

Q V I N O M N. M A L. Q V A C. I M M.] immō (inquit) ne mireris, medixisse superiora illa adhibenda esse ad excitandam edendi cupi-

ditatē, tamquam saturis coniūciō gratiōra, & op̄atoria, hoc dico ampli, illis placitura magis, quæcumque coquuntur in popinis, quæ solent esse immunda, quām eas optimas, ac lautissimas.

A L L A T A] allata à popinis, quidam libri typis excusi habent illata, quæ ex scriptura suspicuntur sum aliquād legendū illa. omnes autem veteres partim adlata, partim allata; quos sequor.

E S T O P. P R E T. D V P L. P B R N. I V R.] duo proponit iuris generis vñū simplex, quod ex solo oleo cōstat alterū duplex, quod ex oleo, vīno, muria, herbis concisis, cōstat.

Q V O D I M V I B I H I S] quæ deinceps, sequuntur, iuris duplicitur naturam describit. Sed quid fibi vult hoc pingui mero? cur non dixit, simplex ē pingui constat olio: Quod dulci miscere mero, ετε. Nā vī pingue, epithetum est oleo accommodatiū, Virgil. Aen. 6. Pingue superque oleum fundens ardib. extis: idem Daphnidē, Craterāque duas statuā ti-bi pinguis aliis: & dulce, vīdo. Horat. Oda 11. libr. 1. Neque dulci mala vīno lätere. idēm Oda 13. cod.lib. Dulci dignē mero, quin pinguitudo in vīno, vītiū est. An hoc dicemus, ad hoc ius, quod duplex ab Horatio appellatur, cōponēdū, vīnum pingue esse aprius, quām purum & liquidum, atq; (vīra dicam) secundū dulce autē calidū ab Horatio esse dictū, quod Lucretius appellat: inolens, id est, dōcūo, seu odoris experts, cui, opponitūr tātrū, & graue, seu gratis & tātrū odoris oleum: quēadmodum aqua dulcis à Latinis, θάρη γλυκὺ à Græcis vocatur, aqua non amara, aut nō salaria Simeoni Bosio, Lemouici assentiūr, qui sic legendū ex vīno antīq. cod. existimat: Quod pingue immiscere mero, muria, decibit: id est, quod oleum pingue, decebit metro immiscere, & muria, & vīlo, vt ille māult, quod ius pingue, id est, duplex, quāquam idem ait, in suo codice esse dilucide scriptum, Ut pingue immiscere, ετε, atque ita pingue interpretatur, ius duplex: à quo dissentio.

N O N A L I A S Q V A M. Q V A B Y Z.] Non qualibet muria, sed ea, quæ facta sit ex orca Byzantia. Quidam autē mendosē legunt quā, nam necessariō quād legendū est: & ita habent codices calamo scripti. Byzantia orā porro sunt numeri singul. recti casūs, hoc modo: non alia muria ius illud miscere, id est, temperate decebit, quām ea, quā, orca Byzantia, verbi causa, thynus laudabatur enim muria ex thyno Byzantio liquerfacto: sed lōgē erat laudatissima ex Scōbris, quā proprio nomine garum appellabatur. Orca (inquit Plin. lib. 9. ca. 6.) infestā balenis bellua: cuius imago nulla representatione exprimi posuit alia, quam carnis immenſe dentibus truculentia.

C O R Y C I O] Cilicio. Corycus, Cilicia, seu Pamphilia mons est: a quo Corycæ sp̄culatores, & exploratores appellati.

S P A R S V M S T E T I T] sparsum, iunxit. cum

casu sexto, ut satyra vlt. huius libr. Membra gryuis
flos sale multo. & Od. 20.lib.3, sparsum odorat hu-
merum capillar. sic & verbum fango Od. 6.lib.2.

Debita fanges lacryma fauillam Vatis amici. stetit au-

tem, id est, propemodum, concreuit.

I N S V P. A D D. P R E S S A V E N A F R.]
id est, addes præterea oleum Venafranum, oleum
ex bacca Venafiana expellum. Præstitissi ceteris
oleum Venafranum declarat hoc distichus Mar-
tialis. *Hoc tibi Campani fidavit bacca Venafri: Vnguentum quocties sumis, & iſtud olet.* Horat. saty. 8. huius
lib. *His mistum ius eſt, oleo, quod prima Venafri Preſit*
calla. & ſup. Od. 6.lib.2. laudans agrum Tarenti-
nūm, ibi non Hymetto Mella decedit, viridique certat
Bacca Venafio.

P I C E N I S. C E D V N T M A L I S] ab hoc
loco enumerantur secundæ mensæ ferula. se-
cundas autem mensas etiam apud veteres fuisse
alibi ostendimus.

V E N N U C U L A] tua Vennucula melius in
ollis conseruat, quam si ex ea fiat tua passa.

R E C T. A L B A N. F V M O D V R.] tua Al-
bania melius seruatur, & diutius permanet, si fu-
mo duretur, & fiat tua passa. vide Plin. libr. 14.
cap. 2.

H A N C E G O] tuaum Albanam, ordo verbo-
rum hic est. Ego primus inuenior circufo fuisse
paris catillis tuaum Albanam, cum malis: fa-
cem, & alec, & piper album cum sale nigro in-
cretum.

A L E C] genus est liquaminis ex piscium in-
testinis fali colliquefactis, & tabefactis. fibra-
etiam alec ex muriæ face. Nonius Marcell. in
voce alec testem citat hunc dinidiatum verbum,
ego faciem primus, & halec, sive alec. in fr. sat. 8. ffer.
alec, facula, coa. quamquam Priscianus hunc ver-
bum proferens, ait esse genus piscis.

P R I M V S. E T I N V E N I O R] sic habent
omnes libri manucripti, & ij, quos Romæ, & ij,
quos in Gallia consulvi: quos fecurus sum: quā-
quam Nonius Marcellus in voce halec videtur
legisse inueni, vt est in vulgatis. sic enim ille, halec
gener neutro. Plautus Aulul. *Qui mihi olera cruda po-*
nunt, halec danunt. Horat. libr. 2. ferm. ego faciem
primus & halec inueni. Sed Carissius Sofipater vi-
derur yello scribi alle lib. 1. in situ. grammatic. Sic
enim ille, *hoc allax, ἀλλεξ, ἀλλεξ, τεταρτον, επιμένος,*
id est, allax pisces sale maceratus & conditus.

E T P I P. A L B.] piper aliud est album, aliud
nigrum: quorum nigrum candido suauius esse
tradit Diocordi. lib. 2. cap. 189.

I N C R E T V M] incerniculum purgatum. est au-
tem incerniculum cribri genus, ab incernendo
nominatum.

C I R C U M P O S V I S S E] id est, singulis con-
tinuis apposuisse, ut singuli continuae singulos ha-
berent catillos sibi appositos: vel circu catillos
posuisse, ut alij malit. mihi magis illa altera ex-
pliatio placet. circu posuisse dixit fortasse pro-
pterea quod mensæ erant rotundæ.

mēne

A IMMANE EST VITIVM, &c.] reprehē-
dit eos, qui in obsoniis quidem coēmendis ma-
gnū faciūt sumtum: in ſupelleſtili autem cō-
paranda, in patinis, lancibus, carnis, cātharis, &
ſimilibus conquirendis, neque vllam curam ad-
hibent, neque inſumere quicquam volunt. ma-
gnū (inquit) vitium eſt, tria millia ſeſtertium
inſumere in pīſcīs emēdos; pīſcīs autem illos
grandeis, & caros angustis patinis coērcere, par
eſt enim, si grandes ſint pīſcīs, grandeis quoque
patinas eſt. Non nulli arbitrantur hīc ſumtum
duntaxat reprehendi, hoc modo, Indignū eſt fa-
cius, ſumtus ingenteis facere in coēmendos
pīſcīs, vt in angustis patinis apponātur, & edā-
tur, qui ſuape natura liberè vagari ſolent. ego
priorē explicationem huic anteponeo.

V R G E N E] ſequi in angustias redigere, & cō-
trahere, quidam libri ver. habent vrgere.

M A G N A M O V E N T S T O M F A S T.]
hunc præcepta dat, quæ ad mūditiam, nitorem,
elegantiamque pertinet. magnam (inquit) nau-
ſeam moueri hēc, ſive puer poculum, aut calice
tractauerit manib⁹ vñctis, dum carnium fru-
ſta ſuffuratur, & ligurrit: ſive crater limo ſit obli-
tus, danda igit opera eſt, vt pueri, ac ministri
ſint mundi, loti, politi, culti, à ſordibus, omnīq;
deformitate vacui, ad omnem munditium &
hilaritatem ſpeciosam affuefacti, atque erudit*i*.

D V M F V R T A.] libri aliquot veteres habet
dum fruſta ligurrit, quos malim ſequi. fruſta autē,
carnium & pīſcīi intellige.

L I G V R I T.] ſic habent omnes cod. manu-
ſcrip. quo verbo ſuprā ad fat. 3. lib. 1.

V E T E R I C R A T.] & tanto p̄teriori ſiori, nam
pocula antiqui artificij laudabantur: vt priore
fat. Quo uſper ille pedes lauifet ſiſphu are. & saty. 3.
lib. 1. catilium Euandri mandib⁹ trit⁹. in alis codic.
est crateri, in aliis crateri, vtrumque eſt ſitutum.

V I L B. I N S C O P. I N M A P P. I N S C.]
danda eſt opera, ut paumentum ſit mūdum: ut
coniuatori mapparum mundarum copia ſup-
petat, qua distribuantur cōuiuūs ad manus vñ-
tas tergendas: ut patinae, & cetera vasa ſcobe
defricata ſint, ac ſplendeat, quātulus enim ſumtum
ineſt in ſcopis, mappis, ſcobe? certe minim⁹.
alij (in quibus eſt Turnebus) putant, ſcobem hic
commemorati ad lacunas paumenti explēdas,
ex humore effuso natas, ut humor omnis ſcobe
in ſpero exſicceretur: quod probabilius eſt, talem
munditium, qualem hīc diſidera Catius, ſeſtioſe adhībiturum
in ea cena, ad quā Torquatum inuitat, pollicetur Horat. epift. 5. libr. 1. Hac
ego procurare & idoneus imperor, & nos Inuitus, ne
turpe toral, ne ſordida mappa Corruget nare: ne non &
cantharus, & lanx ſtantib⁹ tibi te.

T E N L A P I D. V A R. L V T V L. R. P.]
præcifa locutio eſt, ut illa Od. 8. epod. Regare lo-
go putidam te ſeculo, &c. ſubintelligendum eſt e-
nīm verbum aliquod, oportet? verum eſt? par eſt?
aut aliud ſimile. Tale eſt illud Virgil. 1. Aeneid.

mēne

mēne incepto defiſtere viſtam: legē quāe annotata
ſunt ad illum locum, Regare longo, &c. quibus ad-
de illud ex Plauto Cafina, princip. Non mihi licere
meam renſe ſolum, ut volo, Loqui, atque cogitare, ſine
tedarbito? Sed, antē quām huius loci ſententiam
expliſemus, vidēdum eſt, quid ſignificet per va-
rios lapides, quid per palma. Ego arbitror, per
varios lapides ſignificari paumenta marmorea
verſicoloria. erant enim quadā marmora varij
coloris, vt ex Plinio intelligere licet, palma au-
tem ſcopam ex palma accipio. Martialis lib. 14.
In prelio ſcopas teſtatur palma uifſe. Itaque hēc erit
horum verborum ſententia, Tēne viſqueadē
munditiam negligere, vt tricliniū marmore pa-
uimentatum, palma luſtenta verri patiaris pa-
uimenta autem ſolita eſte fieri marmorea ex M.
Tullio, & ex M. Catone cognoscere licet. M.
Tull. lib. 2. de leg. Equidem, qui nanc primū huc ve-
nerim, ſatiari non quo, magnificis que villa, & pa-
uimenta marmorea, & laqueata teſta contemno. Idem
paradox. vlt. illi autem teſta in villis, & ſola marmo-
rea facienti, fructus ad ſumtum exiguum eſt. Cato in ea
orat, quam habuit, ne quis consul bis fieret. dice-
re poſſim quibus villa atque ad eſt adiſicata, atque expoli-
ta maximo opere, citro atque ebro, atque paumentis Pa-
nicis ſent. Paumenta autem Pœnica marmore
Numidico conſtrata intelligenda ſunt, ut dicit Festus.
Hort. ſup. Od. 14. lib. 2. & mero Tingeſ pa-
uimentum ſuperbum Pontificum potiore cenſi. Vbi ſu-
perbum nos Porphyronem fecuti, marmoreū
explicauimus. quamquam idem Porph. alteram
illius loci explicationem poſuit, ut ibideſ ſeru-
limus. Lucilius. Quām lepidē lexes compoſerunt, ut teſ-
tula omnes Endo paumento, atque emblemata vermicu-
lata? ſic enim emendaui hos verſus. quamquam
litterat etiam legere emblemata vermiculata, ut qui-
dam malunt, pro emblemata vermiculata.

E T T Y R. D A R E C I R C. I L L. T O R.] locus eſt obſcurus, & variè explicatus. Quidam
ſic: & circum toros dare, id eſt, circumdare toris
illora toralia, videlicet veſteis ſtragulas purpu-
reas illora, & ita toralia, & veſteis Tyria vnum
erunt, quam explicationem non probo. pleriq;
per Tyrias veſteis, ſignificari putat coniuarum
veſteis, hoc ſenſu, & tēne oportet cōmiriter, ut
coniuarum veſteis ſuas Tyrias toralibus illotis, at-
que immundis inquinent, ſed errant. nam pri-
mū verba Horatii non recipiūt hanc ſen-
tiam, quod cūm ſit perſpicuum, non eſt, quod eos
pluribus verbiſ refallam. Deinde veteres nō ſo-
lebat cenare purpurat, ſed albiati potius, ut ali-
bi docuimus. Omnia purpureas veſteis inter
cenandum, & dum accumberent, non habebāt. Contra autem leſti, in quibus diſcumbeant, &
in quibus dormiebāt, ſtragulis veſtibus textili-
bus, aut purpureis inſternabantur. M. Tull. lib. 5.
Tufcul. q. collocaſi in ſuſt hominē in aureo leſto, ſtrato
pulcherrimo textili ſtragulo magnificis operibus pīſto.
Catull. de Pell. & Thet. nupt. Hac veſtis pīſto ho-
minum variata figuris, Herorum mira virtutes indicat

O B L I T V M] p̄ticipium oblitum coniungendū
eſt cum prouocabulo te, tēne illa facere o-
blitū, quāto minorem curam, ſumtumq; mun-
ditia deſiderat, rāto iuſtū ſteptendendum, ſi
negligatur: magisq; adeo, quām ſi non adhibeatur
magnificus ille, & ſumtuosus apparatus, quē
nulli, preterquām diuites, adhibere poſſint: ne-
queant autem edendum curauit, veterū librorum
auctoritatē ſecutus, pro quo vulgati habent,
nequeunt, minū reſtē.

D O C T E C A T I] iocatur Horatius, & vrba-
nē hunc Catium deridet.

**N O N T A M E N I N T E R P R. T A N-
T V N D. I V.**] id eſt, non tam renuntiando, &
refendo, que ab illo audiuiſi, tantum mihi
profueris, quātū magiſter ipſe loquens, notū
prouerbium *Ζωνς φανε μὲν οὐ πρεπει εἰναι,*
& illud *Εἰσχίνις de Demothēn.* πάντα τὰ θεοὶ^{τὸν} ἔνδειτα, id eſt, quid ſi bestiam audiuiſſeris?

N O N M A G N I P E N D I S] id eſt, non mag-
ni facis. tractum ab antiquorum consuetudi-
ne, qui ante vſum ſignatæ pecuniae, & argen-
tum pendebant.

Q V I A Q O N T I G I T.] nam bonum, quo
Oo iiiij

fruimur, ferè minoris facimus: neq; tam atten-
dimus aut sentimus, quantus insit in eo fructus,
cum fruimur, quām cūm catemus. Itaque verē
illud à M. Tullio disperatum, & demonstratum
est in oratione, quam habuit ad Quirites post
reditum, non longē à princip. nos carente magis,
quām fruendo, quid quaque res habeat vo-
luptatis intelligere. sic ille: *Res familiaris sua quemque*
delectat: reliqua mea fortuna recuperata plus mihi
nunc voluptatis afferant, quām tunc in columnis tota affe-
rebat. Amicitia, consuetudines, vicinitates, clientela,
ludi denique & dies festi quid haberent voluptatis, ca-
rendo magis intellexi quam fruendo, &c.

FONTEIS V T ADIRE REMOTOS] fonteis vltimos, & capita fontiū vltima, vt definā riūulos cōsectari, & ab ipsis fontibus hau-
riam, id est; vt ipsum auctorem, & inuentorem
huius disciplinae, horūmq; præceptorum adire
possim, atque ab ipso præcepta vita bēatae su-
mere. et autem totus hic sermo vrbanitatis &
satyricæ irrisionis plenus.

ARGYMENT. SATYR. 5.

Sub persona Vlyssis (quem inducit sc̄ifican-
tem ex Tireisia apud inferos, quibus artibus res
amissas reparare queat,) describit varias artes
quibus vtebantur qui hæreditates captabant.

HOC quoque, Tireisia, præter nar-
rata petenti.

Responde: quibus amissas reparare queā
res.

Artibus, atque modis, quid rideas? iāmne
doloſo

Non satis est Ithacam reuehi: patrioſque
Penateis (des, ut

Aspicere? o nulli quicquam menite, vi-
Nudius, in op̄que domum redeam te va-
te: neque illic,

Aut apotheca procis intacta est, aut pe-
cūs, atqui

Et genus, & virtus, nisi cum re, vilior al-
ga est.

Quādo pauperiē mīſis ambagibus horres:
Accipe, qua ratione queas ditescere tur-
dus,

Sine aliud priuum dabitur tibi: deuolet
illuc,

Res vbi magna nitet domino sene: dulcia

A poma,
Et, quoſcumque feret cultus tibi fundus
honores,

Ante Larem gustet venerabilior Lare
dines,

Qui quamuis periurus erit, * sine gente,
cruentus

Sanguine fraterno, fugitiuſ: ne tamen illi
Tu comes exterior, si poſtuleſ: ire recufes.

Vtne tegam ſpurco Dame latus? haud ita
Troiæ

Me gessi, certans ſemper meliorib⁹. ergo
Pauper eris. forteſ: hoc animum tolerare
iubebo.

Et quondam maiora tuli. tu* protinus,
unde

Diuinitias, arifq; ruam, dic augur, aceruos.

Dixi equide: & dico: captes astutus ubiq;

Testamenta ſenum: neu, ſi uifer unus, &
alter

Insidiatorem preroſo fugerit hamo:

Aut ſpē deponas, aut arte illufus omittas.

Magna, minörve foro ſi res certabitur
olim:

Viuet vter locuples ſine natis, * improbus
ultrō

Qui meliorē audax vocet in ius: illius eſto.

Defensor fama ciuem, cauſāque priorem
Sperne, domi ſi natuſ: erit, ſicundāue con-
iux.

*Quincte puta, aut Publi (gaudent præ-
nomine molles.

Auricula) tibi me virtus tua fecit amicū.

Ius anceps nōni? cauſas defendere possum:

Eripiet quiuis oculos citius mihi, quam te
Conteturum caſſa nuce* pauperet, haec mea
cura eſt,

Ne quid tu perdas, neu ſis iocus. ire do-
num, atque

Pelliculam curare iube.* ſi cognitor ipſe.

Perſta, atque obdura: ſeu rubra canicula
findet

infanteis

Infanteis ſtatuaſ: ſeu pingui tentus om̄oſo
Furius* hibernas cana niue conſuet Al-
peis:

Nōnne uides, aliquis cubito ſtantem pro-
pē tangens

Inquiet, ut patiens? ut amicis aptus? ut
acer?

* Plures annabunt thynni: & cetaria
crescent.

Sicuſ præterea* validus maleſilius in re
Praeclaruſ ſublatus aletur: ne manifestum

Calibis obſequiū nudet te: leniter in ſhem
Arrepe* officiosus, ut & ſcribare ſecundus

Heres: &, ſi quis caſus puerū egerit Orco,
* In vacuū uenias. perrard hæc alea fallit.

Qui teſtamentum tradet tibi cumque le-
gendum:

Abnuere, & tabulas à te remouere me-
mento,

Sic tamen, ut* limis rapias, quid prima fe-
condo

Cera velit uerſu. ſolus, multisne coheres,
Veloci percurre oculo. plerumq; ſecundus

Scriba ex quinqueuiro corurom deludet
hiantem:

Captatorque dabit riſus Nasica Corano.
Num furis: an prudens ludis me, obſcura
canendo?

O Laertiade, * quicquid dicam, aut erit,
aut non.

Diuinare etenim magnus mihi donat A-
pollo.

Quid tamen iſta velit ſibi fabula, ſi licet,
ede.

*Tempore, quo iuuenis Parthiſ horren-
dus ab alto

Demifum genus Enēa, tellure, marique
Magnus erit: forti nubet procera Corano

Filia Nasica metuentis reddere ſoldum:
Tum gener hoc faciet: tabulas ſocero da-
bit: atque

Vt legat, orabit. multūm Nasica negatas

Accipiet tandem: & tacitus leget, inuē-
niētque

Nil ſibi legatum, præter* plorare, ſuifq;

Illud ad hæc iubeo: mulier ſi forte dolofa,

Libertusve ſenem delirum* temperet: illis

Accedas ſocius: laudes, lauderis ut abſens:

Adiuuat hoc quoque: ſed vincit longe

prius, ipſum

Expugnare caput. ſcribet mala carmina

vecors?

(tro
Laudato. ſcorſator erit: caue te roget: ul-

Penelopam facilis potiori trade. putāſne?

Perduci poterit, tam frugi, tamq; pudica,

Quā nequiere proci* recto depellere cursu?

Venit enim magnum donandi parca in-
uentus.

Nec tantū Veneris, quantum ſtudioſa
culina.

Sic tibi Penelope frugi eſt: quā ſi ſemel

*vno

De ſene uariorit, tecum partita lucellum:

Vt canis, à corio numquam abſerbitur
vnclō.

Me ſene, quod dicam, factum eſt. anus im-
proba Thebis

Ex teſtamento ſic eſt elata: cadauer

Vnctum oleo largo nudis humeris tulit

heres:

Scilicet elabiſ ſoſſet mortua: credo,

Quod nimium inſliterat viuenti. cautus

adito:

Neu defiſis opera: néve immoderatus a-
bundes.

D Difficilem, & morofum offendet * garru-
lus. vcltro

Non etiam ſileas. Dauis ſis comicus: atq;

Stes capite obſtipo, multūm ſimilis metuēti

* Obſequio graffare: mone, ſi increbruit

aura,

Cautus vti velet carum caput. extrahe
turba

Oppositis humeris. aurē ſubſtrige loquaci.

*Importunus amat latidari? donec ohe, iā
Ad cālum manib⁹ sublat⁹, dixerit, vr-
ge: C⁹*

*Crescentem tumidis infla sermonibus v-
trem.*

*Cūm te seruitio longo, curāque leuarit:
Et certum vigilans, quart⁹ sit partis V-
lysses.*

*Audieris, heres: ergo nunc Dama fodalis
Nusquam est: unde mihi tam fortē, tám-
que fidelem?*

*Sparge subinde: C⁹ si paulum potes, illa-
crymare. est*

*Gaudia prudentem vultum celare. sepul-
crum*

*Permissum arbitrio, sine sordibus exfrue-
funus*

*Egregie factum laudet vicinia. si quis
Forte coheredum senior * male tussit:
huic tu*

*Dic, ex parte tua, seu fundi, siue domus fit
Emtor, * gaudentem nummo, te addicere.
sed me*

*Imperiosa trahit Proserpina: viue, va-
léque.*

Hac satyra describit sub Vlyssis persona insi-
diatores, & captatores hereditati: quorum ma-
gna quidem iā erat turba atate Horatij, sed lon-
gē maior postea existit, dominantibus Romæ
impotentissimis, sceleratissimis, flagitosissimis,
impurissimis tyrannis. Ad hanc rem pertinet il-
la, quæ sunt epist. 1.lib.1. *Eruſtis [seu Crastis]* & pa-
mis viduas venentur auras, Excipiuntque senes, quos
in viuaria mittant. facit autē Tiresiam Vlyssi
conſulentī apud inferos, quibus rationibus, atq. ar-
tibus damna præterita sarcire, & ditescere pos-
ſit, respondentem, nullam esse rei faciendę viam
breuiorem, atque expeditiorem, quām senes di-
uites vel orbos, vel quibus liberi sint partum fir-
ma valetudine, omni studio, atque officio pro-
sequi, auſcupari, caprare.

Hoc quoque Tiresia.] proinde
quasi multa alia inter se locuti sint, & quasi nō
sit hoc sermonis principium, à media quodam-
modo narratione orditur: quo in genere frequē-
tes sunt comici. Terent. And. *Quid igitur sibi vult
pater: cur simulari: & ibidem, ita quidem res est, vt
dixi, Lesbia, ibid. Mihi orare, &c. Scindendum est au-*

tem, Horatium alludere ad ea, quæ fixit He-
merus de Vlyssi ad inferos descensu, quæ sunt
idem, vbi Circe Vlyssi omnibus precibus ob-
ferranti, vt sibi in patriam redeundi potestatem
faciat, viām; ostendat, respōdet, illi per se qui-
dem reuerti licere: sed non antē id fieri posse,
quām ad inferos descenderit, Tiresiamq; vatem
coſuluerit; quem ait nūm quām labi, nūm quam
errare: cui foli Proserpinam etiam mortuo pru-
dentiam, sapientiamq; dedisse: ceteros verò um-
bras esse, atque huc & illue vagari, ac volitare.
Homeri verba sunt hæc: Αλλα τελέσαι καὶ πάντας
καὶ οὐδὲ τελέσαι καὶ πάντας Εἰς Λίδον δύμες,
καὶ ἐπαγῆς Περσεφόνην, Ψυχὴ γενομένης θι-
βαῖς Τερεσία Μάρτιον αἷλας, τοῦ τε φρένες ἔμ-
πεδι εἰσι. Τῷ καὶ τεθέωπι νόον πόρε Περσεφό-
νη, Οὐφέπεινάστη τοῦ δὲ σικοῦ ἀστατοῦ, cum
quibus congruunt illa Pindarica εἴδειν οἰδη.
Τερεσία πυκνῶς βουλᾶς, id est, Tiresiae pru-
dentibus consiliis.

AMISSAS R E P. Q. V. R E S.] iacturas præ-
teritas facire possim, omnī autem damnorū,
quæ fecit Vlysses, grauissimū fuit illud, quod ei
accidit ob foli boues ab eius sociis violatos, ac
mactatos. Nam propter huius facinoris culpam
socios omnes suos amisi, ipse vix nudus ligno
vno nauis nixus ad Calypsonem peruenit: quæ
narratur δύναται, & nos attigimus annot. ad e-
pist. 5.lib.1.

DOLOSO] noti quidem sunt Vlyssis dolis vel
pueris, & diximus sup. quiddā hac de re ad Od.
6.lib.1. sed non me pigebit tamen locos duos ex
Homero proponere lectori, quibus ingenium
Vlyssis tale fuisse declarat. Nestor. Ἀλλα, ipsius
Vlyssis filio Telemacho Vlyssem fallaciūrum, ac
que aſtūrūm omnī varietate, & multitudine
Græcis omnibus antecelluisse dicit, his ver-
bis, Εἴθ' οὐτις ποτε μήτιν δύοισιν θεοῖς ὁδούσις.
Πατροῖσι δόλοισι, πατρῷ πεδό, id est, Vbi nemo
vinquam consilio & follertia cum eo se compa-
rate vellet, quoniam multo superior erat Vly-
sses pater tuus variis dolis, & Pallas δύναται,
posita pastoris, cuius similitudinem & ornatum sibi
sumferat, persona, aſtūrūm, & callidissimū
omnium futurum esse ait, qui vlo aſtūrūm
genere Vlyssem superare queat, etiam si Deus ei
obuiam fiat. Κερδελέος καὶ εἴη, καὶ θειλότος,
οὐ σε παρέλθει. Εγ πάντας δόλοισι, καὶ εἴ θεος
απιδέσῃ, Σχέτλιε, ποικιλόμυτα, δόλων δέ,
οὐκ εἰρηνές Οὐδέ δι ση ἀρέ εὖν γοῦν λίξει
ἀπατῶν, Μηδών τε χρονίας, οἵτοι πεδόνει φί-
λοι εἰσι, id est, Astutus firile, & valde fallax, qui
te omnibus dolis prætereat, etiam si Deus tecū
cerret, infelix, seu miserabilis, variorum conſi-
liorum artifex, dolis inexplibilis: ergo ita futu-
rum fuit, vt ne in tua quidem patria fallaciūrum
sermonūmque dolosorum, qui tibi natura soli
cari sunt, modum constitueret?

TAMNE DOL. NON SATIS EST ITA.
RE.V.]

RE.V.] lāmine doloso Vlyssi (inquit Tiresias) nō
satis est, in patriam nauibus reuerti, patriamque
aspicere: Verūm tamen Ithacam vt videret, pa-
triam suam, vt ille sapientissimus immortalita-
tem scribitur repudiasse, ait M. Tull. lib.2. de le-
gib. & Homer. δύναται, αὐτῷ δύναται. Ιερός
χρηστὸν διπλάσιον νοεῖται. Ης γάρ, θεόν
μερέλας, id est, At Vlysses cupiēs etiam fumum
patria sua exilientem aspicere, mori exoptat.

ON VIII QVICQV. MENTI.] sic So-
phoclis in OEdip. tyranno de Tiresia, Τὸν δέον-
την μάντην δέοντας, Φαληρίς εὔπερικες
αὐγρόποτε μόνοι, id est, huic iam diuinum vatem
adducunt, cui homini foli verum est infictum.

APOTHECA] Ξεσθενη locus, vbi quippiam
condit, vt vinum, arma, fruges, apotheca vina-
rie, frequētes voces apud Plinium, & Columel-
lam. M. Tull. Philipp. 2. apotheca tota nequissimis
hominibus condonabantur.

AVT PECVS] primo libro δύναται queritur
Pallas, procos Penelopæ, queis, & boues Vlyssis
mactare. οἱ τε οἱ αἰεὶ Μῆνες ἀδυντος σφαζεῖσι, καὶ
εἰλίποδες, εἰλίκες βέσι. & eodem libro Tele-
machus, οἱ δὲ φηνίδεις δύναται. Οὐκού εἶπος: τα-
χα δίμε οὐρανούσις καὶ αὐτοῖς. hi autem do-
mum meani comedentes absūmunt: forstæ ve-
rō eriam meipsum interficien, in quibusdam li-
bris scriptū esse penus, quidam, qui habetur do-
ctus, mihi dicebat Romæ, & ita legendum vero
vultu contendebat.

ALGA] sup. Od.17.lib.5. & algalitus inuili
Demissa tempeſtas ab Euro Sernet. Virgil. Melibæo,
Horridior rufus, proiecta vilis alga.

QUANDO P A V P E R M.] Quoniam igi-
tur (inquit Tiresias) omissa longa verborum cir-
cūtione, paupertatem pertimescit, ac reformidas;
audi, & cognoscit ex me, qua ratione possis
rem facere, & locupletari.

SIVE ALIVD PRIV.] priuatum, pro-
prium: vt epist. 1.lib.1. quem ducit priua trireme. Si-
ue, hoc loco non geminatur, vt nec Od.6.lib.1.
Cantamus vacui, siue quod vrimur Non prater foliū
leues, siue turdus (inquit) siue quid aliud propriū
tibi suppetat, mittatur illico ad digitum scenū.
Priuum est proprium viuiscuiuscuiusq; vnde
& res priuata, inquit Nonius, alia priuum idem
valet, quod singulare, seu singulum, vt loque-
bantur veteres.

DEVOLUT] deferatur illuc, id est, quām pri-
mū, & celestī, verbo accōmodatissimo ad
nomen turdū, quod antecedit, vñus est.

NITET] nitor domus significat copiam, &
diuitias: vt nitor corporis, vicitum mundū, lau-
tum, & elegantem. sic Lucret. lib.1. & item alibi,
fruges nitidas appellat, significans, pinguis, o-
pimas, & vberes.

DULCIA POMA] Virgil. Tityro, sunt nobis
mitia poma.

HONORES] optimos quoſq; fructus, atque
adē primos, quibus significes, te optimē de eo

existimare, benēque ei cupere.

VENERABILIOR LARE] quem prīus
& potius venerari debes, quām Larem; si quidē
quām prīum ditescere velis. Lares & Penates;
dij, qui à quoque domi colebātur: quibus ē ce-
na libare, & fructūm primitias consecrare so-
lebant. vide ann̄ ad epist. 7.lib.1.

SINE GENTE] vt potē libertus, aut liberti-
bus, gentiles sunt, qui inter se eodem nomine
sunt, qui ab ingenuis oriundi sunt, quorum ma-
iores nulli seruitutem seruierunt, vt definit See-
uula. Inter gentem autem, & familiam, tāndem
interēst, quantum inter genus & stirpem. Nam
quemadmodū latius patet gens, quām familia:
ita & genus plus continet, quām stirps. denique
familia multe possunt esse vnius gentis, vt in gē
te Valeria erant Maximi, Messallæ, Leuini, Flaci-
ci, in Cornelia Scipiones, Cinnæ, Lentuli, Sulle.
Itaque si de hereditate aliqua controuersia sit,
proprietores, ac priores sunt agnati, quoniam eiūdē
familia sunt, quām gentiles, qui dumtaxat
eiūdē sunt gentis, qua de te quod inter Mar-
cellos, & Claudios patricios, litigatum esse scri-
ptū reliquit M. Tullius lib.1. de oratore ad Qu.
Fr. cū Marcelli ab liberti filio, stirpe: Claudij
patricij, eiūdē hominis hereditatem gēte ad
fe rediſſe dicerent: non dubito, quin ea heredi-
tas à cētumuiris fuerit Marcellis adiudicata, ius
enīm stirpis, & familia, iure generis, & gentili-
tatis potius, atq. interius est, gentem igitur corū
fuisse, qui eiūdē nominis essent, quorūque
maiores seruitutem non seruierant: familia au-
tem eorum, qui eiūdē nominis essent, & co-
gnominis, inter omnes cōuenit. Itaq. sine gen-
te erant liberti, libertini, libertinorum filii, ta-
meti hi, quos vltimo loco posui, essent ingenui.

CREVENT. SANG. R A T.] fratricida.
Virg. libr.1. Æneid, primo que prodita somno Tydides
multa vafabat cede cruentus. Cruentus autem & hic
& apud Virgil. idem valet, quod, contaminatus
& inquinatus, fanguis enim inquinat. Itaq. qui
occiderunt aliquem, impiori sunt. Ex eo cruentum
pro impuro vñspatur, vt à Lucretio lib.6.
de nat. rer. En celum nobis vñro natura cruentum,
&c. vbi vulgo corruptum legebatur.

FUGITIVI VS] id est, seruus, nam seruū, fu-
gitivū appellabant per contumeliam, ab affe-
ctu. Terent. Eunuch. fugitivus prodi, malè conciliat.

INTERDUM etiam liberum ab effectu, atq. eu-
nus, vt idem Herculeon, quām obrem me rogasti homini
fugitivo dabo inām ibi de Clinia loquitur. Omni-
nō fugitiū propriè serui appellantur, ex quo in
edicto ædilium curulium tirulus est seruorum
fugitivorum, si quis fugitivus, errōve sit, noxave ſu-
lū non sit.

EXTERIOR] inferior: vt cum eo ambules,
& iter facias minus honorato loco: vt incendas
ab eius sinistro latere: vt ei claudas, & regas leuū
latus: quod declarat proximus versus, translatio
autem ducta est à circulis, quorum ij, qui sunt

extiores, sunt posteriores : interiores autem, priores. Sic igitur qui in ingressu dextram partem obtinent, interiore circulum, & iccirco minorem faciunt : qui laeum, exteriorem, & maiorem.

V T N E T E G A M] sic habent cod. 2. Vatic. & Ianno & Faern. Tornel. Russard. cuius lectionis elegantiam quidam non intelligentes supponuerant, *Visne regam*. Nam si loquuntur boni scriptores: in his Liuius libr. 4. *Ille ut impune primò discordias ferentes concident finitima bellaz deinde, &c.* Horat. Od. 16. epod. responf. Canid. *Inlatus ut nriseris Cotytia Vulgata, sacrum liberi Cupidinis?* & fortasse M. Tullius lib. 4. accusation. ita locutus est non longè à principi. mutata scilicet interputatione, *Quid si magnitudine pecuniae persuasum est?* verisimile non est. *vt ille homo tam locuples, tam honestus religione sua, monumentisque maiorum pecuniam anteponeret?* nam hæc legi coniunctu. veri simile non est, *ut ille homo tam locupl.* &c. non placet. quamquam non sum oblitus, me nuper, cùm M. Tullij opera omnia edidi, paulo aliter hunc locum legendum esse putauisse.

D A M A] scriuli genere nato. sup. sat. 6. lib. 1. *Tunc Syri, Dama, Dionysii filius, audes Dejicare eum?*

C E R T A N S S E M P. M E L I O R I B.] vt cum Aiace. participium certans cum dandi casu coniunxit, vt solet similia.

F O R T E M H O C A N I M U M T O L E R . I V B.] mihi, meoque animo imperabo, vt praeter meam consuetudinem, meamq. dignitatem, Damam, & infimum quemq. hominem colam reificiendæ, & ditescendi causa. Alludit autem ad illud Homericum, quod dicit *Vlysses òðøv. u. Térñøði moi xpedim, & xuñteþov ðlo ñat. ðTλñg, id est, dura & perfex mihi anime;* & etiam grauius aliud aliquando pertulisti.

R V A M] eruam, effodiā, cōparem: vel dic riam acerū, id est, corruam, colligā, construam. tale illud est fat. 1. lib. 1. dines, *vt metetur nummos.* eodem pertinet illud ex ead. fat. *At n̄ id sit, quid habet pulchri constructus acerū?* tralatio est.

I N S I D I A T O R E M] te captatorem hereditatis: insidiatorem bonorum.

P R A E R O S O F V G. H A M O] translatum à pescibus, qui plerumq. hamo vñā cum esca votato, vel certe esca circumrota, effugient manus D pescatoris. hoc pertinet distichum illud Martialis de captatore lib. 6. *Munera magna quidem misit, sed misit in hamo, Et pescatorem pesci amare potest?*

A V T S P E M D E P .] profert hunc locum Priscian. lib. 1. *spem deponas autem, id est, desperes, spem abiicias.*

A V T A R T E M] *τέχνη,* captandi scilicet.

I L L V S T R S] ab eo, quem capratabas. Ars omnis incerta est, & in coniectura posita. Quare nō debet artifex, si quando præceptis artis minus responderet euentus, artem definire: sed aliā viam experiri, & tamē præcepta, quibus ars ea, quam

tractat, constat, accuratissimè seruare.

A M A G N A, M I N Ó R V E , &c.] id est, siue de magna, siue de parua re olim disceptabitur, litigabitur, judicio contéderet: eius, qui sit audax, improbus, & sceleratus, causam, & patrociniū suscipio, si modò sit locuples, & sine liberis: alterum autem, qui sit vir bonus, deferito, si liberos habebit. verbum certabitur hoc loco personale est (vt appellant) *καθίστασθε*, sic Liu. lib. 35. Tribuni plebis multam M. Postumio dixerunt. cuius certanda cùm dies aduenierit, &c.

O L I M posthaec: vt epist. ad Iul. Florum lib. 1. *Ne, si forte sias repetitum venerit olim Grex axium plumbas, &c. & Od. 10. lib. 2. non si male nunc, & olim sic erit.* & epist. ad Fusc. Ariftiū. *ut calcus olim si pede major erit, subuerterit: si minor, vret.* Virgil. Än. 1. *Hunc tu olim calo ssallis orientis onustum Accipies secura.* & 4. gentique mea data mania cernam, *Cognatas urbea omnia, populusq. propinquos.*

V L T R O] qui non lacessitus, non laesus, nulla iniuria, nullóq. damno affectus, virum se multò meliorem in ius vocet: quod est improbi hominis.

F A M A C I V E M , c. q; p. r.] ciuem, cuius sit & fama melior, & causa verior.

Q V I N C T E, P V T A, E T P V B L I] insituit, & docet captatorem Tirefias, qua se oratione ad aures, & amicitia diuitis sit insinuatus. Nemini autem inauditum est, Romanos illos veteres ingenuos, tribus appellationibus esse nominatos, habuisseque prænomen. id est, non men commune: nomen, quod erat gentis: cognomen, quod erat familia nomen. Prænomina erant exempli causa Caius Cn. Dec. Hostus, L.M. id est, Manius, M. Num. Post. Proc. P. Q. Ser. Sextus, Sp. Tib. Titus, &c. quamquam nonnulla ex his longo p̄st tempore pro cognominibus cepera sunt usurpari. sed de his Carol. Singtonius, & Onofri. Paninus, viri doctissimi, sunt consulendi.

G A V D E N T P R A E N O M I N E M. A V R .] prænomina enim maximè erat ingeniorū propriæ. Quin serui prænomibus caret. Vnde longè honorificentius erat prænomibus salutare, quam nominibus, aut cognominibus. contrà familiarius, & communius cognominibus salutare, vt salve Casca, salve Pulcher, Cicero, Caesar.

T I B I M E V I R T U S T V A F. A.] virtus tua, non pecunia tua.

M O L L E S] qua delectantur assertatione: libertate orationis offenduntur.

I V S A N C E P S] M. Tull. *ius varium* in oratione pro Cæcin: pro Murena *ius controversum nominat:* id est, ius ambiguum, & quod in virâque partem trahi potest.

E R I P. Q V I V I S O C V L. C I T .] prouerbialiter dixit, nam etiam ita loquimur, tu mihi carior es his oculis, Catull. ad Quint. *Eripere ei noli, multo quod carius illi est oculis,* seu quid carius Est oculis.

oculis, idem ad C. Licin. Caluum, *Nite plus oculis meis amarem Incundifime Calue, munere isto Odissim te odio Vatiniano.* Iccired Phædromus ille apud Plaut. in Curculione, amicæ suæ ostium oculi fissum appellat, id est, carissimum.

C A S S A N V C E] inani, cassum idem valet, quod inane, & vacuum: ex quo, lumine cassi appellant mortni. Virg. Aeneid. 2. nunc cassum lumine lugens. Lucr. lib. 4. *Nam nihil esse potest aliud, nisi lumine cassus.* Et id, quod nos umbras perhibere suemus. idem lib. 5. *Nec potis est cerne, quia cassum lumine fertur.* ibidem. *corpus, quod cassum lumine semper.* Id lib. 3. *Sollicita geris cassa formidine mentem.* Iterum lib. 4. *Illa tibi est igitur verborum copia cassa.* Pacuus de restudine, *Terrigenam, herbigradam, domi portam, sanguine casam.* M. Tullius lib. 5. Tuscul. *ut omne, quod honestum nos, & laudabile esse dicimus, id illi cassum quiddam, & inanis vocis sono decoratum esse dicant.* Plautus Aulul. *virginem habeo grandem, dote cassam, atque inlocabilem.* Idem Pseud. Te amatorem invenimus esse manem, quasi casam nucem. Idem in Rud. *Cassam glandem.*

P A P V E R E T] pauperem, seu pauperiem reddat, vt utrū hoc verbo & Plautus Mil. glorio- so. merx, *Quae improba est, pro meritis vito, dominum pretio pauperat.* Idem in Pseud. *nam boni viri Me pauperant, improbi alunt: augent rem meam mali.*

N E V S I S I O C V S] id est, névis si cuiquam ludibrio: néve te quisquam habeat pro delectamento. sic loquitur Catull. in quandam, *Iocum me putat esse macha turpis.*

I R E D O M V M, A T Q V E , &c.] superiora illa intelligenda sunt esse dicta à Tirefia, quasi orationem captatori præscribente, qua hic sibi diuiti benevolentiam conciliat: & captatori orationem imitantur: Nunc autem loquitur Tirefias ex sua persona.

P E L L I C V L A M C V R A R E] cibo & potionem se explore: inuitare se liberaliter, & laute: molliter & delicate viuere: sibi benefacere, infra epist. 2. lib. 1. *In cœte curanda plus aquo operata iuuenies.* & epist. ad Alb. Tibull. *Me pingue & nitidum bene curata cœte vives.*

P I C O G N I T O R I P S E] cognitor est is, qui iura alterius habet cognita, eaque alios docet, quos scire illius interest. hoc autem differt cognitor à procuratore, quod hic est absensis, ille præsentis. M. Tull. pro Qu. Rose. com. in hæcrem de cognitorē dediſti. Idem pro Cæcin. de AEbutio. cognitoris viduarum, defensoris nimium litigiosi, legendum autem est, non si, vt habent libri vulgati, sed p̄t, manu scr. quod cùm indicasset mibi Io. Daniel Aurelianus in uno codice, ita reperi posse in sex aliis: itaque memini scriptum esse in iis ferè omnibus, quibus Romæ vñs sum. Vtitur eodem in oratione & Plautus Curculione, sequere hæc Palinure me ad foreis: si mi obsequens, ibidē paulò p̄t, Potate, sit mihi volentes propria. idem Persa: *Ἄγε, si benignus, subueni. & Cn. Matrius apud Nonium lib. 16. Iliad. Nunc socij, nunc sita viri.* pp

Gερός δὲ ιστορίας πούτο δὲ ποιεῖ αὐτὸς ἐξάλλοις, ἔλαττον τὸ δέλφινος: καὶ τοῖς πλοιοῖς ^A πλάναῖς εμπίπλοι, id est, Thunni & gladij cōcitanus cōfistro quodam, seu asilo, circiter ortum Caniculae. habent enim tum vtrique ad alas, seu pinnas tanquam vermiculum, qui cōstrum, seu asilum appellatur, scorpio simile, magnitudine autem araneo æquale. Hoc autem ita eos vrit, & cruciat, vt exiliant, & subtiliant non minus quam delphinus. Tum saepe in navigia irrount. Iidem auctores tradunt, thynis oculi dextri aciem acriorem esse, quam laui.

CETARIA] vel vasa, in quibus grandiores pisces sole conditi seruantur: vel stagna, in quibus viui aluntur.

VALIDVS M ALÈ] parvum firmus, insitra valerudine, & ita non viralis.

SUBLATVS ALETVR] tolli dicuntur pueri, qui, cūn in lucem editi sunt, studiose, & magna cura dantur alendi, vt adolescent, & ad ætatis florem, ac pubertatem pertueniant. natum ex eo, quod patres sibi natos alere vellent, eos humi iacenteis, collere, & cōplecti solebant: si nolent, exponi iubebant: exponi autem, id est, domo exportatos in loco publico, vt in via publica, aut in littore maris, aut in ripa fluminis aut in silua aliqua ponere, & fortuna cōmittere, ac permittere, nam parentibus licebat liberos nuper natos vel exponere, ac necare, vel tollere, id est, alendo, ad pubertatem, & adulatæ ætatem perducere. Terent. in Andr. nam, quod peperisset, ius sit tolli. & Heaut. meministi me esse granidam, & mihi te magnopere interminatum, si puellam pāreverem, nolle tolli? Cht. scio quid feceris. sustulisti. ibid. sed hic erat anus Corintha band impura, ei dedi exponendam. ibidem. Nam iam primum, si imperium meum exequi voluisse, interemtam oportuit. Idem Adelph. Tu illos duos pro re olim tollebas tua, Quod satis putabas tua bona ambobus fore. Virgil. lib. 9. Æneid. Non ita me generis bellis assuetus Opheltes Argolicum terrorum inter, Troiæ, labores sublatum erudit. Et poëta quidam vetus apud M. Tull. Ciceronem lib. 3. Tufc. qu. nisi forte Cicero ipse vertit ex Eurip. Ego cūm genitum moriturum scui, & ei rei suſtuli. Notum illud eiusdem Ciceronis dictum ambiguum in Octavianum, ornandum, & tollendum adolescentem, quod ipsum Octavianum Cæsarem esse questū scribit D. Brutus ad Cicer. epist. lib. 9. & referr. Paterculus lib. poster. & Suetonius in Augusto.

IN RE PRÆCL.] in re familiaria lauta, & ampla.

NE MANIFEST. C ALIB. OBSECV. NVD.] id est, ne cultus senis cælibis tam apertus ac manifestus declareret, te esse captiorem hereditatis. nūdē te, id est, prodat te: consilium tuū aperiat, ac patefaciat: tuam artem & fallaciam, quam regi expediri, retegat.

LBN. IN SP EM AR R.] sensim ad spem hereditatis accede: officii tuis paullatim afflere, vt iam sperare audeas, fore, vt secundus tacitus.

PLER.

heres scribaris. sic dixit Horat. *arrepere in spem*, vt M. Tull. in Frumentar. *arrepere ad amicitiam*, quibus rebus non sensim, atque moderatè ad istius amicitiam arrepferat, sed brevi tempore totum hominem possederat.

SECUNDVS HERES] secundi heredes dicebantur à veteribus iuris cōsulis, qui substituebant primis heredibus, ita fortasse dicti, quia in secunda cera scribebantur, id est, secunda parte cerae, seu in secundis tabulis: vel in secundo gradu.

EGENEIT ORCO] ad Orcum egerit, id est, ad inferos: de medio sustulerit: è numero viorum expulerit.

IN VACVVM VENIAS] in vacuum, mortuo filio primo herede, locum subeas.

BPERR. HAG AL. FALL.] id est, perrardò hic euenus frustratur. tractum à cubis, in quibus fortuna quidem dominatur, sed tamen non nihil ars adiuuat, & digitorum mobilitas, & cetera, que tenent callidi aleatores.

QUITEST. TR. T. CVM QVÆ] quicumque testamentum tibi tradet, &c. tmeis.

CA BVERE, ET TABVLAS] id est, mentio id reculare, & tabulas abs te reticere, ita tamen, vt raptim, & limis, hoc est, obliquis oculis inspicias, quid pruna cera, id est, prima tabula testamenti, in qua scribuntur primi heredes, contineat, vt scias, utrū folus sis heres institutus, an tibi dati sint coheredes. Scindum est autem in prima cera scribi solitos primos heredes, in secunda secundos, & ita deinceps.

QUID PRIMA SECUNDVS] in primo versu, testatoris nomen: in secundo, heredis, aut heredum scribatur. neq; verò iis assentior, qui secundo versu interpretantur secundo gradu, nam qui secundo gradu erant instituti, secundi heredes dicebantur, quos etiam substitutos appellat. præterea hic unus est gradus dum taxat, nō plures. Iam verò in tabulis cerasi scribere confuerunt antiquos, constat. itaque sic loquebantur, prima cera, media cera, ultima cera. quo genero loquendi significabat primam, mediari, ultimam partem, seu tabulam testamenti. Sueton. in C. Iulio, sed nouissimo testamento treis instituti heredes fororum possessores, C. Octavianus ex dodrante, L. Pinarius & Q. Pedius ex quadrante: reliquos in ima cera. Idemq; de aliis tabulis sentendum: M. Tull. lib. Accul. i. deinde in codicu extrema cera nomen infinitum in flagitiosa litura fecit. Plant. Curcul. Dum scribo, ex plei totas ceras quattuor. Idem Afianat. Aut quid illa dicat peregre allatam epistolam: Nec ipsi quidem villa sit in aliis: Nec certa adeo tabula. Et paucis versibus post, Ne villa sit cera, ubi facere posset litteras. Idem Bacchid. cido tu ceras, ac linum actuatum, age obliga, obsequia cito. Idem ibidem. Cera quidem hanc parcit, neque stilo: sed quicquid est, perlegere est certum.

VELOCI PERC. OC.] celeriter perlegito tacitus.

PLER. PEC OCT. SCRIBA] Coranum significat, qui ex scriba quinqueuiratu adeptus, mox ex quinqueuirato, scriba iterum factus erat. Ita dicuntur aure quinqueuiri, vt duumuiri, triumuiri, decemuiri, & similes. Recocatum igitur scribam appellat, vel quod ex quinqueuirato refectus erat scriba, quod minus ante quinqueuiratum gesserat: vel quia hic Coranus, quantum aliquantum esset ætate prouecta, ita firmus erat tam, & validus, vt recocatus esse videretur: vel quia erat callidus, atq; astutus, multis in negotiis exercitatus, tritus, ac versatus veterator: vel per recocatum, simpliciter ætate grandem significat, quod videtur Seruius velle, qui hunc locū profert ad illum Virgilij locum lib. 11. Æneid. solidum nodis, & robre cocto. Nota autem est omnibus de Æsone & Medea recocato fabula: itemq; de Pelia, quam sic explicabat Diogenes Cynicus, vt diceret, Medeam non fuisse veneficam, sed eruditam & sapientem fæminam. illam enim sumere solitam homines molles, & delicia, luxuria, voluptate fractos: cōfque labore & exercitatione fatigare, atque ita validos & robustos efficiere, vnde hanc opinionem, famamq; de ea fluxisse, illam hominum carnibus coctis, eos iuuenes reddere consueuisse. Plaut. in Pseud. Quia forbitione faciū ego te hodie mea, Item ut Medea Peliam concxit senem: quem medicamento, & suis venenis dicitur Fecisse ex fene adolescentiū. M. Tull. in Catone Maiore, quid quidem me proficiscentem haud sanè quis facilè retraxerit, nē tamquam Peliam, recocerent. Varro Marcius. Peliam Medea permisit, vt se viuum degluberet, summudo puellum redderet. Ita Catullus Sufficiū quandam, senem recocatum dicit, quasi iterum iuuenem factum. Quod si per recocatum vaſtrum, & callidum intelligimus, erit translatio à rebus coctis, & recocatis. lentertia autē huius loci hoc est: Sæpe accidet, vt senex aliquis diues, & astutus à captatore in fodiis appetitus, eius spē fallat, vt Coranus Nasicam delusit. Simile exemplum commemorat Cornelius Tacitus lib. 13. Annalium de Pomponio Siluano, reperundrum accusato, & ab soluto loquens, valuitque pecuniosa orbitate & senecte: quam ultra eorum vitam produxit, quorum ambitu euaserat.

CO R. DE LVD. HIANTEM] captato-

rem inhantem, & insidiantem hereditati deluder, ac frustabitur.

DDABIT RISVS] præbebit risus, præbebit argumentum ridendi.

NVM FVRIS, AN] Vlysses non satis intel-

ligens, quid sibi velit Tirefias, querit, vt rūm futat, vt solent vates: an prudens, & sciens, eum ludificet. Plato in Timæo scribit, neminem mentis compotem vaticiniorum diuinorum ac verū attingere: sed aut in somnis prudentia facultate impedita, aut morbo affectum, aut diuino aliquo afflato concitari. Verba Platonis sunt hæc, εἴτε γὰρ εὐεστά πάτερνοι μεταποίησις ἀλλοί, εἴτε γὰρ εὐεστά πάτερνοι τίτλος ἀπονήσις.

MET. REDD. SOLD.] id est, non libenter redditis, à reddendo abhorrentis, metuentis enim idem valeat, quod φυλακτορίς, id est, carquentis, fugieris, vt sæpe iam admouimus. signifcat, hunc Nasicam, fuisse fraudatorem, & iniuriantem lentum, neq; bona fide, neq; ad diem ès alienum dissoluere consueuisse. solidum accipio solidum as alienum, siue dorem deberet, siue

PPL. ij

duca, μνή Διὸς νέστος, την' ἀγρυπνοασθένεα, τοῦ οὐλα-

λάζει.

QVIC QVID DICAM; AVT] videtur diuinatores, & vaticinia irridere, atq; adeò ipsum Apollinem: si intelligamus, hoc eum dicere, diuinos, & vates ambigua loqui, & quæ in hanc, vel in illam partem trahi possint. Alij non poterat esse iocum, sed seriò diciā Tiresia, quicquid diuinus sit, id aut fore, aut non fore: fore, si fore dixerit: non fore, si negarit fore, qui fortasse faluntur. Nam Horatius ubique sui similis est: id est, comis, facetus, & virbanus. Verumtamen virtus suo quisque iudicio.

DIVINARE ETENIM] ridiculum erat, quod iamiam dixerat, iuxta priorem explicacionem, magis ridicula est ratio: quasi verò magnæ diuinationis sit, id dicere, quod sit vel futurum, vel non futurum, nonnulli tamen, vt iam dixi, superiorum versum sic explicant, quicquid dicam, id est, quicquid dicam futurū, id euenerit: quicquid non futurum, non euenerit: vt nullus insit in his verbis iocus, nullaque irrisio.

SI TICBT, EDE] sic habent omnes libri vulg. cū quibus cōsentiant plerique manucripti. pauci quidam discrepantes habent, si licet, edam, quam scripturā si quis forrè probabit, ea sic mihi videtur explicada, sed tamen (inquit Vlysses) quid sibi velit ista fabula, subintellige, ede, cui respondens Tirefias, edam, inquit. Tale est illud apud Ciceronem de P. Victorij sententia lib. 4. c. pist. ad famil. epistola 11. p̄fūl se à Marcello ad me missum esse, qui hac nuntiaret, & rogaret, uti medicos. Coagi, & è vestigio, &c. sic enim legendum putat vir ille doctiss. ex auctoritate codicis antiquissimi: non, vt vulgo, uti cogrem medicos. Nam verbū cogrem dicit ille natum esse ex annotatione, atq; subintelligendum.

TEMP. QYO IVVENIS PARTHIS] Augustum significat, quo in périum obridente Parthi signa, quæ Crassus, & Antonius amiserant, vtrō Romam remiserunt. epist. ad August. lib. 2. Et formidatam Parthī, tē principe, Roman. his verbis autem tempus norat.

FORTI NVB. PRO C. COR.] Nasica

socii captabat Corani generi testamētum:

CORANUS gener à Nasica sociō captabatur, dolisq; petebatur. Iā verò proprieatè quid Vlysses multis sacerulis ætatem Augusti antecessit: cū Vlysses autem Tirefias apud inferos verba facit, iccirco inducit. Tirefias hæc narrans non tanquam præsentia (cūm tempora repugnant) sed tanquam

multis pōt annis euentura.

MET. REDD. SOLD.] id est, non libenter redditis, à reddendo abhorrentis, metuentis enim idem valeat, quod φυλακτορίς, id est, carquentis, fugieris, vt sæpe iam admouimus. signifcat, hunc Nasicam, fuisse fraudatorem, & iniuriantem lentum, neq; bona fide, neq; ad diem ès alienum dissoluere consueuisse. solidum accipio solidum as alienum, siue dorem deberet, siue

quid aliud. sic loquitur M. Tull. pro C. Rabirio
Post ita bona veneant, ut solidum suū cuique soluat.

G E N E R O] Coranus: cui Nasica filia nupta
est. s o c e r o] Nasica, Corani captatori, & in-
sidiatori bonorum.

M V L T U M N E G A T A S] quas multū &
sēpe negauerit se inspicere velle.

P R A T E R P L O R A R E] id est, præter ploratum, & flerum, propterea quod spē sua deciderit. oīquāz iubent eum Graci, cui malum & dāmnum p̄cātānt. annot. sup. sat. lib. 1. De-
meri, tēque Tigelli Dīscipularum inter tubo plorare ca-
thēdras. vide & quē annotātū ad illum locū,
O multa fleturū caput. ad Od. 5. epod.

I L L V D A D H A E C I V B E O] Alia dites-
cendi ratio, quam Vlyssi præscribit Tiresias, quē
tamen ad idem genus referunt.

M V L I E R S I F O R T E] mulier vel vxor,
vel concubina.

T E M P E R A T] regat. Nam hoc proximo mo-
do locutus est Od. 2.4. lib. 3. Nec dotata regit virūm
Vxor, altero Od. 3. eius lib. qui mare temperat.

L A V D E S L A V D . V T A B S .] landes mu-
lierem, aut libertum, absenteū scilicet: (immō
præsentem, magis enim hoc assentatorē & ca-
ptatori cōuenit) vt vel ab hoc, vel ab illa lau-
deris absens. Non temerē autē hoc dictū. nam
nemo absenteū laudat, qui non amerit, quo circā
si te absentem lauder mulier, aut libertus, dubi-
tate non debes, quin ab eis ameris. Iam hamus
ad capiendum amicum efficacissimus est, laus,
quamvis eam assentatores valde suspectam redi-
diderint, vt oleum, vnguentarij. Quemadmodū
enim hi oleum: sic illi laudem, ad decipiendum
alterum corrumpunt. Quare vt vino, sic laude
modicē vtendū est, ne & hīc veritatis, & illic
temperantia finis transamus. Minimē igitur
præsentem laudare debet is, qui & verus amicus,
esse, & verum amicum parare studet, sed absen-
tem potius. Neque verò existimāda est laus ab-
sentis minū valere ad eius, qui laudetur, amici-
tiam conciliandam, quam præfērit. Immō ve-
rō cōtrā se res habet. Quēadmodū enim actiūs
feriunt, qui ē longinquō loco iaculantur, quam
qui ēnīs propinquō: sic magis hominū amo-
rem benevolentiam queūt atque exci-
tat, qui absentēs, quam qui præsentēs laudat.

D I V V A T] συμβάλλεται, συωργεῖ, confert,
conducit.

S E D V I N C . L O N G ē P R . I P . E X P .]
sed longē præstat, senem ipsum capere, tralatio
ab expugnatione oppidorum. sic sat. 9. lib. 1. velis
tantummodo: quē tua virtus, Expugnabis. Eodem ferē
simili vius est Themistius junior oratione tertia
his verbis, οὐαὶ τοῖς ὅτι αὐτῷ μόνῳ τῷ
θηρευόδύῳ ταῖς μηχαναῖς, ἀλλὰ κατέκεινοι, οἱ
τεραῖς λόρτες ὅτι ταῖς ήμιν ἐργοῖ ποιοῦσσι: id
est, admouēndē autem sunt machine non ei so-
li, qui captatur, seu oppugnatur, sed etiam illis,
qui ante capi tem nobis facilem ad ingredien-
se: deinde

dum reddent, qui locus ad hāc Horatiana ma-
ximē accōmodati potest, vt intelligamus, maxi-
mē esse optandum, senem ipsum expugnare: se-
cundo loco, eos, qui facilem aditum ad eum ca-
piendum præbeant.

V E C O R S] excors, stultus: quasi mali cordis,
inquit Festus.

C A V E T R O G E T] posteriorē syllabam
verbī caue corripuit, vt & epist. 13. lib. 1. Vade, va-
le, caue ne tiubis, &c. non celabo lectorē tamen
me in quibusdam librī manuscriptis reperiisse
scriptum caueo roget.

V L T R D] nō exspectare dum rogeris, sed
vtrō, id est, non rogatus. artem, & latorē, vxorem
ei tuam trade, vt potiori.

P E R D V C I P . T .] poteritne perpelli ad hoc
flagitium Penelope, tam frugi, & tam pudica?
persuaderine ei poterit, vt adulteretur, mulieri
tam temperantia, & pudicitia: à verbo perducēdi,
perductores sunt appellati, qui mulieres nobili-
tēs vel promissis inductas, vel vi, & minis coa-
ctas ad potentiores viros perducunt. Cic. 1. lib.
acus, lenōnī, aleatorum perductōrū nulla mentio fiat,
quāq; docti quidā productores illo loco legēdum
cōsent, vt Latinū Graco respōdeat, οὐαὶ γάστερίς.

T A M F R V G I , T A M Q V E P V D .] pudi-
citiam Penelopę omnes ferē scriptores prædi-
cant, Homerū secuti: qui eam passim hac pu-
dicitiae laude afficit, pudicissimāq; describit,
vt que adē, vt neque ex eius oratione, neque ex
factis vel tenuissima impudicitia suspicio in ea
iure constitui, aut commoueri possit. Occurrit
mihi locus ille ὁδος. in quo Eurynomam anum
hortantem, vt loco corpore, faciēq; vnguento,
seu oleo perfusa in conspectum filij prodeat, &
cum eo loquatur, malē accipit verbiastiq; for-
mam suam, postea quā Vlysses ad bellū Tro-
ianum profectus sit, defloruisse, atque exaruisse:
itaque sibi talem munditiam esse negligendam:
qua verba locuta, ancillas euocari iubet, vt sibi
præstet fint: nam se solam in certū virorū pro-
dite nolle. sic Hom. Tōn δ' αὐτῆς. οὐαὶ γάστερίς
πενελόπεια. Εὐρυμάχη, μη τῶν
παρεῖδει καθοδεῖν ὡραῖον. Χρήστη,
καὶ θητεῖσθαι εἰλασθε & eadem libro Euryma-
chō vni cōprocis formam ipsius laudant, atque
affirmant, si ab omnibus Argiūis, & Grēciis spe-
cūta esset, multo plureis in eius adibūs procos
epulaturos: responder, formam suam defluxisse
post initium belli Troiani, quod si Vlysses domi-
sit, maiorem suam gloriam futuram ex viri pre-
senta, quam ex forma. Sed Pausania Arcad. nar-
rat sua aētate poēsin quandam Θεωρίαν in
scriptam extitisse, in qua scriptum esset, Penelo-
pan Vlyssē ex Troia reuerso filiū peperisse no-
mine Ptoliporthum, addit & illud, Mantinēleis
vulgō dicere, Penelopā ad Vlyssē domo eictā,
& sibi suas res habere iussam, quod viros à se
quæstos, & arcessitos domū intromisiſet: atq;
illam quidem primō Lacedæmonem se cōtulisse: deinde

fe: deinde relicta Lacedæmonē Mātincām pro-
fectam esse, ibique diem suum obiisse.

A Q U A M N E Q V . P R . & C .] quam proci cor-
rum pēre, & labefactare non poruerū: quam ad
adulterium impellere nequiuēunt.

R E C T O D E P E L L . C V R S V] ex hoc loco
illum puto esse emendādū, qui est sat. 3. eiusd.
lib. Palanter error certo de tramite pellit: & legēdum,
recto de tramite.

V E N . E N . M A G N V M D O N . P .] respon-
det Tiresias, atq; hāc sunt subintelligēda aut si-
milia quādam, Quid miū, procos nō potuisse
vxorem tuam ad stuprum perducere: venit enim,
&c. i. venerit enim ad eam iuuenes illiberales,
& parci ac restricti in magnū donādo. proci Pe-
nelopę non admodum effusę, nec largē dona-
bāt: parci & illiberaliter donabāt: fortasse quia
donandi facultatē nō habebant, non quod do-
nare nollent. De largitione procorū vnuis mihi
dūtaxar locus succurrit, qui est ὁδος. σ. eo loco
mittit quisque suum ad Penelopam manusculū
per puerum: Antinous vestem muliebrem ele-
gantissimā duodecim fibulis aureis nemax: Eu-
rymachus monile aurenū, electro intextum,
affabré factum, ac perpolitum: Eurydamas duo
autium ornamenta pulcherrima, summōq; arti-
ficio elaborata: Pisander torqueū: alij alij.
Verba Homerū sunt hāc, Δῶρα δὲ ὁδοῖς περιεργα-
τέσσαν κύρια εἴρεσσαν. Αρπάνω μὴ εὔειπε μέ-
γας πενταλέα πεπλον Ποντίκον, εὐδία δὲ εἴ-
σι περόνει πνοιαράσσεται, πᾶσας Χρύσεις, καπ-
ιτον εὐγνάπτοις αράριψι. Ορφών δὲ Εὐρυμάχο-
πολινδρίδας αὐτήν εἴπει Χρύσεις πλεύσουν
τερψίδαν, πέλαιον ὥστε. Eρυματα δὲ Εὐρυδίμης
διο θεού ποτε εἴειναν Τελυκλανα, μορέσσα.
χρέος δὲ πενταλέα πολλά, &c. Sed non celo-
lectorem, Simeonētum Bolism Lemosicem,

virum doctū, quem iam anteā sēpē com-
memorau, Aurati olin contubernalem coniuncto-
rem & discipulum, existimare hīc esse legendū,
venit enim magno, donandi parca inueniens: vt sit hāc
sentientia. Penelope magno venalis est, id est, nō
nisi magno pretio emi, ūnū non nisi magna mer-
cede conduci potest: at iuuentus, parca est donan-
di: id est, at proci Penelopę, sunt illiberales
& restricti in donando: non donant libe-
raliter.

N E C T A N T U M V E N . Q V A N T . S T .] D
multis locis commemorantur ab Homero pro-
corū prandia, cena, compotationes, epulæ: ex-
empli causa, id. β. sic queritur de procorū
coniūiis Telemachus in concione, Οἵ δὲ ή-
μέτερον παλεύμενον ἵματα πάντα. Βρ. ιερεύ-
τες, καὶ οἵδες, καὶ πόνας ἄγας Εἰλαπνάζεων,
πιστοὶ τε οἴνοι οἶνοι Μαγνάς, id est, hi autem
domi nostrae assidue verantes, boves immo-
lantes, & oves, & pinguis capras epulantur, &
vinum rubrum bibunt, &c. & δ. Π. Pallas Vlyssi
eandem procorū in adibūs alienis inrem-
pantiam, insolentiam, ac luxuriam narrat ipsi

A Vlyssi, Αρδανη μηνησηων, οἵτι βιοτον ηγετεύσαται.

S I C T I B I P E N E L . F R V G I E S T]
id est, quia proci patua munera largiuntur, &
quia studiores sunt poculorum, & obsoniorum,
quātū rerum Venerearum, icircō tibi Pe-
nelope casta & pudica est, alioqui ceterū mu-
lērū similis futura.

Q V E , S I S E M E L V N O] si semel munera
ab uno sene acceperit, lucro tecum communi-
cato: si semel experita sit, quātū insit fructus in
consuetudine sene diuitis: numquā poterit
ab hoc quāstu demoueri. de sene gūfarī autē
videtur ē Grēco imitarum, τε ρεποτος γεωσιλαι.
Significat, mulieres ferē om̄eis, quantumvis
caſta, ac pudica habeantur, muneribus capi, &
labefactari solere.

V T C A N I S , à C O R I O N V M Q .] pro-
verbium est, quod in eos cōuenit, qui posse
quam rem aliquam iucundam, & optabilem gu-
stārunt, ab ea aḡe auelli, aut deterri possunt.
sic autem effuerit Grēci, ξαλεπον μαθηταίων
συντοτεραγεν, id est, periculosa res eīt canis, que
corium rodere didicerit. Theocritus paullō alii-
ter εἰδει, ξαλεπον γελων νικά γενοι, id est, pe-
riculōsum est, canēde intestinis guttanisse.

E X T E S A M E N T O J U I S S O] aut voluntate
ipſius, testatrix ipſa sic se voluerat effuerit.

B L A T A] clata ē domo ad rogū, Terent.
Andr. Effūtū, i. Plautus Asinār. Vtīnam sic effe-
ramur. Idem Mostell, vidi effūrī mortuū. M. Tull.
epist. ad Att. lib. 15. epist. 1. Cr. Lucullus familiaris
naſter matrem effūrēbat. Etiam Grēci cūφερού
dicunt, ex quo σχροεζ.

S C I L I C . E L . & C .] si forte anū illa mor-
tua ex humeris heredis elabi posset.

C R E D O Q V O D N I M I U M I N S T I T .]
credo (inquit Tiresias) icircō anū illam vo-
luisse se ita effūrī ab herede, quia is fuerat supra
modum in ipsam officiū: quia odiosē, & mo-
lestē viuam coluerat: nimio officio eam pro-
ficiūs fuerat. Monet igitur hoc exēplo Vlyssē
Tiresias, vt in officio senibus, aut vetulis prestā-
do, operāq; dāda, modum seruer, videātq; ne se-
dūitate peccet, né, dum officio, & studio, se-
nis, anū diuitis gratiā aūcupatur, offendat,
atq; abalienet, credible est autē, verbis restra-
menti hoc fuisse expressum, ne captator ille ab
anū institutus heres, & iuſſus corpus eius oleo
perfusum nudis humeris ad rogū ferre, heres
effūrī, si corpus exciderit, aut sub ea condizione
institutum esse, si testatrix corpus oleo multo
perfusum nudis humeris portaret.

N B D E S I S O P E R A , N E V E] caueto ne
officio tuo desis, neve supra modū lis officiosus
id est, ne superē modū in opere tua praefāda,
aque obtrudenda. Nam (vt ait alibi) sedūlitas
stulte quem diligī, urget.

D I F F I C I L . B T M O R O S .] difficultē,
ξαλεπον, δυσέρεγον, morosum, δυσποτον, suprā
Od. 9. lib. 1. fēnēctūtē morosam appellat. mō-

tos enim ferè sunt, senes: & itē difficiles, epist. ad Pis. *Difficilis querulus laudator temporis acti.*

O F F . G A R R V L S . V L T R O N O N] si illam distinctionem, & lectionem probamus, *garrulus vltro*, hæc sententia est: qui vltro garris, id est, qui non prouocatus, aut interrogatus loquitur, idque supra modum, offendit. sū, vt hæc scriptum est: *vltro pertinebit ad ea, quæ sequuntur, Non etiam sileat.* Sed quid erit, *Non etiam vltro sileat;* arbitror, eum vltro sileat diceendum, qui appellatus, aut interrogatus, aut alioqui ad loquendum prouocatus, tacer. ab eo enim silentiū oritur: & ipse sine causa rater: immò cū causam naestus sit loquendi à dīnō oblatam, rater. Itaq. vltro sileat. Verat igitur Tiresias Vlyssen captorem vltro sileat, id est, canam & originem silentij esse. Et verò mediocritatē seruare iubet. Nam primum monet, vt garrisitatem viter: deinde deterret à nimia taciturnitate, qualis est eius, qui ad sermonem prouocatus, tacer. In cod. Ian. & Tornesij scriptum reperi *vltro*, quām scripturā si quis probabit, interpretabitur vltro quām satis est, vltro modum. Nam inest etiam hæc in hoc loco difficultas, quod in aliis cod. interputationis nota post nomē *garrulus*: in aliis post vocē *vltro*, sive *vltre*, locatur, iudicet igitur lector.

D A V V S S I S C O M I C V S] talis esto, quālis inducitur Dauis in comedis, nempe seruiliter, & timidè cum domino loquens, eīq. non nisi ad rogata respondens, neq. eum interrogare audens, talis etiam ab ipso Horatio inducitur sat. 7. inf. *Iamdudum ausculto: & cūpiens tibi dicere seruus Pausa, reformido.*

C A P I T E O B S T I P O] incurvato, inflexo, inclinato: qui gestus est hominis animum demittens, & ad palpandum parati. M. Tull. in Arato, *obstipum caput, & tereti cervice reflexum, Obtutum in candam maiori figure dicas.* Lucret. libr. 4. *Deniq. ut in fabrica, si prava est regula prima: Norma q. si fallax rectis regionibus existit: Et libella aliqua si ex parti claudiat hilum: omnia mendosè fieri, atque obstipa necessum est, Praua, cubantia, prona, supina, atque absonta testa, quem Lucretij locum testem producet. Festus, legit *obstipa*, in voce *obstium*, sed puto, Festu eo loco esse mendosum, & legendum, *obstipum*, & *obstipa*, nam aliud est *obstipum*, aliud *obstium*. Sueton. de Tiberio, *Incedebat cervice rigida & obstipa, adducto ferè vultu.**

O B S E Q U I O G R A S S A R E] *graffari*, vt Nonius Marcellus docet ex Nævio & Afranio, idem ferè valet, quod ambulare, & iter facere. Festus autem ait antiquos *graffari posuisse pro adulari: praterea graffari latrones aci vias obdidentes, graffi siquidem ambulare est: unde traditum graffari*, videlicet ab imperio gradienti. quod item ex Sallustio probari potest, processo belli Iugurth. sed dux, atque imperator vice mortalium, *animus est: qui ubi ad gloriam virtute via graffatur, abunde pollens, potensque, & clarus est, neque fortuna eget.* & ita Liuinus lib. 10. consilio graffandum, si nihil vires inservaret, ratu. Idem

lib. 45. *Etiam apud vos fuisse audiri, qui assentudo mul-* ^A *titudini graffarentur.* Itaque hæc verba obsequio graffare, hanc sententiam videntur continere, Obsequio, opera, officio aditum tibi ad diuitem patet: nō alia ratione, aut via diuitem capta, quām obsequendo: insidiare diuiti obsecra. nam graffari valet interdum insidiōsē, & dolosē ambulare. vnde graffatores sunt nominari, qui vias obdident, vt repente viatores incrimi, neque satis instrūctos, ac paratos ad oriantur, vt paullò ante ex Festo ostendimus.

S I N C R E B R V T A V R A] hæret etiam nunc in nonnullis librī impressis hæc mendosa scriptura increbuit: vsque adeò difficile est inuenire vitta extirpare. Nos autem multis verbis docuimus *στραφός* in annotationib. ad lib. Aristot. de moribus, ad Nicomach. hoc verbum sic esse scribendum, non, vt vulgū, increbuit, libri autem calamo exarati alij habent increbuit, vt & nos curauimus excludendum: alij increbuit, quæ scriptura corrupta est. *Si increbuit aura*, id est, si ventus factus est acrior, ac vehementior. sic loquitur & M. Tull. lib. 7. epist. ad Trebat. *venit increbescit cura ut valeas.* & Virgil. lib. 3. *Æneid. Crebrisunt optata aura, porr̄isque patetis,* iam propid.

C A V T V] valetudini consulens, sibi cauens ab iniuria cæli.

C A R V M C A P V T] φίλιων κεφαλή. Omnia quæ in homine præcipuum vīm habent salutis & vitæ conseruandæ, aut quæ summa præbent voluptatem atque utilitatem, cara dicuntur à poëtis Græcis, vt φίλη ψυχή, φίλον χειρά, φίλος θυμός, φίλα γονών, φίλη κεφαλὴ, φίλα σύμματα, φίλοι ὄφθαλμοι, φίλη πατέρες, φίλος οῖκος, vel φίλα οἰκία in numeris multitud. φίλη ρήτηρ, φίλη τέχνη, &c. id est, cara anima, carum cor, carus animus, cara genua, carum caput, cari oculi, cara patria, cara domus, seu cara domus, cara mater, cari liberi, &c.

E X T R . T V R B A O P P O S . H V M .] nequis eum in turba iactet, aut impellat, opus est humeris scilicet, *ωσταλῶν τὸν ἀμούσου στον.* obicit humeris, tamquam scuto aduersus pulsum multitudinis & turba. Theophrastus *χαρακτ.* in describendo assentatore etiam hoc argumentum commemorat non admodum difficile, *ἡ τὸς ἀπαντῶντας θητεῖαν κελεῦσα ἡστὸς παρέλθει:* id est, & proprium est assentatori, ut ibere eos, qui obuiam eunt, consistere, donec ille præterierit.

A V R E M S V B S T R . L O Q .] si tibi res est cum loquaci sene, aureis tuas, si fieri potest, cōprime, vel obtura, vt ne eius loquacitate offendaris: sed potius, vt enim, quādiu ei videatur, loquenter perfette, ac perpeti possit. aureis tuas ei præbe verberandas, atque obtundendas; verū tamen ne te loquacitate sua obtundat, & exsuffdet, eas substringe, & supprime, vt minus molestè & sine periculo surditatis eius garrisitatem ferre possit. Sic mihi videtur hic locus esse expli-

candus

candus, non, vt Acr. & Porphir. *aurem admoue, & intende.* Iam qui aureis suas obturant, facilis ^A quemuis clamorem, sonitum, strepitum, fragoē excipiunt, ac perferunt, neque vlo pæcto commouentur, quemadmodum Satyrus ille Clezomenius apud Aristot. problem. *τημη γ. quod effet ad maledicendum promitus ac propensus, cū sibi in iudicio causa dicēda esset, ne ad maledicendum aduersario, si eum audiret, impellebatur, ac porius vt de re ipsa diceret, aureis sibi obturauit.* Ita dicimus clausis oculis periculum adire, id est, sine vlo metu, ac dubitatione, propterea quod, qui clausis oculis, vt Andabatē illi, seu Antanabatē potius, se se periculo offerunt, aut laborem aliquem suscipiunt, facilis vtroq; defunguntur, quām si periculi, aut laboris magnitudinem oculis cernant: & agri, qui sunt teneriores, pharmaca solent clausis oculis denolare. Sic apud Platon. in Gorgia, Socrates probat, vnumquemque, qui aliqua in re peccarit, vltro ad iudicem ire, atque ad poenam à lege constitutam subeundam occurrere, & quodammodo clausis oculis, & fortiter se vrendum ac secundum medico præbere oportere. verba Platonis hæc sunt, *παρέχειν μάστιχα καὶ ἀνδρέως ὥστε τέμνειν καὶ κρεμαῖνται.* vt igitur ad Horatium recuerat, sic hunc locum explico, aurem, videlicet tuam, substringe loquaci seni, id est, aure tua substricta & compressa, sine seni istū loquacem, quādiu voler, verba fundere: aureis tuas ei præbe totum diem, si ei libebit, longis & odiosis narrationibus tundendas, ac verberandas. Atque ita in codice quo dam manu scrip. ad oram ascriptum vidi, *substringe aurem:* id est, præbe aurem. Licet dicere, quod mihi hac secunda editione venit in mente, *aurem substringe*, possum ab Horatio pro aurem vellere, quod est admonere: vt sit hæc sententia, aurem substringe loquaci, id est, senem paullo loquaciorem, & quadam forsan expromente, vel eulegantē, quæ rater præstabat, & quadam effundentem, atque efferentem, quorum enuntiatio ei periculum sit allatura, admove, vt lingua temperet: vel sic, multitudine verborum eos, qui adsunt, offendentem, nullamque loci, neque temporis, neque personarum rationem habentem, admonere vt modum orationi constituat. Ita aurem substringe, idem atque aurem vellere, valere dicemus: quo vlos est Virg. Sileno, *Cum canerem reges & prelia, Cynthia aurem vellit, & admonuit,* & idem in Copia, *Mors aurem vellens, venire, ait, venio.* Adr. Turnebus autem vir singulari doctrina prædictus, aliter hunc locum explicandum putabat, nempe hoc modo: *aurem substringe loquaci:* id est, aurem senis loquacis leniter tracta, seu prehende, vel molliter attinge: quod faciebant qui adulabantur, & qui se amare simulabant. Ego memini, apud Plautum *prehendere crines & auriculas, esse amatoriè, & blādē aliquem delinire, & permulcere: sed substringe aurem for-*

tasse non idem valet. Verūtamen iudicet lector cruditus.

I M P O R T V N V S A M A T L A V D A R I ?] si in eo est importunus, quod cupit laudari: si assiduè vult laudari, &c. Importunus is est, (vt alibi annotauimus) qui numquam conquiescit, neque alii conquiescendi potestatē facit, si igitur tali ingenio est, vt suis laudibus supra modum delectetur, tamdiu eius laudes persequeret, donec, manibus ad cælum sublati, dixerit satis esse.

M A N I B V S S V B L A T I S] gestus latantis, & Diis immortalibus gratias agentis, vt Dionys. Halicarn. lib. 3. de patre Horatiorum tergeminorum, δὲ πατὴρ ὁ εὐμάρτυρος οὐδὲ πατὴρ αὐτὸς, αὐτὸς γενέσης καὶ πατὴρ αὐτὸς εἰς τὸν οὐρανὸν, παλλὰς ἐφι καρπαστος εἰς τοὺς θεοὺς, οὐ παρὰς ἐδοκειν αὐτῷ γενέσης καὶ πατὴρ, γεγονός, id est, Pater autem vt eorum sententiam cognovit, letitia clatus, & manibus sublati in cælum, magnam se diis habere gratiam dixit, quod sibi hoc beneficij dissentit, vt filii sui essent pulchri & fortes. est etiā orantis gestus, vt docuimus ad Od. 23. libr. 3. itēmque ad epist. ad Loll. 2. libr. 1. admonebimus.

E T C R E S C . T V M . I N F L A] ingenium hominis inanis, qui supra modum cupit laudari, quique assentatione nimis delectatur, expressit. Itaque eiusmodi quidem ingenium cum vtre comparauit: assentator autem orationem ad huiusmodi homines inflando valete declarauit.

C ū M T E S E R V I T I O L O N G O , &c.] cūm moribundus iam in lecto decubuerit, tēque heredem instituerit ex quadrante.

E T C E R T V M V I G I L A N S] & tu certò vigilans, non somnians audieris, &c. solent enim plerumque, qui quippam magnopere exoptant, id in somnis cernere. Virgil. in Pharm. *Credimus an qui amant, ipsi sibi somniū fingunt?* & pīscator ille pauperculus apud Theocritum *ἔδει τοις οὐρανοῖς προcerum quendam, & grande pīscēnam ad hamum decuruisse, quemadmodum (inquit) in somnis canis omnis prædam vaticinatur.* sic Theocritus, *καθεζόρθνος δὲ δύσενος Ιθύας, οὐκ τολμάων δὲ πλάνον κατεστοιχώσαν: Καὶ τὸ τέλος παραφεύοντος καὶ γέροντος Πάτρονος κλαῖναι μαρτυρεῖται, ιδύνα καὶ ηγέρνα: id est, sedens pīscēs excipiebat, seu captabat: ex calamo autem fallacem escam concutiebat. Atque aliquis ē pīscium pinguium numero escam appetiuit. Namque in somnis omnis canis prædam vaticinatur: sic & ego pīscē. certum vigilans igitur valeret id, quod dicunt Graci vno verbo, *πταρ.* cuius contrarium est *χατ.* οὐαρ. Plat. lib. 2. de Repub. in extremo, *ἄλλοι εἰς απατᾶν οὐ θέος, οὐ τε καρπαστος εἰς την λόρην, οὐ τε καρπαστος εἰς την ποιητικην, οὐ τε καρπαστος εἰς την ποιησιν.* id est, neque alios decipit Deus, neque per*

visiones, neque per sermones, neque per signorum missiones, neque vigilanteis, neque in somnis.

Q V A R T E S I T P A R T I S, &c.] Jordo verborum est, cum tu certò vigilans audieris hæc verba: quarta pars heres sit Ulysses. sic supra locutus est Od. 2. lib. 1. *audir minus & minus iam, me tuo longas pereunte nocteis, Lydia dormis?* quidam libri veteres habent, *quarta est pars, &c.*

E R G O N V N C D A M A s o d.] sic dices voce flebili, & queribunda, itâne est ergo sôdalis meus, quicum mihi erat mæfa, vixitque cōmuniis, mihi erexitur est, & interiit? Dama autem, nomen est Seruile.

N V S Q V A M B S T ? id est, periit? Hellenismus est, *ouðæmuði þgi; ðxæði;*

V N D E M. T A M F O R T. T A M Q V E] ordo est, *þparge subinde,* id est, deinde subiunge iterans hac verba, unde mibi tam fortem, ac fidellem amicum parabo? solemus autem oratione præcisa ut in comminationibus, conquestionibus, obiurgationibus, & similibus animi motibus, ut inftâ sat. 7. unde mihi lapidem? unde sagittas? Terent. in Eunuch. *Ego ne illam? que illum? que me? que non? sine modo: mori me malum.* Gerinus Valens autem hæc verba, *sparge subinde,* referenda esse putat ad veterum confuetudinem in funeribus procurandis: in quibus præter alia, quæ factitare soliti erant, flores spargebant. Virg. lib. 6. Aen. manib; date lilia, plenus Purpureos flargæ flores: animâisque nepotis His saltem accumulem domi. Idem Daiphne, *spargite humi foliis, inducite fontibus,* [aliâs fôndib;] umbras Pañores: mandat fieri sibi talia Daiphne: *Et tumulum facite, &c.*

E S T G A V D I A P R O D E N T E M] est, vt Graci, *þðwæðegi* id est, licet animi lætitia fronte tegere: nihil vetat, quo minus quis vulnus lætitiae indicem, dissimulatione & fictis lacrymis celare possit. notus versiculus ille ex mimo Publ. *Heredis fletus sub persona risus est.*

P R O M A R B I T R I O] tuo, interdū restatores, quæ post mortem suam fieri volunt, ea permittunt arbitrio vel heredis, vel legatarij: quæ verba eandem vim habent, ac si arbitrio boni viri res esset permissa, securus sum autem liberos omnes veteres, qui habent *permisum*, non, vt vulgati, *Commisum:* & rechè. committere enim fidei dicimus potius, permittere potestati, & arbitrio. Horat. Od. 9. lib. 1. *Permitte diuus cetera: qui finit, &c.* Idem lib. 1. episto. 18. *Arcanum neque tu scrutaberis ullius umquam, Commisumque te ges.* idem lat. 4. *Commisum tacere Qui nequit.*

S I N E S O R D I V S] magnificè, splendidè, non sordide.

M A L È T V S S I E T] tussi graui, & periculo laborabit, quam *þñx* nominant Græci, male hoc loco valet, grauitate, valde.

H V I C T V D I C E X P. T. &c.] id est, huic coheredi dic, si fundum, aut domum, quæ tibi ex testamento obuenierit, habere cupiat: te

A elibentissimè venditurum, & quanti velit, ad dictum, atque adeò, si videatur, donaturum, *nummo,* id est, pretio vilissimo. Atque ita ferè omnies hunc locum explicant: quam explicacionem adiuuans Porphyrio, scribit, si quidem eius verba sunt, legem faisse, quæ veterar, quicquam testamento acceptum alteri donare. Itaque qui donare volebant, & tamen contra legem committere nolebant, aut non audebant, venditionem simulabant: & quod erat, verbi gratia, centrum milibus festiūnum nummūnum astimabile, nummo addicbat. Sed Germanus Valens, hoc putat esse nugatoria, & nummo coniungendum esse cum participio gaudientem, hoc modo, *Dic te gaudientem nummo:* id est, malentem nummum, quād fundum, addicere ei fundum pecunia, quam explicationem ego magis probo.

P R O S E R P I N A] proserpina mortis, & vita arbitra est, vt suprà diximus ad Od. 28. libr. 1. imperiūm, in primis habet in mortuos, quod & Homerus ostendit òmnis. *λ.* H̄t̄ moī òððωλον τόδ̄ ἀγαὴν Περσεφόνεια Ωτεω̄, δόφ̄ ἐπιμάλλον òððρόδρος τεκαχ̄, id est, aut quid ad me hoc simulacrum impulsum misit Proserpina? an ut magis ac magis lamentans gemam? Tibull. libr. 3. *Et mihi Persephone nigrum denuntiat horam.* Immerito inueni parce nocere Dea. Virg. Aen. 4. Non dum illi fluum Proserpina, vertice crinem Abstulerat, Stygioque caput damnauerat Orco.

ARGVMEN. SATYR. 6.

Se contentum iis quæ habet, vivere, ac plura non optare dicit. Deinde otij sui, quo ruri fruuntur, commoda cum incommodis negotiorum & molestiarum, quæ vitam urbanam comitantur, comparat.

H O C erat in votis: modus agri non ita magnus;
Hortus ubi, & teclo vicinus ingis aquæ fons,
Et paullum silua super his foret. auctius,
atque

Dij melius fecere. bene est. nihil amplius oro,

Maia nate, nisi ut propria hæc mihi munera faxis:

Si neque maiorem feci ratione mala rem:

Nec sum facturus vitio, culpâve minorē:

Si veneror stultus nihil horum: o si angu-

lus ille (agellum:

*Proxiimus accedit: qui nunc * denomat*

O si vñnam argentifors* quâ mihi monstre: ut illi, *circasalunt latus. ante secundam*

Thesauro inuento qui mercenarius agrû Illum ipsum mercatus arauit, dines amico Hercule: si, quod adest, * gratum iuuat: *hac prece te oro*

Pingue pecus domino facias, & cetera, præter

Ingenium: utque soles, custos mihi maximus adfis.

Ergo ubi me in monteis, & in arcem ex urbe remoui:

Quid prius illustrem satyris, * Musaque pedestri?

Nec mala me ambitio perdit, nec * plumbeus Auster,

Auctunnusque grauis, Libitinæ questus acerba.

Matutine pater, seu Iane libentius audis, *Vnde homines operum primos, vitæq; labores*

Instituant (sic diis placitum) tu carminis esto

Principium. * Roma sponorem me rapis: *eia,*

Ne prior officio quisquam respondeat, *virges:*

Siue Aquilo radit terras: seu bruma niualem

Interiorē diem gyro trahit: ire necesse est.

Post modò, quod mi obfit, clarè, certumque locuto,

Luctandum in turba, facienda iniuria tardis,

Quid vis insane? & quas res agis? improbus urget

Irat is precib; tu pulses omne, quod obstat,

Ad Macenatē memori si mète recurras.

Hoc iuuat: & melli est: non mentiar. at simul atras

Ventum est Esquilias: aliena negotia censem

Per caput, & circa saliunt latus. ante se- cundam

Rofcius orabat sibi adfess ad puteal cras.

De re communi scriba magna, atque no- uate

Orabant hodie meminisses Quincte re- uerti.

Imprimat his, cura, Macenas signa ta- bellis.

Dixeris, experiar? si vis, potes, addit: & instat.

Septimus octauo proprior iâ fugerit annus,

Ex quo Macenas me cœpit habere suoru

In numero: dumtaxat ad hoc, quem tolle- re rheda

Vellet iter faciens: & cui concredere * nu- gas

Hoc genus. hora quota est? Thrax, an Gallina Syro par?

Matutina parum cautos iam frigora mordent:

Et, qua rimoſa bene deponuntur in aure.

CPer totum hoc tempus subiectior in diem,

& horam

Inuidiæ: * noſter ludos ſpectauerat vñd:

Luſerat in campo, fortunæ filius, omnes.

Frigidus à roſtris manat per compita ru- mor?

Quicumque obuius est, me consulit: ô bone (nam te

Scire, deos quoniam propius contingis, o- portet)

Numquid de Dacis audisti? nil equide.

vt tu

Semper eris derisor. at omnes dij exagi- tent me,

Si quicquam. quid? * militibus promissa,

Triquetra,

Prädia Cæsar, an est Itala tellure datu- rus?

Iurantem me scire nihil, mirantur, vt vñnum

Scilicet egregij mortalem, altiq[ue] silenti. A
 Perditur hac inter misero lux, non sine
 votis.
 Orus, quando ego te afficiam? quandó
 que licebit
 Nunc veterum libris, nunc somno, &
 inertibus horis
 Ducere sollicita iucunda obliuia vite?
 O, quando faba Pythagorae cognata, si-
 mülque
 Vncta satis pingui ponetur oluscula lar-
 do?
 O noctes, ceneq[ue] déum: quibus ipse,
 méique
 Ante Larem proprium vescor: vernáf-
 que procaceis
 Pasco* libatis dapibus.* prout cuique libi-
 do est,
 Siccata inaequalis calices coniuua, solutus
 Legibus infanis: seu quis capit acria fortis
 Pocula: seu modicis vescit letius. ergo
 Sermo oritur non de villis, domib[us] ve a-
 lienis:
 Nec male, necne Lepos saltet: sed, quod
 magis ad nos
 Pertinet, & nescire malum est, agitamus:
 vtrumne
 Diuitiis homines, an sint virtute beati:
 Quidue ad amicitias, * v[er]sus, reclumne tra-
 hat nos:
 Et quas sit natura boni: summumque quid
 eius.
 Ceruius hec inter vicinus garrit anileis
 * Ex refabellas. nam si quis laudat ArellI
 Sollicitas ignarus opes, sic incipit, olim
 Rusticus urbanum murem mus paupere
 fertur
 Accepisse cauo, veterem vetus hospes
 amicum,
 Asper, & attentus quæsitis: * vt tamen
 arctum
 Solueret hospitiis animum. quid multa?

A neque illi
 Sepositu ciceris, neque lögæ inuidit auena:
 Aridum & ore ferens acinum, semesá-
 que lardi
 Frusta dedit, cupiens varia fastidia cena
 Vincere, tangentis * malè singula dente
 superbo:
 Cùm pater ipse domus palea porrectus in
 horna
 * Eset ador, loliúmque, dapis meliora
 relinquens.

B Tandem urbanus ad hunc, qu[od] te iuuat,
 inquit amice,
 Prærupti nemoris patiente viuere dorso?
 * Vin' tu homines, urbemque feris præpo-
 nere filius?
 Carpe viam(michi crede)comes: terrefria
 quando
 Mortaleis animas viuunt fortita: neque
 villa est
 Aut magno, aut paruo lethi fuga, * quo,
 * bone, circa,

C Dum licet, in rebus iucundis viue beatus:
 Vnde memor, quamvis æui breuis, hæc ubi
 dicta
 Agrestem pepulere: domo leuis exsilit.
 inde
 Ambo propositum peragunt iter, urbis
 auentis
 Mænia nocturni subrepere. iamque te-
 nebat
 Nox medium cæli spatum, cùm ponit u-
 terque
 In locuplete domo vestigia: rubro ubi
 occo
 Tincta super lectos canderet vestis ebura-
 nos:
 Multaque de magna supereffent fercu-
 la cena:
 Quæ procul exstructis inerant hæsterna
 canistris. (locutus)
 Ergo, ubi purpurea porrectum in ueste

Agrestem

Agrest: veluti succinctus curfitat hospes:
 Continuante dapes: nec non * vernaliter
 ipsi
 Fungitur officiis, prælambens omne, quod
 afferat.
 Ille cubans gaudet mutata sorte: * bonisq[ue]
 Rebus agit latum coniuua, cùm subito
 ingens
 Valuaru strepitus lectis excusit utrumq[ue].
 Currere per totum paudi conclave: ma-
 gisque
 Examines trepidare, simul domus alta B
 Molossis
 Personuit canib[us]. tum rusticus, haud mi-
 hi vita
 Est opus hac, ait: & valeat. me silua, ca-
 uisque
 Tutus ab insidiis tenui solabitur eruo.

HOC ERAT IN VOTIS.] hoc erat in o-
 patis: hoc optabam.

MODVS AGRI] agru optabam breuibus,
 & paucis decempedis mensum: agrum non ad-
 modum latum, modus in agro significat longi-
 tudinem ac latitudinem descriptam, ac dimen-
 sam. existat titulus in Pandectis iuriis ciuilis. si
 menor falsum modum dixerit. M. Tull. in orat. pro
 Flacco, *voluisti magnum agri modum censi*. Cœlius
 lib.8. epist. de signis, & tabulis, de agri modo, de are a-
 lieno acerrime agere. Plautus Aulul. Prologo, *Agri*
relinquit ei non magnum modum.

IVGIS AQVÆ FONS.] fons aquæ peré-
 nis. sic M. Tull. dixit aquam de iugi puto hau-
 stam.

SUPER HIS.] ὅτι τέτοις, ad hæc, vel præ-
 ter hæc.

AVCTIVS] amplius, benignius, cumulatius.

MAIA NATE] Mercuri. Oda. 2. libr. 1. Sine
 mutata iuuenem figura *Alas in terris imitari alma*
Filius Maia. & Oda 10. eiusd. Mercuri facunde, *nepos*
Atlantis, &c. Mercurium appellat, quia credi-
 tur amplificationem rei familiaris, & lucra ad-
 diuina, & fortunare. vide annot. ad saty. 3. huius
 libri.

PROPRIA] fixa, stabilia, perperua. vide an-
 not. ad illum locum, si proprium est, quod quis libra,
 &c. epist. 2. libr. 2. infra.

SINEQVE MAIOR EM, &c.] sic pre-
 carur Horatius. Si neque rem meam auxi p[ro] cu-
 iusquam iniuriam, aut per dedecus, aut turpitudinem,
 neque sum immuniturus nequitia, & lu-
 xuria. si non opto iis, qua habeo, plura, aut ma-

iora, neque agrum vicinum concupisco. neque
 thesaurum innuere aeo, seu inventario. fideli-
 nique iis, quæ mihi suppetunt, contentus viuo:
 te oro, vt, &c. solebant autem preces cum con-
 dicione concepi à veteribus. sic Thetis apud
 Homer. lib. a. Iliad. Ζεὺς πάτερ, ἐποτε δή σε μετ'
 ἀδακτονίοντος ὄντος Η ἔπει, η ἐργα, τὸ δὲ μαικρόν
 λουον ἐλασσόντος, id est, Iupiter patet, si quando te in-
 ter immortalis iuui aut verbo, aut facto: hoc,
 quod peto, mihi perficio. sic Horat. Od. 18. libr.
 3. Faune Nympharum fugientum amator Per meos fines,
 & apr. &c. si tener pieno, &c.

RATIONE M A L A] turpitudine aliqua,
 iniuria, vt lenocinio, impudicitia, cæde, & simi-
 libus. Pindarus εὐθ. η. Nea, air, diuitias honestis
 rationibus, & cum Diis volentibus partas, sta-
 biliores esse. sic Pind. σωθὶς θεῶν γέ τοι φυτε-
 θεῖς ὥλος αὐθόπαιον παρμονάτερον.

S I V E N E R. S T V L T. N I H I L H O R V M]
 id est, si huiusmodi vota, quæ statim sequuntur,
 non facio: si talia non opto, suprà ad illum locū,
 Et venerata Ceres, &c. sat. 2. huius libri, ostendim-
 us, venerari interdum idem valere, quod pre-
 cari, & vota facere, precari autem Græci εὔχεται
 dicunt: quod non solum à diis aliquid precibus
 experere significat, εὔχεται τοις θεοῖς, vt loquitur
 Plato in Euthyp. sed etiam optare, itaque, quæ
 Latini optata, Græci εὔχεται quoque nominant,
 vt sciunt Græcæ dæcti. sic igitur hunc locum ex-
 plicandum censem, si nihil horum opto, seu, si
 quis malit, si nihil horum à Diis precor, non vt
 Erasmus, qui legendum putat, *veneror*, lam *veneror*
fultus, sic dictum, vt illa, *parce malignus*, Od. 28.
 lib. 1. & non te negliget horridus, Od. 21. lib. 3. & si-
 milia, quæ collegimus ad Od. 8. lib. 3. Existima-
 bant autem veteres illi, diuitias, & cetera bona
 fortunæ à Diis immortalibus donari, & ab illis
 incommoda, damnæ, & egestatem homini-
 bus importari, quod & Theog. approbat. Οὐ-
 δεῖσκοι τοις τοτοῖς, καὶ κέρδος αἴτιος αὐτοῖς, Αλλὰ
 γει τοις τοτοῖς αὐτοῖς, id est, Nullus est,
 Cyrene, detractioni & lucri sibi ipse causa: sed
 Dij horum vtriusque sunt donatores. Itaque
 quemadmodum bona à Diis votis, omnibusque
 expetebat, ita mala & aduersam fortunam
 deprecabantur.

Ο SI ANGVLVS ILLE, &c.] Italia sunt a-
 uarorum vota, atque optata. & si, optantis, & pre-
 carantis est. Virg. Eneid. 8. O. mibi preteritis referat se
 Iupiter annos. & si, vt Eneid. 6. & sic fortè pre-
 caratur, si nunc se nobis ille aureus arbore ramus offendat
 nemore in tanto: vt apud Græcos, & εὐφόρτῳ. vi-
 nam accidat, vt si mali contingat, & ita Eu-
 ripid. Oreste, Εἰ γέροντος πατέρας δ' ἔργο
 πολι. Et δὲ solum. Idem Virg. li. 5. Eneid. nec vnu-
 cere certo (*Quamquam δ.*)

DENORMAT AGELLVM.] Denormat,
 legume Porphir. & Acro, & ita reperi scriptum
 in omnibus ferè codicibus calamo exaratis, &
 nonnullis vulg. cāmque scripturam, præsertim à

vinis doctis comprobata secutus sum. denormare autem idem valet, quod denormem, & in qualen, & norma expertem efficer. *Huc pertinet, quod scribit Aristot. lib. i. de arte dicendi, ea, quae nobis desunt, etiam si parua sint, nobis esse bona, & opribilia.*

F O R S] fortuna. vt sup. annot. ad sat. i. lib. i.

Q u a l i] aliqua via, aliqua ratione, aut aliqua parte potius. quidam libri veteres tamen habent quis.

*A M I C O H E R C U L E.] aequo, & propitio Hercule. beneficio Herculis diues factus. nam & Hercules eorum rem familiarem fortunare, atque augere credebat, qui bonorum suorum decimas ad eum detulissent. Alij dicunt eum praeesse thesauris. Alij hoc referunt ad fabulum de quadam rustico, cui visus est Hercules in somnis locum, ubi esset thesaurus, demostrasse. Herculem autem thesauris, & lucris insperatis, item vt Mercurium, id est praeceps volant, quod Hercules dicitur & bona externa viribus & virtute adeptus est. hunc locum imitatus est Persius saty. 2. & *C o s sub rastro crepet argenti mibi seria dextro Hercule.**

*T H E S A U R O I N V E N T O] thesaurum sic definit Paulus Iurisconsultus lib. 41. Digestor. tit. i. de acquir. ter. domin. *Thefurus est quedam vetus deposita pecunia, cuius non exstet memoria, ut iam dominum non habeat. Sic enim fit eius, qui innenerit, quod non alterius sit, alioquin si quis aliquid vel lucri, vel metus, vel cur fiducia causa condiderit sub terra, non est thefurus: cuius etiam furtum fit.**

*S I, Q U O D A D E S T, G R A T V M I V V A T:] id est, si, quod mihi suppetit, gratum, & iucundum est: si eo, quod adest, delecto & contentus sum. nomen *gratum* coniungendum est cum verbo *iuvat*, hoc modo *gratum iuvat*, id est, cum sit *gratum, iuvat: res ipsa operari, qd auxiliari* & *teperi*, *gratum* est enim id, in quo acquiescimus, quo contenti sumus.*

H A C P R E C E T E O R O F sic loquitur epist. ad Vinn. Asell. libr. i. oratio multa prece nitore porro.

P R A E T E R I N G E N.] nam ingenium pinguere, id est, hebes, neque laudabile, neque opribile est.

V T Q V B S O L E S] nam poëta omnes sub D Mercurii tutela sunt. quos sup. Od. 17. li. 2. viros Mercuriales appellat: ubi Faunum, Mercurialium virorum custodem dicit.

E T I N A R C E M] in locum editum, qui mihi arcis loco esse possit: vel villam suam significat, ubi rex est, & in quam se recipit, tamquam in arcem, longe à strepitu urbano, longe à negotiis urbanis.

M V S A Q V B P E D E S T R I.] Musam pedestrem, versus, quibus vtitur in satyris, & in epistles appellat, quia solutæ orationi sunt similimi. infra epist. ab August. in extrem. nec sermones extrema,

ego mallem Repenteis per humum, quā res componere ḡf̄s. & Ode 12. lib. 2. historias pedestres dicit, quæ sunt oratione soluta conscriptæ, sūque pedestribus Dices historiæ pralata Casar, Mæcenæ, melius. περὶ λόγων appellant Graci.

M A L A M E A M B I T I O] mala epithetū est ambitionis perpetuam: vel distinguunt ambitionem honestam, & laudabilem, à turpi & virtu peranda. vide Aristot. lib. 4. de moribus ad Nicomach. vbi de ambitione disputation, quam φιλοτιμία nominant Græci.

*N E C P L V M B E V S A V S T.] insalubris, pestilens, & quo corpore ingrauefcent. M. Tull. per translationem fermonis plumbos appellant, tardos & hebetes lib. i. Tuscul. *misplane plumbei sumus in philosophicis, vel refer ad colorem oris, & corporis, quæ efficiuntur palida Austri flatu.* supra Ode 14. libr. 2. *Frustra per annos noventem corporibus metemus Austrum.* Aristoteles problem. lib. 2. τμημ. κτ. querit cur Austri sit άσθενής, id est, frœtidi, & tætri odoris: & responder, fortasse eo fieri, quod humida, & calida corpora efficiat, hæc enim maxime putescunt. significat autem fortasse Horatius, se continentia, & frugalitate consequi, ut à tempore anni minus salubri, non offendatur sua valetudo. Nam & Socratem ferunt ita continentem in vicu, cultaque huisse, vt saepe Athenis orta pestilenta, multisque vi morbi absumtis, solus intactus, & integer à peste fuerit. Vel dic, quod rectè valeat anni tempore insalubri, id eum loco ascribere, & carlo.*

*C LIBIT. Q V A S T. A C E R B A] quia Autostante complures in morbum incidunt, atque intereunt. Libitina, Dea funerum, à qua dicta Libitinariaj, qui in funeribus procuradis sunt occupati. Plaut. senes decrepitos libitinarios appellat in Bacchid. *Blandula, faceta, pulchra: incurios, libitinarios, veterum senes illorum trahentes patres.* Ode 30. lib. 3. *magnaque pars mei vitabit Libitina, Dionys. Halicarnaf. lib. 4. scribit, Venetum nescio quam à Romanis appellatam esse Libitinanam. & item Plutarchus Παυκεῖος,**

A V D I S] adpellaris, vt epil. ad Mæcen. 2. lib. 1. rēque patēque Audisti coram.

*M A T V T I N E] à Iano diei, & anni principiū ducitur. de quo vide Plutarch. *παυκεῖος, & Macrob. lib. 1. Saturn.* [Herod. lib. 1. Διαφόρων δὲ αὐτῶν ἡμέρας τὸ ἔχαλμα, ἐπειδὴ εἰς αὐτὸν ὀνταντος ἀρχετός τε γε παντερα.] Seruius ad illum Virgil. verum lib. 7. *Aeneid. sunt grimæ bellī porta, &c. norat, Ianum apud aliquos bisontem, apud aliquos quadrifrontem esse non mirum est. Alij enim eum diei dominum esse volant, in quo est ortus & occasus: Horat. Matutine pater, seu Iane libentius audi: dīj anni rotū, quem in quatuor tempora constat esse dinū. Anni autem esse Deū illa res probat, quod ab eo prima pars anni nominatur. Nam à Iano Ianuarinus nuncupatus est. M. Tull. lib. 2. de nat. Deor. Cūmque in omnibus rebus vim haberet maximam prima &**

extremis principem in sacrificando Ianum esse voluerūt, quod ab eundo nomine est dūlūt: ex que transições peruit Iani, fore que in liminibus profanarum adiūt, ianum nominantur. [sic Arnob. lib. 3. Ianum quidam ex vobis mundum, unum alijs, solēt esse prodidere non nulli, &c. sequitur paucis post, quem Ianum in cūtibz anteponit precibz. & viam nobis pandere deorum ad audiuntiam creditus, &c.] Incipit hinc narrare sua torius diei actiones à tempore matutino ad vesperam.

V N D E] à quo, vt sup. sat. 3. unde ego mira Descripti dociles precepta hac. ibid. Vnde uxor media surgat de nocte vocata.

R O M A E S P O N S O R E M] cùm Roma sum, inquit, sponsorem me rapis. sponsorem iuris consulti recentiores Paulus, Vlpianus, & certi, fidei sponsum appellant. infra epist. 2. libr. 2. Hic sponsus vocat.

R A P I S] verbum rapis significat necessitatē, non illam quidem vi impotram, sed ab officio natam: quæ plurimum valer apud viros bonos. rapis igitur, id est, cogis me ex officij ratione. spondere autem pro altero, graue onus esse, declarat prouerbium Græcum εἰσίσα, οὐδὲ δύεται, εἰσίσα, οὐδὲ δύεται.

E T A, N E P R I O R O F F I C I O] si legemus virge, vt habent omnes libri vulgati: horum verborum hæc mihi videtur fore sententia. εἰσα (inquit Horatius) Matutine virge, atque impelle me acriter ad hoc officium spondendi alicui amico præstandū, ne quis me officiorum existat, atque hanc mihi laudem præcipiat. Sin, vt nonnulli libri manu scripti, verges: quam scripipturam ego magnopere probo: huius loci hæc erit sententia: tu Matutine me sic hortando verges: eia Horati noli cōmittere, vt quisquam officio satisfaciat prior, quām tu. porest & sic explicari, seruata vulgata, & communis scriptura, vt intelligamus, Horatius seipsum hortari, eia: virge quod agis, virge officium tuum, nequis te sit officiorum, sed ego verges legi mālo.

S I V E A Q V I L O R A D. T E R R.] siue flat Aquilo, &c. sed cur terras dicit ab Aquilonate, cùm hic ventus à superiori parte spirer, vt docet Aulus Gell. lib. 3. cap. 30. fortasse responderi potest, tradendi verbo vsum esse Horatium non quod significet, per extremas maris, aut terræ partes hunc ventum spirare, sed vt eius vim exprimat, sic de Euro dixit Od. 16. epod. vt neque largis Aquibus Eurov aria radat imbris.

S E V E R V M A N I V A L. I N T E R I O R E] id est, siue dies totius anni sunt frigidissimi, ac brevissimi, niuibz denique infestissimi, &c.

I nteriori gyro, id est, breviore circulo. nam cōpluribus ab uno communi pūcto medio descriptis circuitis, interioribz, sunt breviiores, seu minores. neque tamen hoc ita accipiendo est, quasi dicamus solis circulos parallelos, id est, æqualiter inter se distantēs, quos quotidie motu cæli sol efficit, hieme, quām vere, atq; æstate esse brevio-

res: (quonis enim tempore anni sunt æquales, quia quanto sunt minores semicirculi superi finientे nostrum, tanto sunt maiores ij, qui sunt infra, & sub pedibus nostris) sed quod minores sunt superi finientem nostrum hieme, quām certis anni partibus, semicirculi idq; proper orbē signiferū, quem ζωδιακὸν Græci appellant: quo fit vt dies sine contractiores, noctes longiores. Itaque hæc verba, mitalem, interiore diem gyro trahit, hanc vim habent, dics efficit cōtra cōiores, ac breviiores, similiusque frigidos, & niuibz infirmis, ac turbulentos. Vel dic, omnino eos circulos, quos cæli motu sol hieme efficit, esse minores, quām quos vere, & auētuno, propterea, quod illi sunt tropico capricorni, seu brumali signo, proximi. Quod si quis dicat, eadē ratione etiā eos circulos, quos sol æstate cæli motu cōficit, esse iis breviiores, quos vere, & auētuno: quia sunt signo solstitiali, seu tropico cancri viciiores, fatebor, & cōcedā, sed hoc interest, quod dies æstivū sunt noctibus longiores propter sitū orbis signiferū, seu zodiaci, cui pars maior æstivū diebus exstet supra terrā: quam partem dum sol permetitur & perambulat, dies efficit noctibus longiores, & propter vicinitatem suam ardentes, & torridos; dies brumales autem cōtrā propter contrariā rationē sunt noctibus breviiores, similiusque turbulenti & frigidisi. Itaq; significans Horatius hos dies brumaleis, recte, & euālōz addit ad nomen diem, epitherum nivalē.

*P O S T M O D Æ, Q V O D M I O B S I T, &c.] postea mihi id locuto, quod mihi dānum affectat, ita clare, & aperte, vt inficiari nō possim, luctūdū est in turba. Sed quid de se locutum esse sentit Horat, quod ei obesse possit? vel intellige vniuersit, & generatione de quo quis scimone, cuius hæc natura est, vt, maximē si multus sit, & cum multis, non possit non nocere ei, qui sit locutus: vel ad spōsionē refer, qua: vt paucis antē diximus, spōsori plerūq; damna est, alij referunt ad defensionem clientis, quasi Horatius alicuius causam defendere in iudicio, & defendendo clientem, aduersariū lassit: alij ad concūcia, quæ fieri solent in turba, dum alij tardius, alij celerius eunt: quarum explicationē posteriores duas nō probō: duarū autem priorum mihi placet magis ea, quæ ad sponsionē referuntur: & ita Ouidius, *Vnus ex verbis grandia damna ferat.* Iam pōstmodō Seruius ad illum locum Virgilij *Tityro longo pōste tempore venit, vult esse vñā vocem, & hunc verbum Horatij profert.**

L V C T A N D V M I N T V R B A] id est, laborandum, & contendendum est in turba.

F A C I E N D A I N I V R. T A R D.] dū proprio, non possum effugere, quin faciam iniuriā iis, qui antecedunt, tardius cūtibus. fit enim, vt eos impellam & pulsam: quod illi moleste ferentes, mihi cōuiciant & maledicunt his verbis, quid vñ infane, &c.

Q V I D V I S I N S A N E E T Q V A S.]

verba sunt (vt dixi) eius, qui ab Horatio propter imitacionem expressa.

I M P R O B V S V R G E T] improbè, & sine intermissione me insectatur verbis contumeliosis, & precibus iratis, id est, exscrectionibus & diris preicationibus: *& pœnæ, vt sup. Od. 5. epo. misit Thyeſteus preces.*

T V P V L S. O M N E, Q. O B S T. A d M. A c.] hæc verba, tu pulsæ omne, quod obstat, coniunctè legenda sunt, cum versu proximo, *Ad Mæcenatem memori, &c. & hoc modo, mea quidè sententia, explicada, tu autē Horati (nam se ipsum affatur) non dubitaueris, quicquid obstat, eūti, pulsare, cū tibi fuerit ad Mæcenatē reuertendū.*

H o c i v v. E t M E L L I E S T: N O N m.] verò loquar, ingenuè fatebor, quod verū est: hoc mihi magnæ voluntati est, iactari in turba, & pulsare, & pulsari, & malè audire, cū ad Mæcenatē redeo, aut recurro.

M E L L I E S T] est mihi instar mellis: est mihi dulcisissimum, ac iucundissimum, ad Mæcenatē reuerti, vel, cū ad Mæcenatē reuertor, pulsari.

A T R A S] cur atras? an propterea quodd erat cōmune plebis sepulcretū, seu sepulcrū? at istuc fuerat olim: nunc autem in Esquilis erant horri Mæcenatis, itaque salubres appellat sat. 8. lib. x. an propter sexcetas occupationes, & curas, quibus distingebatur, & obruebarur, cū eō venierat? nam & alibi curas, atras nominauit.

P E R C A P. E T C I R C A S A L.] negotia quamplurima me omni parte adorinunt, & circumueniunt, illustris hypotyposis, seu subiectio, per quā negotiorum multitudo hac & illac Horatiū virgentiū & circumuenientiū, exprimitur, & quasi oculis subiicitur. Vide enim videmur negotia quamplurima, tanquam animatia quedam, circū Horatium per caput, & per latus salientia, cūmq; molestè insectantia, & vexantia, sic idem supra de curis Od. 16. lib. 2. & curas la-

A queata circū Tecta volanteis. sic Iuuenalis de morte saty. 10. circumfilit agmine facto Morborum omne genus.

A N T E S E C V N D A M] alia *μύμοντις*, per quam eius orationem imitatur, quem ad le miserat Roscius oratum, ut sibi adesse Horatius sua causa aduocatus.

S I B I A D E S S E S] Horati sibi esse aduocatus. M. Tull. frumentar. *Tota Metelli cohors hominum non ingratorum aderat Apronio.* aduocari autem ab auctoribus, & patronis multū differebant, nam hi oratione reum defendebat, & causam agebat, illi muti ac taciti, & praesentia sua dūtaxat, aut, si forte, testimoniū causam rei subleuabat. M. Tull. in Cluētiana *Quis eum vñquam non modo in patrōi, sed in laudatoriis, aut aduocati loco viderat?* aduocati illi apud Plautum in Pœnulo, testium munere funguntur.

A D P U T E A L.] Puteal, locus erat puteali opert, in quo erat tribunal prætoris; vel (quod magis probo) basilica, in qua ius dicebat prætor,

à Scribonio Libone adiuncta, à puteo, qui ibi erat appellata, epist. ad Mæcen. 3. lib. 1. *forum, putedque Libonis Mandabo scīs.* Puteal enim propriè est rectum, quo puteus operitur, trāssettur etiā ad alia. M. Tull. lib. 1. de diuinat. *ceterum autem illam, & nouaculam defosam in comitio, supradicte impositione puteal accepimus.* Dionys. Halicarn. lib. 4. in extremo, *χρήσται δὲ φέαρος τὸν πόλεμον Πωμαγον.* M. Tull. orat. in Pisonem, *puteali, & fane-*

C r eatorū gregib; inflatis atque compulsiis. Cūm esse Roma, Clem. Teueniūs, nostras, id est, Gallus, vir humanis, & antiquitatib; Rom. studiosiss. ac scientissimis, sexcentos mihi nummos æreos, toridēmq; argenteos, & aliquot aureos ostēdit, alias florente repu. Romana, alias repub. ab imperatoribus, ac tyranis occupata, atq; oppressa custos; in his duos, quos hīc exprimendos curauit, vt ex horum exemplorū inspectione, quid sit puteal, & quamobrem puceal. Libonis dixerit Horatius, lector intelligere queat.



Erat autem tribunal Libonis in foro Romano, arcui Fabiano, duobus Iani, superiori & inferiori proximum, à templo Iani non longè distans. Ouidius, *Qui puceal, Iani imque timet, teneatque Kalendas.*

D E R E C O M M V N I] alia *μύμοντις*. Alius (inquit Horatius) à scribis missus nuntiat mihi scribas orare, vt reuertar, propterea q; res magna, & noua, que ad rem cōmūnem pertineat, acciderit. de re cōmūni igitur, id est, ob rem com-

munem. Putant autem nonnulli, Horatiū in numero scribarū fuisse, quorum munus erat, acta publica litteris mādere, & litteras publicas prescribere: iccirco videri cōmūne hoc loco positum esse: *κερατηγραφία pro publico:* vt Ode 15. lib. 2. *Prinatus illi census erat brevis: Commune magnum:* vt apud Græcos τὸ κονδύλον. ego autem malim, cōmūne hoc loco propriè accipi, vt intelligamus rem cōmūnem scribatū. Sic Plautus, *Paucis est quod te volo de communi re appellare, mea* *στοιχία.*

Q. ij

στοιχία. neque vero assentior iis, qui nouata legūt uno nomine, nam nouata, & neque vñtarū est in tota lingua Latina, neque potest esse, cūm huiusmodi nomina in τα, masculina, primæ declinationis, Graeca sint: vt poëta, alipta, athleta, citharista, dynasta, sophista, & similia. At nouata à Græco deduci non potest, sed à verbo nouandi ortum habet, quod analogia respuit.

D I X E R I S, E X P E R I A R] id est, si ego ei respondero, me experturum, possimne à Mæcenate impetrare: addit, me posse, & vrget.

S E P T I M. O C T. P R O P.] id est, parum abest, quin septimus annus præterierit, postea quācū esse in numero familiarium & amicorum Mæcenatis: octauus propemodū annus agitur, ex quo, &c.

D V N T A X. A D H O C] significat, se non èd

arcessitum esse à Mæcenate, arce in amicitiam

receptum, vt ei esset vñi in rebus magnis ac seruis: sed, vt cū eo nugaretur, ac iocaretur, sic Aristoteles lib. 8. de morib. ad Nicomach. ait opulētos & potētes viros distinētis, ac diuīsis amicis vñi solere, alios enim esse, qui & dicantur, & fint vñiles: alios suauies & iucūdos, & videlicet comeis, & vñbanos.

I N D I E M E T H O R A M.] debuerat dice-

re in dies, aut in horas: sed hæc duo, *in diem, & in*

horas, pro alterutro, vel *in dies*, vel *in horas*, posita

esse intelligēda sunt, aliud est enim *in diem*, aliud

in dies, vt scīunt Latinè docti.

N O S T. L V D. S P E C T. V N A: L V S.] nōnulli sic explicant hunc locum, si fortè Mæcenatē noster vñā mecum ludos spectauerat: si vñā in campo Martio luserat, & se exercuerat;

dicabant statim omnes, En Horatius omnium mortalium est fortunatissimus. Ego autē puto

esse *μύμοντις*, id est, imitationem sermonis inuidoru, ac maleuolorū, hoc modo, noster Horatius vñā cum Mæcenate ludos spectauerat, vñā in campo luserat, ô hominem fortunatum. Atq; ita videtur Acro explicare. Adr. Turneb. *μύμοντις*, quidem orationem inuidorum esse fatebatur, sed hoc modo. Horatius homo nostri ordinis & cloaci, vñā nobiscum in vltima cauea inter pauperū cuneos, ludos olim spectauerat, vñā in campo luserat: nunc autem fortunatissimus est, qui cum Mæcenate coniunctissimè, & familiarissimè vivit.

O M N E S] omnes maleuoli & inuidi hæc dicunt.

F O R T V N A F I L.] homo fortunatissimus (inquietū illi.)

F R I G I D V S A R O S T R I S] id est, si quis

rumor, aut nūctis tristis à rostris profectus in-

crebescit per compita, statim vt quisque mihi

fit obnisi, ecquid de Dacis, & ceteris populi

Ro. hostibus audierim, rogat. nam (inquietū)

verisimile est te scire, quandoquidem Mæcenati

familiaris & amicus es intimus.

M E C O N S V L I T] ex me querit, me togat,

nū aliiquid de Dacis audierim: vt sat. 3. sup.

Ergo consilere, & mox respondere licet: Consule.

D E O S] Mæcenatē, Agrippam, Augustum,

sic Virgil. Tityro, *Nec tam præsentis alibi cognosc-*

Q. ij

re diuot.

N I L E Q V I D E M] responder Horatius, for-
tasse *ép̄ēv̄ōl̄p̄ōs*.

V T T V S E M P E R E R I S] vt, ὁς, id est,
quām semper eris derisor verba sunt illius per-
cūctatoris.

A T O M N E S D I I E X A G.] at omnes Dij
(inquit Horatius) me perdant, si quicquam cō-
perti habeo. iurādi formula per diram p̄ecatio-
nem. sic sup. sat. 9. lib. 1. *dif̄erēam, ni summoſſes om-
neū*. mendosē habent nonnulli libri, derisor ad o-
mnes. Sepe autem ita loquuntur boni auctores,
Dij omnes, vt Terent. Heautont. **A t te omnes qui-
dem Dij, Deaque; quantum eſt, Syre, cum iſoc inuen-
to, cūmque incēpto perduint.** Virgil. lib. 6. Aeneid.
Dīque, Deaque omnes, quibus obſitū ilium & ingens,
&c. & lib. 1. Georg. Dīque, deaque omnes, ſtudium
quibus arua mēti.

Q Y I D? M I L I T I B V S, &c.] ordo & ſen-
tentia verborum hæc eſt. Quid? (inquit percu-
ntator ille) vtrū preda militibus promissa da-
turus eſt Cæſar ex Sicilia, an ex Italia? Siciliā di-
ctam eſt Triquetrā à tribus promuntoriis, Pa-
chino, Lilybæo, Peloro, notum eſt Lucret. lib. 1.
de Empedocle. *Inſula quem Triquetris terrarum ge-
fit in ori.* neveniā eadē ratione appellant Gra-
ci, ſeu *γενενάς*, ſeu *τριγλαύπις*, nempe à tribus
promuntoriis. Lycophron *τριθεῖος*, quaſi trium
iugorum, ſeu collorum: Pindarus *τριγλάχης*,
id eſt, trium angulorum.

A L T I Q V E S I L E N T I] ſic Virg. Aeneid. 10.
quid me alta silentia cogit Rompere?

N O N S I N E V O T I S] nō ſine optatis, &c.
τρεπεῖς, non ſine precibus.

O R V S, Q Y A N D O E G O T E A S P.] hæc ſunt optata Horatij, vt liceat ruri atatem
agere, ibi que nunc legere, nunc dormire, & cel-
ſare, & nihil agere.

D Y C E R E S O L L. I V C. O B L.] id eſt,
ſollicitudines huius vitæ obliuione quadā ob-
litterare, & vitam curarum & moleſtiarum ple-
nam, animi remiſſione dulcē efficare. quod flu-
det Matius in mimambiſis, his verſibus. *Quapropter
edulcare conuenit vitam, Curdique acerbas ſen-
tibus gubernare.* Porphyrio ad hunc locum notat,
ducere obl. vita, id eſt, potare. quod non eſt ita intel-
ligendum, quaſi illi intelligat, Horatium è vi-
potu malorum præteriorum, & præſentū obli-
uionem quætere, vt ſuprā Od. 7. lib. 2. *Obliniſſo-
leuia Mafīſco Ciboria exple:* ſed omnia huius vitæ
mala, omneſq; curas, & moleſtias obliuisci ve-
lle: quēadmodum dixit Virg. Aeneid. 6. *Lethē ad
ſumis vndam ſecuros latices, & longa obliuia potat.*
Sicigitur hic locus explicandus eſt, & quidem
facilius. Quando mihi licebit ruri traducentem
tempus ætatis, nūc lectione librorum veterum,
nunc ſomno, & otio, obliuisci huius vitæ ſolli-
citudines, ac moleſtias? vult enim, curarum, &
ſollicitudinum memoriam obliterari, atque
obrui poſte tribus rebus: veterū libris, ſomno,

otio, ſeu ceſſatione: vel duabus, ſi quis forte
ſomnū, & inerteis horas pro vno accipere ma-
lit. Nam ordo verborum hīc eſt, quando licebit
ruri ſollicita vitæ obliuia ducere nūc libris, nūc
ſomno, & inertiis horis? Eſſet autem ineptiſ-
ſum ita loqui, Quando licebit rure meo po-
tantem curas meas obliuisci huius libris, nūc
ſomno, &c. ducere obliuia porrō ſic diſtūm (opi-
nor) vt apud Virgil. Aeneid. 4. *ducere ſomnos.* Nam
ducere ſomnos videtur illis eſſe ſimile ducere ne-
trarū ſuccos, Od. 3. lib. 3. & ducere Liberum, Od. 12.
lib. 4. & innocentis pocula Letibj Duce, Od. 17. lib. 1.
& ducere ſpiriti, ducere animam apud Cic. pro Sex.
Roſc. Amer. Ita ducere obliuia vita ſollicita, &c.
ideam quodammodo valebit, quod potare, ſeu
haurire oblinia curarum, nūc veterum libris,
nūc ſomno, &c. i. nūc legēdo, nūc dormiēdo.

F A B A P Y T H A G. C O G N A T A] Horatius
faceſt cognatā Pythagoræ fabā dicit, quaſi
Pythagoras exiſtimarit, fabā animal eſt, vel cec-
tē in fabis mortuorū animas inefſe: atq; iccirō
ab hoc cibo ſe abſtinuerit, verit?, ne in fabā ali-
quā animus paternus immigraſſet. Variꝫ tamē
cauſe afferuntur, cur Pythagoras & ipſe à fabis
abſtinuerit, & alios voluerit abſtinere: quas re-
fert Laertius ex Aristotele, his verbiſ, φυσὶς Δ^ρ
Αριſτοτέλης, τὸ τῶν φύσεων καὶ φύσεων τῶν θεῶν
τῶν αὐτοῖς ἀπεργοῦσι τὸν κυάμων, πότι ὅπις
ἀδίοις εἰσὶν ὄμοιοι, ἢ ὅπις ἀδίοις Πύλας· ἀγονοὶ^{γέροι} ἢ ὅπις Φθίειρ, ἢ ὅπις τὴν ὅδον φύσεων ὄμοιοι,
ἢ ὅπις ὀλυμπίας· καὶ προστατεῖ τοὺς αἰτίας,
&c. i. ait autē Aristot. in lib. de fabis, Pythagorā
iubere à fabis abſtinere, aut quōd partibus vi-
libus in honestis ſimiles ſunt, aut quōd Orcipor-
tis (sterile enim quidā eſt faba) aut quōd cor-
rumpit, aut quod naturæ vniuersi ſimilis eſt, aut
quōd ad paucorum principatum pertinet. fabis
enim fortius magistratus. Feſtus ait, fabā nec
tāgere, nec nominate Diali flaminī licere, quōd
ea putetur ad mortuos pertinere. Nam & Lem-
uralibus iactur Larūs (inquit) & parentalibus ſacri-
ficiis adhibetur, & in flore eius, luctu litera appa-
revidetur. M. Tull. lib. 1. de Diuinatione aliam
cauſam affert his verbiſ. Ex quo etiam Pythagorū
interdictū putatur, ne faba uferentur, quōd habet
inflationem magnam in cibis, tranquillitatē mentis que-
renſis vera, contraria. Ne illud quidem omittendū
eſt, litteris eſſe proditum, fabā in vſculo
æro ſeruatam, certo tēporis ſpatio in ſanguinem
vertit: atque iccirō Pythagoram, cūm eum
latrones perſequentur, maluſſe in eorum po-
tentiam venire, quām, cūm alia via effugere nō
liceret, per agrum fabis obſitū euadere. Fabam
igitur Pythagora cognatā appellat fortaffe Ho-
ratius, quōd ille ſe ab ea abſtinuerit, quaſi ſibi
cum ea cognatio aliqua eſſet. [ſed A. Gellius li.
4. cap. 11. ex Axistoxen. & Plurarcho opinionē
falsam animos hominum occupasse, Pythagorā
nō comedisse animalium carnes, & ſe à fa-
bis abſtinuisse.]

SIMULQVE

S I M U L Q V E V N C T A S A T I S P. P. O.
L.] ſignificatur his omnibus tenuis, & minimè
ſumtuofus, minimēque exquisitus apparatus.
pōneſſur autē, id eſt, apponentur. Et animaduer-
te, oluſcula ſemper locum habere in tali appa-
ratu ſignificando: de quo lectorem admonui-
mus annoſ. ad ſat. 6. lib. 1. lib. 1. *lachanique catinum.*

O N O C T E S, C E N A Q V B D E U M] cur
nocteis cum cenis cōiunxit: an quōd cenæ ve-
terū plerumque noctu agitabātur, totāmq; no-
& producebantur, vt ſuprā annotauimus? nūc
autem cenas ruſticas, tenuis ſciliſet, & minimē
ſumtuofas, & nocteis placidas ac trāquillas, ce-
nis illis nocturnis opiparis anteponit: an hoc ſi-
gnificat, cenas ſuas ruſticas, breueſiſe, & mo-
dicas, atque ex eo ſe nocteis ducere quietas, ac
trāquillas, ſomnōſque capere placidiſſimos, ne-
que a cibo immoderata, nimiaq; potionē inter-
ruptos? Præterea cur cenas Deorum dixit: ſan-
ſignificans tenuis, minimēq; appetitas, aut opi-
paras, quōd tales eſſent cenæ, que diſ apponi-
ſolebant: ſuaneſiſe & iucundas, qualeſ decorū
cenas eſſe credibile eſt?

V E R N A S Q V E] Vernas (inquit Nonius) appel-
labant veteres, qui vere ſacru fuerāt nati: &
habebatur nomē hoc pro vitabili maledicto. Feſ-
tus, *Verna appellaſſur ex ancillis ciuiis R. vere nati.*

P R O C A C E I S] proteruos, audaculos. Pro-
cari, poſcere eſt (inquit Feſtus) vnde procaces
meretrices ab aſſidue poſcendo. ſup. Od. 1. lib. 2.
Muſam, procacē appellavit, & Carull. Feſcen-
nam locutionē, procacē. M. Tull. lib. 4. de Rep.
apud Nonium. Itaque à petendo petulantia, à poe-
do, id eſt, poſcendo, procacitus nominata eſt.

L I B A T I S D A P I B V S] ex quibus ego de-
gulfau, quantum volui, & quantū ſatis eſt: atq;
ita explicat Acro, ſeu quis aliud nomine Acro-
nis, & alij. Turnebus autem ſic: ex quibus parti-
culam diis Penatibus libau. Veteres enim de eo
quod in cenam paratum habebant, partem ali-
quam derahebat, quam Lari, & ceteris diis do-
meſticas, atque etiam aliis, donabant. Varro ex
Nonio. Quocirca oportet bonum ciuem legibus parere,
& deo colere, in patellam dare μακρὸν χρέα.

Q V A B E L L V A , &c.] ostendit, amanteis & libidinosos belluis esse incautiōres, & incōsideratores, cum ha ferē nunquam, postea quām ē laqueis effugerunt, iterum capiantur: illi autē vitato periculō, iterum, arq. iterum in idem genus fraudis incurant. notum est prouerbium, & referunt à Plutarcho, *ἀλόπτες Διχρυσόντα πάντας, αὐτὸς οὐχ ἀλόπτει*, id est, vulpes, quae tendiculas, aut laqueos effugit, iterum non capitur.

R E D D E T] siue legas reddit, siue redder, nihil refert. & utraque scriptura codicum manuscriptorum auctoritate nititur.

N O N S V M M O E C H V S , A I S] si dices, te non esse moechum, licebit mihi quoque dicere, me non esse furem. nam quemadmodū ego me a furtis abstineo, neque vafa argentea rango meu pone: si tu propter periculum ab uxoriis alienis te abstines, non cōfilio, aut ratione.

S A P I E N S] mihi sapiens, ut sat. 1. lib. 1. Non usquam propeit, & illis utitur ante *Quaestus sapiens*: vel dic sapiens, id est, cautus, consideratus, consultus. Euripid. *Μισθὸν σφιγγίου, δέπος οὐχ αὐτῷ σφόδρος*: id est, nisi sapienter, qui sibi non lapit.

T O L L E P E R I C U L U M] si nullum sit periculum, cum natura ad vitium proclinis, & precepis, se ad quodvis facinus audendū effrenata profundet, significat Horatius, aut nullos, aut paucissimos esse, qui iudicio ac voluntate a flagitio, & maleficio temperent. qua de re plura ad epist. ad Quint. lib. 1.

T U N E M I H I D O M . R E R V M I M P . &c.] cum tot tibi res, atque homines imperent, videlicet pecunia, libido, gloria, metus, viri potentiores, & locupletiores, tunc te mihi dominum esse dicis?

Q U E M T E R V I N D I C T A] vindicta dicebatur ea virga, qua prætor seruum liberabat. natum

rum autem nomen est vel à seruo illo Vindicio, qui coniurationē ad oleſcētum aduersus populi libertarem, patet fecit: vel à vindicādo, proprieat, quod vindicta seruus a prætore in prisnam, & naturalem libertatem vindicabatur, ut docet Theophilus lib. 1. Institutionū iuris ciuilis, significat portō, duriorem, ac turpiorem esse libidinum, & cupiditatem, seruiture, quam legitimam, & iuris genitum, ut quaterque autem, id est, sappius, Virg. i. Aeneid. *O terque quaterque beatū*. **N A M , S I L V E , V I C A R I V S**, est seruorum alij erant ordinarij, alij vicarij. vicarius erat is, qui in alterius erat peculio, & pæne dicam, seruiferas ordinarij, qui seruus habebat in peculio suo. Quamvis autē vicarius, esset ordinarij *κτητος*: id est, possessio, ordinarij, que pareret: erat tamen eius cōseruus proprietā, quod ordinarij dominas, erat & vicarij dominus, & communis veritasque dominus: id est, utrumque habebat in sua potestate. Nam cū seruus omnis sit in alterius potestate, & vicarius, seruus sit, is autem, qui in alterius potestate est, alterum in sua habere non possit: efficitur, ut vicarius, eiusdem domini, cuius & ordinarius, seruus sit.

B **A T Q U E D C E R I S , V T N E R V A L I E N .**] lignum nervis alienis mobile omnes ferē accipiunt turbinē, qui scutica torqueri, & impelli solet à pueris. quam sententia possem Tibulli tabulis cōfirmare lib. 1. eleg. 5. *Namque aīor, ut per planā citus sola verbere turbo, quem celer affeta verjet ab arte puer. & Virgilij Aeneid. libr. 7. Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo: quem puer magno in gyro vacua atria circum, Intenti ludo exercet: ille actus habens Carnutis fertur pīatīn, &c.* sed mihi magis placet, quo d M. Antonius Muretus prior quidem annotauit, & protulit: ego autem iampridem in aduersariis meis habuem, per mobile lignum, &c. hoc loco significari ab Horatio id, quod appellant Græci *εργάτας*, erant autem *εργάται*, parva quādam animalium simulacra, quorum vel singula, vel uniuersa mēbra certis nervis, aut fidiculis in hac vel illam partem cū quādam venustate, & convenientia sua sponte mouebantur. quae etiam *εργάτα* & *εργολύτη* dicuntur a Græcis, quod sua ipote moueatur. Qui huiusmodi simulacra vulgo ostentabant, *εργάται* dicebantur, ut intelligere licet ex Aristotele, in libri de mundo ad Alexanderum, si modò est Aristotelis, cuius haec verba sunt, καὶ οἱ εργάται ταῦτα μέσα μέσον επιποτάσσονται, ποιον καὶ αὐτοῖς καὶ εργάται, καὶ λέγεται τοῖς Καρνοῖς, καὶ οἵ μανοι, καὶ οἱ θεοί ταῦτα μέσον, μετέποτε εργάται, id est, neurospastæ vna fidicula tracta faciunt, ut ceruix & manus, & humerus, & oculus animalissimum autem & omnes corporis partes cum quādam venustate, & moderatione moueantur. Vsurpat hanc vocem Herodotus Euterpe, ἀπὸ Φαλλῶν ζῆλα σφιγγίου οὐκαλέγουσι. δότον τε πηλοῦ ἀγαλματα *εργάται*, & *εργοφετο-*

D **E X T E R N I N E Q V I D V A L E A T]** nequid externum eum commoueat: ut is omnia externa contemnet, neque concupiscat, neque pertimeat, cūm sit animo ab omni perturbatione & concitatione vacuo, ac libero. talis describitur vir bonus à Virgilij, si modò Virgilij sunt verbi illi, *securus mundi inſtar habens, seres atque rotundus*, Externæ nequid labi per leuiā sidat.

M O R A R I] hærente, residere, absolute possum est.

M A N C A] debilis, fracta, sine viribus, in quem nihil valet fortuna. sic M. Tull. in epist. ad Pa-

tum lib. 9. de fortuna. *Quam existimo leuem & imbecillam, ab animo firmo & graui, tanquam flum à falso, frangi oportere.*

F O R I B U S Q U E R E P V L S V M à foribus reiectum.

S P R I P E T V R P I C O L L A I V G O] translatio à bibus, qui iugum subierunt. vide anno-tationem ad illum locum Odæ 33. lib. 1. atque animos sub inga abenza sanu mittere cum loco.

V R G E T E N I M D O M . M . dominus sa-vens, & immittit te premit, videlicet cupiditas, seu libido, vt paullò ante, dominóque furenti Com-mitesrem omnem, quamquam illuc per dominium videtur porti significari vir matronæ, cum qua quis facit adulterium.

E T A C R E I S S V B I E C T A T] translatum ab equis, quos cursu iam defessos, equites inter-dum calcaribus fodere solent, & velint, nolint, vt currant subigere.

V E L C U M P A V S I A C A] alium domini sui morbum commemorat, nempe immoderatum tabularum pectorum studium: quod irem reprehendit M. Tull. parad. 6. tñ oī σοφοὶ οἰλεύθεροι, his verbis, *Aetionis tabula et stupendum detinet, aut signum aliud Polyleti omito unde sustuleris, et quoniam habeas: intuentem te, admirantem, clamores tollentem cum video, seruum te esse inepiarum omnium iudico. &c.* Vert. de signis, *Venio nunc ad istius, quem admodum ipse appellat, studium, ut amici eius, morbum, et inseniam, fuit autem Paulus pictor insignis, de quo Plin. lib. 21. cap. 2. & Varro de re rustica lib. 3.*

Q V I P E C C A S M I N V S , A T Q V E E G O] sic habent ferè omnes libri manuscr. & vulgatis: nisi quod in aliquot vulgatis interrogationis nota posita est non post vocem ego, sed quinto abhinc versu post vocem viri. hunc autem locū sic omnes explicant. *Qui peccas minus, quam ego? sed ea, que sequuntur, videntur esse curta, deberent enim haec subsequi. At qui cum ego Fulvius Rutilius, Aut Placidus, cont. popl. m. Pr. r. p. aut carb. v. s. R. e. p. v. q. m. A. viri, nequam, &c.* Itaque sicali-quando legendum putavi, *Qui peccas minus?*

At qui ego cum, &c. Verum tamen nihil autim mutare. subintelligendum igitur est, atqui, vt oratio currat hoc modo, *At qui cum ego, &c.* vel mutanda duntaxat interpretationis nota est, & sic legē-dum, qui peccas minus atque ego cum, &c. subintel-ligendum; in his qui peccas minus, quam ego. arguunt interperandrum, atqui. Nam sapientia apud probatos scriptores Latinos arque valet atqui: quod ignorantes multi sepe apud M. Tull. fecerūt atqui, ubi erat atque, sic igitur totus hic locus videtur legi debere. *Vel cum Paulus torp. inf. tab. Qui pecc. minus? subintell. quam ego? Idcinde atque ego cum Fulvius, Rutilius, Aut Placidejani con-tento poplite miror Prælia, rubr. picta, aut carb. velut si Re vera pugn. fer. vi. tñ q. mon. Arma viri: nequam, &c.*

C U M F V L V I . R. v. t.] de Fulvio, & Rutilio, & quidē nihil me legit̄ fatcor; sed Placidejani.

NIL

num, seu Pacidianum (nam sic reperto scriptum in codicibus Ciceronianis excusis) constat fuisse gladiatorem, & eum quidem præstantissimum, ex Luciliij versibus, quos profert Nonius Marcellus in declaratione verbi *compono* versus sunt hi, *sannio, spursus homo vita illa digna locoque, Cum Placi-diano componitur optimus longe Post homines natos gladiator qui fuit unus,* eundem commemorat M. Tull. lib. 3. epist. ad Qu. frat. his verbis, non putas si Pompeius de illius salute, sed de sua dignitate mecum esse certamen: in urbem introiisset: ad inimicias res venisset: cum *Æschino sannite Placidejanus comparatus* viderer. & de optimo gen. orat. *A me au-tem (vt cum maximis minima conseram)* gladiatorum par nobilissimum inducitur. *Æschines, tanquam Æschinus (ut ac Lucilius) non spursus homo, sed doctus et acer* Cum Placidejano componitur, optimus longe Post homines natos, &c. *nihil enim illo oratore arbitror cogitari posse diuinum.* & Tuscul. libr. 4. *an vero vir fortis, nisi stomachari caperit, non potest fortis effergi gladiatoriū id quidem est, quamquam in eis ipsis videtur sepe con-sistantiam colloquuntur, congregantur, aliquid postulat, ut magis placati, quam irati esse videantur, sed in illo ge-nere sit Placidejanus aliquis hoc animo, ut narrat Lucilius, Occidit illum equitem, et vincit, si id queritur, inquit. Verum illud credo fore: in os prius accipiam ipse, quam gladium in stomacho, lura, et pulmonibus fistulo. Odi hominem: ruris pugno ne longius quicquam Nobis, quam dextra gladium cum accommodet alter. Vsq[ue] a-deo studio, si que odio illius efficerat ira. De Placidejano igitur nemini dubium est, quin fuerit gladiato-r: De Fulvio autem, & Rutilio, de quibus nihil exstat, quod sciam, nihil affirmare possum: hoc tantum licet suspicari, eos quoq[ue] fuisse gladiatores, propterea quod cum Placidejano gladiatore numerentur, huius loci autem haec len-tentia est, cum admiraris tabulam aliquam à Paulis pictam, quid est cur minus peccare ex-istimadus sis, quam ego, cum gladiatoriū prelia in partie minio, aut rubrica, aut carbone de-picta erecto corpore contemplor:*

C O N T E N T O P O P L I T E] quidam haec ad Dauum referunt, ita studiosè & cupidè spectan-tem, vt poplites contendat: alij ad gladiatorium imagines contētis poplribus pugnatū. Acro-vtramq[ue] sententiam complectitur, & proponit. Ego malo referri: ad gladiatores pictos, vel ad Placidianū tantum. Nā certè ita solent pugnare gladiatores, nempe altero poplre contento, altero leuiter in flexo, atque hanc sententiam con-firmat id quod sequitur, *velut si Reuera pugnat, &c.* si quis tamen alteram maler, non pugnabo.

N E Q V A M] paulò ante diximus, hominem nequam, homini frugi esse contrarium.

S V B T I L I S] Æschines, subtilis, & limati iudicij. translatio est à filo, seu tela subtiliter texta. epist ad August. lib. 2. *Iudicium subtile videndum ar-tibus.*

A V D I S] diceris, vt rexque patrque. Audifisco-rām, epist. ad Mæcen. 2. lib. 1.

N I L E G O , S I D V C O R I B O F . *Jū* libi nido, seu vapore ducor, homo nihili sum, vel homo nihili audio, vel, hominem nihili me dicis esse. Græci hominē nullius pretij, contem-tissimum, nullius bona frigi, ignobilem, oīdēy, id est, nihil, nominant. *τὸ τέπνον παθάσθαι, ταχεῖς οὐτε πελῆς δυργενῆς, hoc est, nullius pretij, ad nullam rem valem, vilem, obscuro ge-nere, & humili loco natum, quid sit libum, di-cemos ad illum locum;* *Vtque sacerdos fugitus liba recuso, epist. ad Fuscum lib. 1. in lib. Don. Mor-ell. vno Nicot. & Russard. scriptum est. Nil sum ergo.*

T I B I I N G E N S V I R T V S] Solent haec legi enuntiando, & sine interrogatio[n]is nota, hoc sensu, Tu autem tanta virtute, ac tempera-tia præditus es scilicet, vt cenas lautiōes, & sumtuosiores cōtempnēreas, ironia est. sen-tit enim planè cōrrarium eius, quod dicit, nem-pe herum suum tam imbecillum esse, & prop̄ nullius virtutis, vt cenis opiparis facilimē capiat, & vincatur. Iam vero cenis repon[are] opiparia, eadem ratione, & significatione dictum, qua repon[are] fortuna, epist. 1. lib. 1. & Repon[are] cu-pidinibus, supradic̄ haec ead. saty. pro non cedere, nō obsequi, sed contempnere potius, significat autem, non eam in illo inesse virtutem, & conti-nentiam, & fortitudinem, & constantiam, vt cenas opiparas cōtempnēreas queat. Quod si quis maler haec legi interrogando, & sine ironia, hoc modo, Quantumvis licet virtus tibi magna sit, por̄sinq[ue] ea frētus cenas apparatas, & opiparas contempnēreas non improbabō. Licet etiam hoc modo hunc locum explicare, & sine ironia, si ducor libo fumante, nihili sum, vel homo nihili audio. tu autem ingenti virtute præ-ditus dicereis, cum cenis opiparis responsas, seu cedim cenas opiparis aspernaris. quāsi ita dicat: non sine ingenti & admirabili virtute cenas opiparis reicitis: velita, cum cenas opiparas reici-ces, tum ingens tibi virtus adhibenda arque ex-promenda est, quod raro evenit. nam plutimū, si plerumque vinceris à cenis sumtuosis, eāque libenter, & cupidē sequeris. quod cūm facis, non leuius peccas, vel non minus nequam es, quam ego, qui libi nido ducor.

O B S E Q V I V M V E N T R I S , &c.] huius loci haec sententia est, dices me maiore meo ma-lo ventri obsequi, quam te, quia, siquando escas aliquas lautiōes ligurriente, scapula mea op-orientur loris, at tu cūm cara, & sumtuosa obsonia consecutaris, num impunē ferre soles? mini-me vero, nam talēm vi cōsum consequitur cruditas, & infirma corporis valetudo. longè igitur grauius pleckeris, quam ego, qui vapulo.

C V R ? cur grauius pleckeris, cūm ventri more geffero, quam tu quasi dicat, non est ita.

Q V I D T V I M P V N I T I O R , &c.] quid? (inquit Danus) tūne impunitor, id est, impu-nius, illa obsonia consecutaris, & cōcupiscis, quæ

magnō cōstātis, sic autē edēdum curati cod. ve-teres omnes securi, vulgati enim sic habent, *Qui tu impunitor, illa, que paruo sumi nequeunt cūm obson. cap.*

N E M P R I N A M A R E S C V N T] non est ita (inquit Danus) id est, nō est tibi minus impu-nia ita vietus intemperantia, ac luxuria, quam mihi mea edacitas: nō minoris tibi constat ca-ra ista obsonia, cēnāque sumtuosae, quam mihi mea auiditas, propterā, quod nimia ciborū copia tibi ægrē cōcoquitor à ventriculo, ita nasci-tur cruditas: ex qua totius corporis constitutio perturbatur, his similia sunella sat. 2. huius lib.

B *Pūet aper, rhombisque recens, mala copia quando Agrum sollicitat stomachum, ibid. at simul agri miscue-ris elixa, simul conchylia turdis, Dulcia se in bilem ver-tent, &c.*

I L L V S I Q V E P E D V I T F E R R , &c.] propterā quod ventriculus cruditate laborās, suo munere probē fungi non potest, quo sit vt corpus non alatur, debilitenrit pedes, & reliqua corporis partes. Sic autem legendum, non illisique.

A N H I C P E C C A T , &c.] argumentum est à minore: Demus, puerum seruum, qui furitu strigili vuam emit, peccare: quamito grauius peccatis, qui prædia sua vendit, corūmque pte-rium in coēnenda obsonia, & in cenis sumtuosas apparandas insumit, ac profundit nauclerus quidam apud Menandrum (vt refert Atheneus lib. 4.) vora facit, vt qui agros, & prædia vendunt, & bona sua comedunt, semper na-vigant, nūquā terram tangant, vt ita sentiant, quali bono accepto non pepercēint. sic Menader, *Ω φιλότητι γῆ μητέρως σεμνὸν σφίδην εἶ τοι νοῦν ἔχεις οἰκτυμα, πολλὴ τὸ δέξιον.* Os dñi: *ἔχεις εἴτης πατρῶαν τὸ Σελαῖον Γλαυκοτρόπαρον, πλὴν τετονὶ Διφτελούς, Καὶ μὴ δὲ θιβαρεῖν γῆς, οὐδὲ τὸ πατρὸν Οἰον τὸ Δαλαῖον ἀγαθὸν οὐχ ιψέσθαι.* id est, ὁ carilluma marer, terra: quam magnifica es prudētibus posseſſio, & magni pretij. Quām oportebat si quis agrum à parte reliquum deuoranerit, eum perpetuū nauigate, & nomquā terram range-re, neque in ea iter facere, vt hoc pacto tandem cognoscet, quanto bono accepto, ei non pe-percerit.

D Q V I P V E R V V A F V R T I V A M M V T S T R I G I L E M] sic edēdum curati, nouem libros manuscr. securus, vbi vulgati habebat, qui puer vuam Furtina mutat strigili, minus recte. Ita enim loqui solet Horatius verbo mu-tare: vt Oda 29. lib. 1. *Socratīca & domū Mutare lori-cis Iberis, id est, Socratīca domo omissa, sumere loricas Iberas, quod genus loquendi notan-mus ad Odam 16. ciuld. lib. ibi, nunc ego mitibus mutare quo rōtrīſia.* Sic igitur hunc locum expli-co, puer, qui sub noſtem data strigili futriga vuam accipit. [Priscianus tamē li. 7. legit vt vul-gō, qui puer vuam Furtina mutat strigili.]

Rr iiii

NIL SERV. GVL. p. h.] nil seruile habet, cum gulæ parer, ac seruit, quasi dicat, plurimum.

ADDE, QVOD IDEM] sic Aristoteles de improbis ac virtiosis hominibus, nono de moribus ad Nicom. Et virtiosi homines querunt quibuscum toto dies traducant, se ipsis autem fugiunt. multa enim grava est horrenda recordatur. et cum soli sunt, talia expectant altera: cum alii autem obliuiscuntur. et cum sit nihil in eis amabile, nullo erga se amoris affectu conuentur, verba Graeca sunt haec: Καὶ τοι μου θρησκευόντων εἰστε δέ φεύγοντες, αὐτοι μηδέποτε γέροντες πολλοί καὶ δραχμαὶ καὶ τοιαῦτα ἔτρεξε ἐλπίζοντες εἰστε οἵτε μετέπειπον δὲ οἵτε βετεράνοτες οὐδὲν δὲ φιλοτερούχοις, οὐδὲν φιλοτερούχοις εἴστε. Sic Lucret. lib. 3. Hoc se quisque modo fugit: at quod scilicet ut sit, Effugere hand potis est, ingratia habet; et angit, Proprieta morbi quia causam non tenet eger. vide supra Od. 16. lib. 2. patria quis exsul se quoque fugit.

NON OTIA RECTÈ PONERE nulla in re seria, atque honesta otium tuum ponere potes. [Nō esse autem cuiuslibet hominis, neque cuiuslibet ciuitatis otium rectè ponere, & bene otiori, ostendit Aristoteles lib. 1. Polit. Et hac de re existant Ennius versus elegantes, apud Aull. Gell. lib. 19. cap. 10.]

TÉQ. V. I. S. V. M. VITAS FVG. Et tu te ipsum fugis, ut serui improbi solent à domino fugere, & hoc, & illuc errare. seruos errores distinguunt Iurisconsulti à fugitiis, quod si ita fugiunt à dominis, ut non habeant in animo ad eos vnguam reuerti: errores eo consilio fugiunt, ut aliquando generantur. sed hoc loco Horatus hanc distinctionem non seruat: vt tuncque his nominibus translatè, hoc modo: ut te ipsum, ut fugitius, & erro, vitas: seruorum errorum, & fugitiuum instar, qui dominum reliquerunt, te ipsum fugis, secutus sum autem scripturam librorum manuscriptorum Donati, Faerni, 2. Vaticanorum, Tornei, nam excusi omnes, quos quidem viderim, habent fugituum erro, quam scripturam si quis probabit, sic expli- carbo. Te ipsum vitas, ut erro fugitius, id est, ut seruus erro, qui fugit à domino: vel te ipsum vitas, fugieas à te, ut erro: vel te ipsum vitas, ut seruus fugitius errabundus, quod si placet, id est, ferè valebit hic loco fugitius, quod fugax, aut fugere solitus, quemadmodum Terent. in Heautont. argentum fugitum: & Varro lib. 1. de ling. Lat. obliuionem fugitum appellat. ego tamē priorem scripturam magis probo.

FALLERE] leuare, lenire, βεβαιεῖν. ut Virg. Eneid. 4. si fallere posse amorem.

NAM COMES ATRA P. R. SEQ. f.] sic Od. 6. lib. 2. quid terras alio calente sole mutamus? patet quis exsul se quoque fugit? & epistol. ad Villic. lib. 1. scilicet viterque locum immunitum causatur inique: In culpa est animus, qui se non effugit, ut-

quam.
AVDE M. H. T. L. A. P. I. D. E. M. loquitur Horatius, serui oratione nimis libera offendit. significat autem sua vita neminem libenter audire. Vnde mibi lapidem, subint. sumam?

AVTE V. E. R. S. V. S. F. A. C. T.] significat, versum faciendo studium, insania esse proximum arque ad insaniam propemodum hominem adigere, ut supradicit. huius libri. Adde post matanum, hoc est, oleum adde camino. Quia si quis sanus facit, sanus facit et tu.

ACCEDES OPERA AGRO] mitram te in agrum Sabinum, ut non accedes ad seruos oculi operarios, qui in opere rusticō faciendo versantur. Plaut. Mostell. Cū hercule paucis tēpe, stat, et rāno Augēbi rūi numero genus ferrari.

SERGVMEN. SATYR. 8.

Fondanium inducit descriptentem cenam Nafidieni, & quidem ita ut multa sint, qua rīsum ipsi audiēt mouere possint. Praesertim vero pūtidam lautitiarum ostentationem, atque adeo lautitas minimè lauras, sicut luxum lautitiae & omni gratia carētem, Horatius sub Fandani pēsona irridere videtur.

VT Nasidieni iuuit te cena* beati? Nam mihi querenti contiuam, dictus here illic

c De medio potare die sic, ut miliū numquā In vita fuerit melius.* da, si grane non est, Que prima iratum ventrem placauerit esca.

In primis Lucanus aper, leni fuit Austro Captus, ut aiebat* cena pater: acria circum

Rapula, lactuæ, radices, qualia lassum Peruellunt stomachum, siser, alec, facula Coa.

Hus ubi sublatis, puer altè cinctus, acerna Gauape purpureo mensam perterrit: et alter

Sublegit, quodcumque iacēret inutile, quodque

Posset cenāteis offendere: ut Attica virgo, Cum sacris Cereris, procedit fuscus Hydaspes

Cecuba vina ferens, Alcon Chium maris expers.

Bic

Hic herus, Albanum Macenas, sive Fa- lernum

Te magis appositis delectat: habemus v- trumque.

*Diuinitas miseras. sed queis cenantibus una

Fundani, pulchre fuerit tibi, nos laboro.

*Summus ego, et prope me Viscus Turi- nus, et infra,

Si memini, Varius. cū Seruilio Balatrone Vibidius: quos Macenas adduxerat umbras:

BNomentanus erat super ipsum, Porcius infra,

Ridiculus totas simul obforbere placen- Nomentanus ad hoc, qui, si quid forte lateret,

Indice monstraret digito. nā cetera turba, Nos, inquam, cenamus aueis, conchylia

piscis,

Longe dissimilem noto celantia succum:

Vt vel cōtinuo patuit, cū *pafferis, atq;

In gustata mihi porrexerat ilia rhombi.

Post hoc me docuit melimela rubore mi-

norem

Ad lunam delecta. quid hoc interfit, ab ipso

Audieris melius. tū Vibidius Balatroni.

Nos, nisi damnosè bibimus, moriemur inulti.

Et calices poscit maiores. vertere pallor

Tum* parochi faciem nil sic metuentis, ut acreis

Potores: vel, quod maledicunt liberiū: vel,

Feruida quod subtile exsurdant vina palatum.

*Inuertunt Alliphantis vinaria tota

Vibidius, Balatróque, securis omnibus imis.

Coniuæ lecti nihilum nocuere lagenis.

Affertur squillas inter murana natanteis

AIn patina, porrecta. sub hoc herus, hac grauida, inquit,

Capta est, deterior post partum carne, fu- tura.

His mistum ius est oleo, quod prima Ve- nafri

Presit cælla, garo de succis* pisces Iberi,

Vino quinqueni, verū citra mare nato,

Dum coquitur: cocto Chium sic cōuenit,

vt non

Hoc magis vllum aliud: pipere albo, non

sine aceto,

Quod Methymnæam vitio mutauerat

vuam,

Erucas virideis, inulas ego primus amaras

Monstravi incoquere: illatos Curtillus

echinos,

Vt melius muria, quam testa marina re-

mittit.

Interea suspenſa graueis aulae ruinas

In patinam fecere, trahētia pulueris atri,

Quantum non Aquilo Campanis exci-

tat agris.

Nos maius veriti, postquam nihil esse pe-

ricli

Senſimus, erigimur. Rufus* posito capite,

vt si

Filius immaturus obiit, flere: quis effet

Finis, ni sapiens sic Nomentanus amicum

*Tolleret? heu Fortuna, quis est crudelior

in nos

Te Deus? ut semper gaudes illudere rebus

Humanis: Varius mappa cōpescere risum

Vix poterat. Balatros suspendens omnia

naso,

Hec est condicio viuendi, aiebat: eoque

Responsura tuo numquam est par fama

labori.

Téne, ut ego accipiar laute, torquerier

omni

Sollicitudine districtū? ne panis adustus,

Ne male cōditū ius apponatur? ut omnes

Precincti recte pueri, comique ministrati?
Addi hos præterea casus: aulae ruant si,
Vt modi: si patinam pede lapsus frangat agaso.

*Sed coniuuatoris, ut ducis, ingenium res
Aduersa nudare solent, celare secundæ.*

*Nasidienus ad hæc: tibi dix, quacumque
preceris,*

*Commoda dent: ita vir bonus es, conui-
nique comis.*

*Et soleas poscit. tum in lecto quoque vi-
deres*

Stridere secreta diuinos aure susurros.

**Nullos his malleum ludos spectasse: sed illa*

**Redde age, qua deinceps risisti. Vibidius
dum*

*Querit de pueris, num sit quoque fracta
lagena,*

*Quod sibi poscenti non dentur pocula:
dumque*

*Ridetur fictis rerum Balatrone secundo:
Nasidene redi mutata frontis, ut arte*

*Emendatur fortunam. deinde secuti
Mazonomo pueri magno discepta fe-
rentes*

*Membra gruis sparsisale multo, non sine
farre:*

*Pinguibus & fiscis pastum iecur anseris
albi,*

*Et leporum auulos, ut multo suauius,
armos,*

*Quam si cum lumbis quis edit. tum pectore
adusto.*

*Vidimus & merulas ponit, & sine clune
palumbes,*

**Suaueis res, si non causas narraret ea-
rum, &*

*Naturas dominus: quem nos sic fugimus
vlti,*

Vt nihil omnino gustaremus: velut illis

**Canidia afflasset peior serpetibus Afris.*

A VT *NASIDIENI IVVIT.* Si hæc scri-
ptura, vera est, in nomine Nasidieni tertia, &
quarta syllaba contrahuntur in unam, videlicet
i, & e, quod sepe alias fieri solere suprà ostendi-
mus. præterea secunda eiusdem nominis syllaba
hic producitur, cùm in ista corripiatur ibi, Nasidienus
ad hæc: & ibi, Nasidene redui, verum ego in-
cidit in duos libros manuscriptos Romæ, in quibus
sic legitur. Nasidieni qui iuvit te cena beatis.
Quin etiam hic in Gallia in tribus item manu-
scriptis eandem scripturam reperi. Vnde suspici-
ti possit aliquis, eam non esse reiiciendam. sed
quia & Priscianus lib. 17. priorem, ac receptam
scripturam agnoscat, & ceteri omnes libri vere-
res comprobant, hanc de possessione deiicien-
dam esse non putauit. Notat autem Acro, Nasidienum
equitem Ro. cetera elegantem, in com-
memorandis & prædicandis suis lauitis suis
putidum. Videtur tamen hic Nasidienus, non
satis liberalis, neque elegans suis, ut suis locis
indicabimus. Describitur hic fortassis Saluidie-
nus ille Rufus, quem commemorat Suetonius
in Augusto, his verbis. Neg. eam temere ex
omni numero in amicitia eius afflitti repertivit, præter
Saluidienum Rufum: quem ad consulatum usque, &
Cornelium Gallum, quem ad prefectorum Egypti ex
infima vtrumque fortuna prouexerat. Quorum alterius,
& alterius (Saluidieno) ob ingratum & malevolum
animum domo & provinciis suis interdixit.

B E A T I] *Δαλεῖος, μάρκεπος, ut apud Homer. ΙΔΑ.*
Δ. Oymoi. & οὐνωτοι αὐδός μάρκεπος κατ' αρ-
χαν. Πυρφόρη κατ' αρχαν, &c. dicitur, copioſi. ut
Od. 7. lib. 3. Thyra merce beatum. & episto. ad Loll.
2. lib. 1. beatiss. enim iam Cum pulchris tuniciis, &c. &
epist. 2. ciuſd. lib. quæ est. 1. ad Loll. *Queritur or-
gumentum pueri que beata crendis virorum.*

C D I C T U S H E R E I L L I C] dictus es mihi
heri illuc apud Nasidienum à meridie potare.
here pro heri, notat Priscil. lib. 15. & hunc locum
profert. quamquam in aliquo libr. veteribus
scriptum est heri.

D I C T U S H E R E I L L I C] dictus es mihi
heri illuc apud Nasidienum à meridie potare.
here pro heri, notat Priscil. lib. 15. & hunc locum
profert. quamquam in aliquo libr. veteribus
scriptum est heri.

E SIC V T M I H I N V M Q] sic me iuvit, ut
numquam succidius vixerim: ut numquam li-
bentius cenarim: ut numquam liberalius accep-
tus fuerim. sic locutus est suprà sat. 2. huius li-
bri. erat non pīcibus urbe petitus, &c.

F A] dic. vt Virg. in Tityro. Sed tamen, iste Deus
qui sit, da Tityre nobis.

G Y X E P R I M A I R A T . V E N T R . P L A C .]
suprà sat. 2. cum sale panis Larantem somachum bene
leniter. Ulysses apud Alcinoum ait ventre nihil
esse impudentius, qui eriam in luctu, ac mero-
re, sui meminisse iubeat. sic Hom. od. n. AΛΛ' εὐθὺς
μὴ δόρπισσας ἐστατε χαθεδόν περ. Οὐ γέρητος
τυχερός οὐ τυχερός οὐλος. Επίτετο, οὐτε
εὐλευσετος μήνος θεα, αὐτάρχη, Καὶ μηλα τε-
ρόδορος, id est, sed me cenare si nitore, quamvis
marentem. Non enim quicquam aliud ventre
improbius est: qui iubet, sui meminisse necessa-
rità etiam eum, qui malis conficitur, ac vexatur.

A V S T R O]

Ā V S T R O] Austro leniter flante carnes effi-
ciuntur teneriores. Nōtōs γέρων ait Aristoteles quodam loco, id est, Auster enim putre-
facit.

C E N A E P A T E R .] cenæ pater, coniuiator,
parochus in hac saty. idem valent.

Q U A L I A L A S S . P E R V E L L S T .] cuiusmodi res stomachum languentem, ac nau-
feantem lassent, ac prouocant. adhibebantur
enim illa γαστρουρώσ χέλεν, vt suprà ostendi-
mus ex Athenæo, comment. sat. 4.

S I S E R] genus est pastinacæ, quæ maliso in cibis
temperata etiam in gratiā vertitur, inquit Plin. lib.
19. Sofipater autem lib. 1. institut. grammatis-
tis, inquit, ἀγειρ σελινον, id est, agrestis a-
pium.

A L E C] genus liquaminis esse diximus suprà
sat. 4.

F A C V L A C O A] ex vino Coo: genus con-
dimeti.

A L T È C I N C T V S] εὐλεύσος, expeditus ad
ministrandum, sup. sat. 6. veluti succinæ cur-
sat hoffes. vel, ut ego malo, cultæ minimè molli,
habitu ipso pudicitiam præ se ferens, streuuus,
virilis.

A G E R N A M] ex acere arbore factam.
acernas mensas etiam fuisse in pretio, quam-
uis citreis inferiores, declarat distichum illu-
lud Martialis libr. 14. Non sum crista quidem,
ne filia diana: sed norunt lautas & mea ligna
dapes.

G A V S A P E P V R P V R E O] Prisc. libr. 7.
eo capite, vbi docet in sexis casibus nominum
neutrorum tertiae declinationis in e. reperi e.
& i. hunc versum profert. sic & Lucill. *Purpureo*
tergit tum latus gausapa mensas. Varro. *Claditum*
Oceano, *Lycico mare, flumine Nilo*. Lucretius lib. 1.
E mare primum homines, è terra posset oriri squamige-
rum genus, & volucres: ex quo Plauti iocus in
Mil. glori. Maria causa hercle, ego hoc utor oculo minus,
Nam si à mare abstinuisse, tanquam hoc uterer, nam
hunc Plauti versum sic emendauit Muret. libr.
3. Variar. lect. Sed quod ad huius loci senten-
tiam attinet, gausapa, seu gausapia videntur ad-
hiberi solita ad mensas tegendas potius, quam
ad tergendas. Martial. libr. 14. *Nobiliss. villa regat*
tibi gausapia citrum.

V T A T T I C A V I R G O C V M S A C R .]
C E R .] Hydaspem puerum formosum cum
virgine Attica Canephora, seu portiū canephoro-
ro, comparat. sacra autem Cereris in Canistro
quodam, aut cista cerebant virgines capitibus
imposita, manibus sublati, à sacerdote accepta
diebus festis Cereris, Mineræ, & quibusdam
aliis. Eas virgines Erichthonio regnante fuisse
institutas, refert Suidas, à Philochoro traditum
esse. Habebat autem suas & Pallas Canephoras, de quibus sic Paulanias in Attic.
ἀλλα μοι θαυμαστοι μηλιται παρέβησαν, εἴτι μηλι-
τοι εἰς ἀπαρτας γνωσμα, γέρανος δ' οὐδα συμ-

βεγει. Παρέβησαν δη τοι γνωσμα της Πολιάδος οι-
κεσσον οὐ πόροι. καλύπτει δ' Αγίωνοι σφας κα-
τηφόροι. Αύταις γενόντι μη πινα διαταντέργοι
τοῦ τηθεοῦ τούτου γενερόδρομος δὲ τῆς εργητηρίας
τούτου νοτίοι ποιεῖται αναθέται σφίσιν ὅπη τας κε-
φαλας, ἐν της Αγίωνος ἵπεια θίδωστος Φέρεντος
την διδόσαται, ὅποιον πήδεσσαν, εἰδίνει, οὐτε τοῦ
φρεστούς γένεται, εἰδίνει, εἰδίνει. id est, quæ autem mem-
axima admiratione affectant, cùm minimè sint omni-
bus nota, scribam cuiusmodi sint. Dua virgines à tem-
plo Palladii non longe habitant: eas autem Canephoro-
ras, seu Canephoras appellant Athenienses. Haec ali-
quantum temporis apud Deam commorantur. ubi vero
dies festus adiungit, faciunt noctu sacra, suis capitibus
imponentes, que Mineræ sacerdos dat eis ferendis,
cum neque ea, quæ dat, quid det, sciat: neque ea,
qua ferant, quid ferendum accipiunt, sciant. De illis
dem sic M. Tull. Verr. de signis, Erant pre-
terea duo signa non maxima: verum eximia venusta-
te, virginis habitu, atque vestitu, qua manibus
sublati sacra quadam more Atheniensem virginum
reposita in capitibus sustinebant. Canephora ipsa vo-
cabantur. Ouid. lib. 2. Metamorph. Illo forte die
casta de more puella vertice supposito festas in Palladiis
arcis Pura coronatis portabant sacra canistris. ha-
bebat & Diana suas. Theocr. εἰδ. β. Ηγ. &
ταῦτα οὐλοιο γενεφόρος ἄμυναν Αἰρεξ Αἴλος
ἐπ' Αρτεμίδος. id est, Venit nobis Eubuli filia
Canephora Anaxo ad nemus, seu fanum
Dianæ. habebat & Iuno Canephoras. saty. 3.
lib. 1. perspē velut si Iunonis sacra ferret. ascribit au-
tem ad illud Theocrit. interpres, virgines nu-
pturas placanda Diana causa, ne eam offendere-
rent, atque in sece irritarent, quod virginatatem
suam effiret amissuræ, γενεφόρην, id est, sacra
quædam in canistris condita, & occultissima
ferre solitas esse.

C A C V B A V I N A] vinum Cæcubum lau-
dabant Romani illi veteres supr. Od. 20.
lib. 1. *Cæcubum*, & prelo domitam *Caleno* Tu biles
vnam.

A L C O N] alter puer vinum Chium ferens
prodit in medium.

C H I V M] in nomine Chium, i, producit,
cùm Chius primituum sit breuer docet Priscia.
lib. 2.

M A R I S E X P E R S] aquæ marinæ expers.
οὐ τεταλασσωμένος. Athen. libr. 1. scribit, ve-
teres consueuisse aquam marinam in vina in-
fundere, fortasse ut effiret salubriora. Nam hu-
ijsmodi vina nullas cruditates gigintunt, ventre
solunt, stomachum aliquantum mordent, at-
que incitant, flatus non ingenerant, ad cibū cō-
coquendum adiuvant. verba Athen. sunt hæc,
οἱ δὲ θητειαὶ τεταλασσωμένοι οἵνοι ἀχρα-
πλοι τε εἰσι, γενέ καὶ κολπα λύσασι, θητειαὶ τε
τοῦ σόμαχον, ειφοισσεις τε οὖτε εὐραζοταῖς,
καὶ συγκατεργαζοταῖς τὸ προφύλι. Itaque fu-
gam illam Bacchus ad mare, nonnulli sic inter-
pretantur, vt per eam significari putent hanc

conficiendi vini rationem, & aquæ marinae infusionem, nam vinum aqua marina infusa fui-
vius escliti; unde Plauti iocus Rudete. *Quis vini
Græcius Neptunus nobis suffudit mare.* Plutarch. *ω-
ντιος φυσικ. οὐ γά τοι οἶνος θάλασσαν φέγγε-
στι. καὶ λεπτούν τινα λέγουσιν ἀλιέις κομισθεῖσαι
τελετήντα βασιλέων τὸ Δίονυσον φέρει τὸν
θάλασσαν.* quamobrem vino mare infundunt?

Oraculum quodam aucto pectoribus editum esse, quod iubere Dionysium in mare merge-
re. Inde institutum esse scribit Varro, ut refert Acro, ut delphini Libero appingerentur. Ve-
rum tamen ad vinum Chium aqua marina non
adhibebatur, neq; hodie adhibende. & attende,
in his verbis, *maris expers*, esse ambiguum, ut per
vinum Chium maris expers, intelligamus si-
gnificari vel verum Chium, in quo non so-
lebat infundi aqua marina: & ita, maris ex-
pers: vel simulatum, & vernacularum, & in Italia
natum, non ex Græcia navi adiectum: & ita
maris expers, quod magis probo. Est enim ma-
gis Horatianum.

H E R V S dominus cenæ Nasidienus.

A L B A N U M] de vino Albano sic Athen.
libr. *χειραρχηται τῷ τοῦ νεανικαρίου κόπελον ὁ
χράξειος Αλεξανδρός, πόπιος, κύρος ζεῦς επέβη-
πέτει.* Id est, nascitur autem, & in agro Cumano,
qui est in Campania, vinum Albanum, quod
appellatur, ad potionis vñm accommodatum,
& leue ab annis quinque.

D I V I T I A S M I S E R A S] Alij putant orationem esse hominis suam copiam extenuantem, hoc modo: habemus (inquit Nasidienus) utrumque, videlicet Albanum, & Falernū, si tibi magis placent, quam, quæ tibi ministrantur: atque ita hæc verba *Divitias miserias*, dicendum erit co-
hærente cum superioribus verbis *habemus utrumque*: planè *divitias miserias*; vel planè *divitiae miserias*, & sollicitas sunt; ut sint Nasidieni verba, alij *Divitias miserias*, existimant esse verba Horatij: & ita, à superiori verbi separanda, hoc modo: δι
*Divitias miserias Nasidiensil δο hominem miserè
divitiae! quam sententiā magis probat Muretus: & mihi quoq; probabilior est, ut intelligamus, ab Horatio vibane Nasidienum deridet, qui cùm habeat Falernū, & Albanum, vina laudissima, & fortasse appositis meliora, non ap-
ponat tamen, *Divitiae autem miserias sunt eius*, qui eis non vtitur. Sic *Arelli sollicitas opes dixit
Sat. 6. eiusd. lib.**

S E D Q U E B I S C E N A N T I B V S V N A] id est, sed quibus alius coniuix vnà cenantibus libenter, & iucundè cenaris, liberaliterque acceptus sis, scire peruelim.

P V L C H R ē F V E R I T T I B I] bene fuerit tibi, iucundè vixeris. vide sup. annot. ad Saty. 2. huius lib. bene erat non piscibus vrbe petitis.

S V M M V S B G O] in est, summo lecto, & tam
men medius inter Viscum Turinū & Varium.

C V M S B R V I L I O B A L A] Balatto & Vi-

bidius erant in imo lecto: & inter eos medius
cubabar Nasidienus coniuinator.

Q V O S M A C E N A S A D D V X. V M B R A] vmbre appellatur, ut dicemus ad epist. ad Torm. lib. i. cōuiuæ non vocati illi quidem à conniuato-
to: verum tamē eū, qui vocatus est, secuti. sed
quā potest quos dicat Fudanius vmbras fau-
fici Mæcenatis, Balatronem & Vibidium: an
Nomentanum, & Porciū: an hos omneis: si Ba-
latronem & Vibidū, prouocabulum quos refe-
retur ad ea, quæ antecedunt: si Nomentanum &
Porciū, hic erit ordo verborum, & Nomen-
tanus erat supra ipsum Mæcenatē, Porcius infra,
quos quidē Mæcenas fecum adduxerat nō in-
uitatos à Nasidieno: & ita Aldus Manutius. Si
hos omneis, mira erit verborum implicatio. Pu-
to autem hic treis lectos fuisse: in summo lecto
Fudanius medium, Viscū Turinū superiorē,
Varitū inferiore accubuisse: in imo Balatro-
nem, Vibidū, Nasidienū cōuiuatorem: in secū-
do, seu medio, Mæcenatē medium, Nomentanū
suprà, Porciū infra discubuisse. media inter le-
ctos erat mensa. Et credibile est, lectum, in quo
Mæcenas medius accumbebat, secūdum fuisse.
Nam vt medius in lecto, accubētū locus er-
rat honoratior, sic & secūdus lectus, quod & Scr-
uius admonet ad illū Virg. locum, mediāque lo-
cauit: vbi hæc profert ex Sallustio: *Igitur discubue-
re, sertorius inferior in medio: super eum Fabius Hispani-
ensis senator ex prescriptis: in summo Antonius, &
infra scriba Sertorij Versus, & alter scriba Mæcenas
suprà: in imo medius inter Tarquinium & Onium [al.
Denarium] Perperna.* Erant scilicet (vt etiam di-
positionem huius triclinij: & ordinem coniuia-
rum accubentium declarēt) εἰ παρόδῳ hīc
quoq; tres lecti. In medio lecto duo accuben-
tib; dūtaxat, Sertorius, & T. Fabius Hispani-
ensis senator. Sertorius in medio lecto accubebat
infra Fabium. & ita ille secundus erat Fabio. In
summo lecto, tres erant coniuiae: medius cuba-
bar Antonius: suprà eum scriba Mæcenas, infra
Versus. In imo tres quoque coniuiae: Perperna
medius. suprà Tarquinius, infra Denarius, seu
Ouius. Constat autem, Cassium Nomentanum
fuisse luxuriosum, & perditum nepotē: de quo
suprà sat. 8.lib. i. & alibi. Nomētanus igitur erat
suprà Mæcenatē, Porcius infra. Mæcenas igitur
medius: & præterea in medio lecto. atque ita in
loco accubebat honoratissimo.

S V P E R I P S V M] sic habent libri vereres, nō
suprà: quod malum tamen. & ita loquitur M.
Tull. epist. ad Papirium Pætum lib. 9. & quidem
suprà me Atticus, infra Verrius familiare tu. omnī
nō ego suspicor ab Horatio scriptū esse suprà,
vel certè super; id est, supera, seu supra, docent
tamen nobiles grāmatici, vereres usurpasse su-
per & supera, pro supra. quemadmodum usurpauit
Sallustius in superiori illo exemplo à nobis
modò relato.

R I D I C U L V S T O T A S] Porcius in eo ri-
diculus,

diculus, quod totas vno haustu placetas absfor-
bebat, quasi nimis liquidas. libri aliquot veteres, in his Vat. vñus, & Torn. habet obvōbre. quā
scripturam probo: vt obligariere apud Terent.

N O M E N T A N U S A D H O C] Nomen-
tanus ad hoc fuerat à Nasidieno vocatus, vel à
Mæcenate duetus, vt si quid esset obsonij lau-
tioris, quod alii obscurum, atque incognitum
esset, digito indicaret, vel, vt alij explicant, in eo
erat ridiculus, vt si quid inesse in cibis insipidū,
aut illorum, aut vulgare, digito indicaret, erat
enim hic Nomentanus, insignis obsoniorum ar-
tifex, judex, & helluo.

N A M C E T E R A T V R B A] nam nos harū
deliciarū rudes, & imperiti, comedimus auncis,
conchyliis, &c.

L O N G ē D I S S I M I L E M N O T O] quæ
omnia succum continebant nobis incognitum,
longeq; ei succo dissimilē, qui vulgo est notus.

P A S S E R I S] pisces plani: qui à rhombo, hoc
tantum differt, quod rhōbo, situs corporis dex-
ter resupinus est: passeri lœvi. Plin. lib. 9.

A T Q V E I N G V S T] aliquot libri manuscr.

P O R R E X E R A T] sic reperi scriptū in trib.
cod. Vat. & Iann. & Ruslād. & Cleric. nā vul-
gati habent, porrexit.

S Q V I L L A S] supra sat. 4. *Tofia marcentis quili-
lis recreabat*, &c. Potrem.

M E L I M E L A] μελιμέλα, mala mellei sapo-
ris.

D A M N O S ē] plurimum. nam damno coniuia-

M O R I E M V R I N V L T I] jocu: quasi ita
dicat, pat est nos Nasidienus, qui nos inuitauit,
tamque ineleganter, & illiberaler accepit, hæc
gratiam referre, vt plurimū bibamus: quod nisi
faciemus, Nasidienus nos impune cibis tam y-
libus, & vulgaribus, & illotis pauperit. vel dic io-
cum in eo confitere, quod oratio eorum, qui in
ancipi, & aduersi prelio, quāplurimū hosti-
bus interfectis, mori decreuerunt, ad certainum
poculorum transfertur. Virgil. En. 2. *numquam
omnes hodie moriemur inulti*. ego illud mālo.

E T C A L I C E S P O S C I T] sic efferten Græ-
ci, αὐτοὶ μέλοι, subaudi κύλην, vide annot. ad
Od. 9. epod. poscit autem habet cod. vñus Vati-
ni. Rain. Card. Torn. quos fecerit sum. alij, pos-
cunt. Apud M. Tullium poscere pro inuitare
usurpatū est. lib. 4. accas. si sermo inter eos, & inui-
tatio, vt Græco more biberetur: hoffes hortatur, poscunt
marioribus poculis.

V E R T E R E P A L L O R] tum cœpit Nasidienus pallere.

P A R O C H I] coniuiatoris, qui cenam præ-
bebat, alijs parochum appellant, οὐδὲ τὸ πα-
περγε, eum, qui salē, acetum, oleum, ligna, & similia
præbet legatis, aut magistratibus, vt dixi-
mus sup. ad sat. 4. lib. 1. M. Tull. epist. ad Att. lib.
11. episto. 1. *Omnino eum sextum noster, parochus pu-
blicus, occupauit, quod quidem facile patior. Veruntamē,
quod mihi magna beneficia mea magna cum fratribus*

*Ignarum quibus est ius aptum, & quibus aīta Langue-
si*

Si

D E T E R I O R Ē C A R N E] deterriore carce
futura, si post partum capra effet;

H I S M I S T V M I V S B S T] ius ex his, quæ
sequuntur, temperatum est: ex his constat, nem-
pe ex oleo Venafrano, gāro optimo, vño quin-
quenni Italico, & Chio, pipere albo, aceto Me-
thymnæo. Hæc muræna, elixa erat, & iccirco in
ius immersa, & in patina porrecta. suprà satyra

4. eod. lib. Nec satis est cara pisces auertere mensa
ignarum quibus est ius aptum, & quibus aīta Langue-
si

diss in cubitum sese continua reponat.

O L E O , Q U O D P R I M A V E N . P. Joleo
totius Venafraei tractus præstantissimo: vel potius eo oleo, quod primum ex oliuis Venafrae manauit verius, quam expressu est: quod nostro sermone parentem, seu matre guttam appellamus. oleum Venafraeum in primis laudabatur: ut sup. saty. 4. *in super addes*, *Presa Venafrae quod baca remisit olima*. Martialis lib. 13. *Hoc tibi Campani fudavit baca Venafri. vnguentum quoties sumis, et istud olet.*

D I S C I S I B E R I] id est, Scombri. Laudatissimum fuisse garum, quod ex scōbris maceratis, ac liquefactis esset cōfectum, supr̄ notauius: quod itē testatur Strabo lib. tertio. cuius verba refert Athenaeus lib. 3. *διεντοροφησεν δ' επιτραπέων τοῖς ταῖς Ηεράτεροις προτοῖσι τῇ Καρχηδόνῃ τὸν χρυσὸν πολὺν ἔκει στρατεύει, εἴ τοι τὰ ταχέα ἐπωνύμως λέγεται. καὶ ἀλλοι σκοτειροφησεν τὸν τῷ Αἰγαίῳ οἰκουμένην τοῖς ἐν τῷ Αἰγαίῳ οἰκενδεῖς* *χρυσούς*, id est, Strabo autem lib. 3. *Geograph.* aut, ad *Herculis insulas circa Karthaginem nouam; urbem esse Sexitaniam: ex qua falsamente quedam quasi gentili nomine appellari, et aliam Scombrorum pradam, a Scembria, qui eo loco capiantur: ex quibus optimum gerum confici.*

C I T R A M A R E N A T O] Italico. significat, vinum Italicum quinquenne adhibitum esse in hoc iure coquendo: sed eidem iam cocto vinū Chium esse infusum. Verū si legamus cocta, hic erit sensus: in murena coquenda vinum Italicū adhibitum esse, sed ei iam cocta, vinū Chium.

D U M C O Q U I T V R] ius: vel muræna, si legamus cocta.

C O C T O JURI COCTO VINUM CHIUM est aptissimum, sed quidam libri calamo exarati habent cocta, videlicet muræna.

A C. Q U O D M E T H Y M .] aceto, ex vino Lespido corrupto.

E R Y C A S V I R I D E I S I N V L A S E G O P A .] Sic omnes quidem habent libri, præter unum & alterū, in quibus est, *inulāque ego primus amaris, &c.* Sed ego olim hunc locum in omnibus libris depravatum esse putabam. & duarum literarum dumtaxat, in duabus vocibus, immutatione emendandum arbitrabar, & pro eo, quod vulgo legitur, *inulā ego Primus amaris, ego inulā ego primus amaris*, restituendum curarā, coniecturā meā nōnullis viris doctis, approbatibus: ut horū verbōrum, atq; adeò huius rotis loci hic ordinō, hæc sententia est. Ego primus omniū mōstrau, hoc est, docui incoquere inulā amaris etucas virideis, ut melius, quod Græci dicunt, *ἀλεύρῳ τι*, id est, tanquā melius quiddam ea māria, quam testa marina, nempe echinus, remittit. Curillus autem monstrauit incoquere illatos, seu illatos echinos inulā, hæc igitur verba, illatos Curillus echinos, in includenda effente interpositiōis nota. Iā hoc loquendi genus, *erucæ inulā in-*

*coquere, cūm sit aliis Latinis visitatum, cum Horatio, Virgil. Georg. 4. Huīus odorato radices incoquere Bacho. Horat. Od. 3. epod. Num viperinus hic crux Incoēta herbis me fessilis? Nunc autem mihi videatur antiqua scriptura, à qua nō discrepat vulgata, retinenda, ut intelligamus, erucas virideis, & inulas amaras incoquiuri illi, quod descriptū est: & erucas virideis, inulas amaras positum esse àduos. Quod autē ad hoc attinet, ut melius, id est illud, quod est in hac eadem sat. Et lēporū aulifor, ut multo suauius, armos, id est, ut rem multo suauiorē, vel, ut multo suauius quiddam. Echinum pīscem porrō diximus esse ex generi testaceorum, ad illum locum, Horat. capillis, ut marius aperis Echinus, Od. 5. epod. Quod autem in nōnullis libris veteribus, ut in duobus Vatic. & in Iann. scriptum est, *Erucas virideis, inulāque ego prim. am. &c.* hanc scripturam idē sequor: quia si mihi verisimile copulationē que ab aliquo semidicto scripturæ recepta fuisse additā, Veruntamen iudicet lector eruditus.*

I L L U T O S C Y R T I L L U S E C H I N O S] illatos, id est, non liquatos, non maceratos, non deluos, & tixtus, non labefactos, non liquefactos, id est, echinos integros, non muriam ex eis factam. **I N T E R E A S V S P E N S A G R A V E I S A V L A E A**] quæ cameris tricliniorum subtendebantur, & suspendebantur, seu portios suspēdebat, ut si quid pulueris supernè caderet, exciperent. *sufficiā malim legi, à verbo suspando, quam sufficiā, à suspendo.* Seruius ad illum Virgil. locum *Aeneid. 1. aulae iam se regna superbi, aulae interpretatur vela picta: docēt que, aulæ esse dicta q̄ primū in aula Attali regis Asiae, qui populum Ro. scriptis heredē, inuenia sunt. idē etiam in domib⁹ tendebantur (inquit) aulae, ut imitatio tentoriorum fieret, sub quibus bellantes semper habitauerūt mōtores. Varro tamen dicit, vela solere suffendi, ad excipendum puluērem, quia tam vīs camera ignorabatur. Vnde Horatius: Interca suffēt graueis aulae ruinæ, &c.*

I N P A T I N A M in eam patinam, in qua inerat muræna illa portrecta, elixa, & patinaria.

P Y L V E R I S A T R I , Q V A N T V M tantum, subintellige, ut sat. 3. huius lib. *Framēti, quādūtū metit Africa.* Sed dicere possit alius, hoc tricliniū, in quo hi cōiuīcēnābāt, nō fuisse camerarū, si vera sunt, quæ modō retulim⁹ ex Seruio, & Varrone. cameræ enim nō facilē puluerē colligebant. Iccīco in tricliniis cameratis nō erat opus aulæ. At in hoc triclinio erant aulæ.

M A I V S V E R I T Y] fortasse totius domus aut certe tabulatis, aut testi, aut cameræ, si hoc triclinium erat cameratum, ruinam.

R V F V S] Nasidiens conuiuator, cenæ pater.

P O S I T O C A P I T E] demissio capite, & ira māstus, *καταβαλλεῖν τὸν ὄψιν τὸν κατεβαλλεῖν.*

I M M A T V R V S] arata ad mortē immatura.

F L E R E] flebat: vel flere coepit.

S A P I E N S] vel sapiens in ea disciplina, quæ ad obsonio-

ad obsoniorum apparatu, & ventris, gutturis, que voluptatem pertinet; vel sapiens, cui palatū lapiebat: vel quod sapientis esse velit, hilariter & iucundè viuere, ut Od. 11. lib. 1. *sapiæ: vinaliques, &c.*

T O T L E R E T] in spem meliorem erigeret, demissum excitarer, māstū solaretur. sup. enim dixerat, *Rafus posito capite, ut si Fil. imm. obiff. re.*

V T S E M P E R , &c.] quādū, &c. sic sup. sat. 6. *vt tu semper eris derisor!*

S V S P E N D . O M N I A N A S O] omnia deridens. sup. sat. 6. lib. 1. *negō sufficiā adūno ignotos.*

H A E C E S T C O N D I C I O V I V .] hac condicione (inquit) nati sumus, ut multis & variis casibus exposta si vita nostra. sermo dissimulationis, & urbanitatis plenus.

T R I D E R E] à verbo frido. sic Virgil. Georg. 4. *Stridere apes vtero, & ruptis effervescere costis, licebat (inquit) videre, seu audire coniuīas in singulis lectis consulsuranteis. Secreta autem aure diuinis susurros dicit, quia nō communiter inter se consulsurabant, sed separatione terpi in singulis lectis: neq; collatis omnium capitibus, sed pro numero lectorum separatis.*

N V L L O S H I S M A L L L . S .] Horatius loquitur, hū, id est, quādū hos.

R E D D E] renūta, refer, tralatio est, nam redere, is propriè dicitur, cui datum est, vel qui erit puit, aut abstulit.

N V M S I T Q V O Q V E F R A C T A L A G .] num, quemadmodum aulea corrueunt, ita etiā lagenæ fractæ sint.

R I D E T V R] dum ridetur à conuiuis: dum rident conuiuæ, & cachinnantur.

F I C T I S R E R V M] ob res conflictis: rebus conflictis: quia Nasidiens commendabat suas culpas, suāq; condimenta, quæ reuera non erant commendanda: quæque talia non erant, qualia mētiebatur. similia sunt illa, abdita reris, amarae cariarum, opaca domorum, &c. quæ notauius ad Od. 12. lib. 4.

B A L A T R O N E S E C V N D O] id est, Balatrone approbante: ex tententia Balatronis: fauente, & applaudente, seu adiuuante Balatrone, sic suprā rūmore secundo, lege annot. ad epist. ad Fufcum Arist. lib. 1. M. Tull. ad Q. Frat. lib. 2. *Yūnū arbitratu nostro concidimus, Diu, hominib⁹ que applaudentibus.* vel dic secundas quasi partis a gente, ut quamvis esset magnus derisor, hīc ramen ad alios in ridendo secundum locum obliteraret, & secundarum partium esset.

N A S I D I E N E R E D I S M V T . F R .] *Σπορροφῆ ad Nasidiensem, sed hoc fentir: Nasidiens mutata frōtis redit, id est, Nasidiens hilarior & latior redit.*

M A Z O N O M O] genus lancis prægrande.

S P A R S I] asperfi, cōspersi, vt sat. 4. huius libr. *Corycioque croce pīsum stetit.*

P I N G V I B E T F I C I S P A S T . I E C . A N S .] iecur saginatum, & aquatum pinguis fibris. Athen. lib. 9. scribit, tāto in pretio fuisse ve-

teribus anseris iecur, vt essent apud eos *ληρόσοι*, id est, anserum pastores, qui anseres ita alienant, vt eorum iecur mirificè augeretur: quod item tradit Plinius. Ego in Italia idem vidi factari, sed quo modo, aut qua arte id fieret, non admodum quæsiui: nisi quod audiebam, dulcia ad eam rem multum conferre. Itaque hodie in Gallia mulier quædam potens & sumptuosa gremi anserum domi melle pascit. Martialis lib. 13. *Αἴψις* quām tumeat magno iecur anserē maxū. *Miratus* dices? *hoc rogo*, *crevit ubi?* Iam pinguis fucus dixit, quia fucus sunt meliores.

V T M V L T O S V A V.] tamquam suauius quiddam. sic fat. 4. huius lib. *Facundi léporis sapientia* seculabitur armos. cod. Tornes. & duo alij habent, *Et léporis vulso.*

E D I T in duob. cod. Vat. Ianno & Torn. Rufard. Nicot. legitur, edit, ab edim is, it, vt sup. Od. 3. epod. *Edit cicutis allium nocentium.* sic & Plaut. in Penulo. *Eft domi, quod edimus.*

V I D I M U S E T M E R V U L A S P O N I] ponni, id est, apponi; vt saty. 2. lib. 1. possum sc tangere volit.

S V A V B I S R E S] appostio est, vt gramm. appellant. *merulas* & *palumbes*, *suaueis rei*. *merulæ illæ*, & *palumbes* sine clune (inquit) *suaues* res essent, nisi dominus inepte, & loquaciter de carum naturis & causis differeret: vel nisi nobis narraret harum palumbium, seu palumborum naturas, & quamobrem clunes eis deessent. Sed quid significat his verbis Horatius? utrum coniuvatorum quorundam ineptias, inscitiam, & stultitiam notat, qui singularum rerum, quæ apponuntur, naturas & causas nimis subtiliter, & odiosè commemorant? Ita fit interdum, vt,

^A dum vel ingenium suum intempestiue, arque inepte ostentant, vel imprudentes aliquid de cibis appositis proferunt, quod parum placeat: conuinas ab edendo absterrant: arque hue fortasse pertinet, quod scribit Plutarch. libro septimo sympos. *καὶ οὐντος Αἰγαῖος*, *καὶ μύρων ἐπτετράγονον Παρθίων καρδιῶν*, *καὶ νεράτων*, id est, *οἱ de vinorum, vnguentorumque differentia rogitar, οἱ quarore, pingue, οἱ ineptum, οἱ hominis super diutius facti proprium est*, an clunes illæ iccirco detractæ erant palumbibus, quod purebant, cùm tamen patres essent omnium suauissimæ naturæ: & ita carpitur insitia coniuvatoris, qui palumbium, partes eas apponenter, quæ minus lauta essent: eas, quæ suauitate præstant, apponi verius, hic sua voluntare, sive ob eam causam, quam diximus? an in clunibus illis vermeis extitisse dicimus, quod Acroni placet: & ideò defecas essem.

C A N I D I A A F F L.] Gratidiam, seu Canidiam veneficam, quam, vt appareat, odio Vatiniano persequebatur, etiam hic insectatur, morder, & lacerat nō mimico, aut satyrico, hoc est, urbano, sed planè hostili, & Theonino déte.

P E I O R S E R P E N T I B. *A F R.*] hoc cō pertinet, quod quæ à serpentibus afflata sunt, quantumvis salutaria sint licet, venenata, & morifera redduntur. Columella, *cavendumque ne à serpentibus afflentur, quarum odor tam pestilens est, ut interimat universa.* in quibusdam codicibus manuscript. reperi scriptum *Atris pro Afris*. ego nihil muto: quamquam atras viperas dixit Oda 4. lib. 3. *Et tu ab atris corpore viperis, &c.*

Q. H O R A T I I F L A C C I

E P I S T O L A R V M . L I B E R P R I M V S.

A D M A E C E N A T E M E P I S T. I.

A R G V M E N T V M.

Se iudicra sua studia missa facere dicit, & ea, quæ ad virtutem ducunt, amplecti: sic tamen vt in nullius magistri verba iuret. Eiusmodi autem esse hæc studia, vt nemo sit, qui non illis excoli posset, si modò patientem aurem commoderet. Tandem pravum hominum iudicium, virtutem opibus & honoribus postponentium, & quæ corporis sunt, non quæ sunt animi, curantium, reprehendit.



**R I M A dicte mihi, summa dicende camæna,
Spectatum satis, & donatum iam* rude, quæris
Macenas iterum antiquo me includere ludo.
Non eadem est etas, non mens. Veianius, armis
Herculis ad postem fixis, latet abditus agro:
Ne populum extrema torties exoret arena.
Est, mihi purgatam crebro qui personet aurem:
Solute senescentem mature sanus equum, ne
Peccet ad extremum ridendus, & ilia ducat.*

*Nunc itaque est versus, & cetera ludi- A
cra pono:*

*Quid verum, atque decens, curo, & rogo,
& omnis in hoc sum.*

**Condo & compono quæ mox deprome-
re posim.*

*Ac, ne forte roges, quo me duce, quo La-
re tuler:*

Nulli addictus iurare in verba magistri,

**Quo me cumque rapit tempestas, deferor
hospes*

Nunc agilis sio, & meritor ciuilibus undis,
Virtutis veræ custos, rigidusque satelles:*

*Nunc in Aristippi furtim praæcta re-
labor,*

*Et * mihi res, non me rebus subiungere
conor.*

*Ut nox longa, quibus mentitur amica,
diësque*

*Longa videtur opus debentibus: ut piger
annus*

^B **Restar, ut his ego me ipse regam, soler-
que elementis.*

*Non posis oculos quantum contendere
Lynceus:*

*Non tamen iccirco contènas lippus inugi:
Nec, quia desperes inuicti membra Gly-*

conis,

*Nodosa corpus nolis prohibere chiragra.
Est quædam prodire tenus, si non datur
ultra.*

Feruet auaritia, miserisque Cupidine p-
ctus?
Sunt verba, & voces, quibus hunc leni-
re dolorem
Pofbis, & magnam morbi deponere partē.
Laudis amore tumes: sunt certa piacula,
qua te
Ter purè lecto poterunt* recreare libello.
Inuidus, iracundus, iners, vinosus, amator:
Nemo adeò ferus est, ut non mitescere
poſit,
Si modo culturæ patientem commonet
aurem.
Virtus est vitium fugere: & sapientia pri-
ma,
Stultitia caruisse. vides, qua maxima
credis
Efse mala, exiguum censum, turpemque
repulſam,
Quanto deuites animi, capit' que labore.
Impiger extremos curris mercator ad In-
dos,
Per mare pauperiem fugiens, per saxa, c
per igneis:
Ne* cures ea, qua stulte miraris, & optas:
Discere, & audire, & meliori credere
non vis?
Quis circum pagos, & circum compita pu-
gnax
Magna coronari contemnat Olympia,
cui ſpes,
Cui ſit cōditio dulcis sine puluere palmae:
Vilius argentum eft auro, virtutibus au-
rum.
O ciues, ciues: querenda pecunia pri-
mū eft,
Virtus post nummos. hæc * Ianus summus
ab imo
Producet: hæc recinunt iuuenes dictata,
ſenſeque,
Lauo ſuſpensi loculos, tabulamq; lacerto.
* Si quadringtonis ſex, ſep̄tē millia defunt,

A Est animus tibi, ſunt mores, & lingua, fi-
deſque:
Plebs eris, at pueri ludentes, rex eris, aiut,
Si recte facies hic murus abeneus eſto,
Nil conſcire ſibi, nulla pallſcere culpa.
Roscia, dic ſodes, melior lex, an puerorum
eſt
Nenia, qua regnum recte facientibus of-
fert.
Et maribus Curiis, & decantata Camil-
lis?
B Is ne tibi melius ſuadet, * qui rem fa-
cias, rem
Si poſis recte: ſi non, quo cuque modo rem:
Vi propius ſpectes lacrymosa poēmatā
Puppī:
An, qui fortuna te reffonſare ſuperbae
Liberum, & erectum præſens hortatur,
& optat?
Quod ſi me populus Romanus forte roget,
cur
Non, ut porticibus, ſi iudiciis fruar iijſdē,
Nec ſequar, aut fugiam, qua diligit ipſe,
vel odit:
Olim, quod vulpes agroto cauta leoni
Respondit, referam: * quia me veſtigia
terrent,
Omnia te aduersum ſpectantia, nulla re-
trorſum.
* Bellua multorum eſt caput. nam quid
ſequar? aut quem?
Pars hominum geſtit conducere publica.
ſunt, qui
D * Fructis, & pomis viduas venentur au-
ras,
* Excipiāntque ſenes, quos in viuaria
mittant.
Multis occulto crescit res fanore. verū
* Eſto aliis rebus, ſtudiisque teneri:
Iidem eadem poſſuntne horā durare pro-
bantes?
Null⁹ in orbe ſin⁹ Baiis prelucet amanis,
si dixit

Si dixit diues: lacus, & mare ſentit amore^A
Festinantis heri, cui ſi vitiosa libido
Fecerit* auſpicium: cras ferramenta Tea-
num
Tolleſt fabri. * lectus Genialis in aula eſt?
Nil ait eſſe prius, melius nil calibe vita.
Si non eſt: iurat bene ſolis eſſe maritis.
Quo teneam vultus mutantem Protea
nodos?
Quid pauper? * ride. mutat cenacula, le-
ctos,
Balnea, tonſores: conduco nauigio aqua
Naueſat, ac locuples, quem dicit * priua
triremis.
Si* curtaſt in aequali tonsore capillos
Occurri: ride. ſi forti ſubucula* pexa
* Trita ſubeft tunicæ: vel ſi toga diſidet
impar:
Rides: * quid, mea cum pugnat ſententia
ſecum?
Quod petuit, ſpernit: repetit, quod nuper
omifit:
Eſtuat, & vita diſconuenit ordine toto:
Diruit, adificat, mutat quadrata rotūdis.
Insanire putas ſollemnia me, neque rideſ:
Nec medici credis, nec curatoris egere
pratore dati: rerum tutela mearum
ſenne in Cumſis, & prauè ſectum ſtomacheris ob-
vnguem
De te pendentis, te refiſcientis amici.
Ad ſummaſ, ſapiens uno minor eſt Joue,
diues,
Liber, honoratus, pulcher, rex denique
regum:
Præcipue ſanus, niſi cum * pituita moleſta
eſt.

C

D

In hac epiftola plurima eluent verborum, &
ſententiarum lumina: elegantiſſime inſunt in ea
translationes, & allegoriæ, aliaq; verborum im-
mutationes, & ſententiarū formæ. R. eſt quidem
ipſa è media philoſophia petitæ, atque è liqui-
diſſimis Academis fontibus hauiſta ſunt, ut fa-
cile appareat. Horatiū iam natū grandem, io-

E T D O N A T V M I A M R V D E] liberati
ſummo carmine, qua Crider, Fulgentiſque tenet Cy-
cladas.

S V M M A] ſuprema, vltima, ut Ode 28.lib.3.

ſummo carmine, qua Crider, Fulgentiſque tenet Cy-
cladas.

S P E C T A T V M S A T I S] ſatis pteſpectum,
& cognitionis, donaꝝ. ſtata. nota ſunt illa lo-
quendi genera apud M. Tull. ſpectata virtus, ſpe-
cata fidei, ſpectata nobilitas, qua translatā ſunt ab
hiſtioniſbus, & gladiatoriſbus. Terent. in Andr.
enim uero ſpectatum ſati putabam, & magnum exem-
plum continentia, pertinet etiam interdu ad num-
mos. Plaut. in Perfa. Non hercle quod nunc hoc dem
ſpectandum ſic. Ouid. i. de Trifl. eleg. 4. Scilicet
ut fuluum ſpectatur in ignibus aurum, Tempore ſic du-
ro eſt experienda fides.

E T D O N A T V M I A M R V D E] liberati

gladiatores, rude donabantur. M. Tul. Philip. 2.

Sf. iiiij

Tam bosus gladiator rudem tam ciro acceptiſt?

[ITERVM ANTIQV. M. IN CL. L.]
trāſlato ſumta à gladiatoriſbus. ſignificat autem per ludum antiquum, verſus lyriſcos, atq; amatoriſos, & fortalſe etiam faſyraſ, & omne genus verſuum. Iam hoc genus loquendi queri incluſe, Horatio viſitatum, ut annotauimus ad Od. 15.lib.1.

VEIANIVS] gladiatoriſ nomen.

[HERCVLIS AD POSTEM FIXIS]
Herculi confeſcatis, & ad eius adēm ſuſpenſis. Nam qui artem aliquam deſinebant, eius artis iſtrumenta eiusdem artis praefidi deo ſacrabat, & in eius dei templo ſuſpendebant. Virgil. Melibœo, *Hic arguta ſacra pendebit ſiſula pīnū*, per poſtem autem templum ſignificatur. Virg. Aeneid. 5. *Neptuni ſaco Dānaī de poſte reſiſcum.*

[LATET AB DITVS AGRO] deliueſcitur in agro, arte armorum ludicra omiſſa.

[NE POPVL. EXTR. TOTIBUS] id eſt, ne toties populo ſupplicer, ut eum libertatem exoriat. ſed potēſtne ſeipius exorari, ſeu obtineri libertas? euueniebat interdū, ut boni gladiatoriſes, tamē propter excellentiam, in ludum iterum, atque iuterum reuocarentur, atque adeō rerraherentur.

quam explicationem ſi probabimus, intelligen- tia hæc eſſe diſta ad laudem Veianij, tāquā boni gladiatoriſes: & ita Acro & Porphyrio. Sed mihi magis placet Turnebi, viti ingenio & doctrina excellentia, ſententia: qui hunc locum ſic ex- pliqat: ne Veianius à pari ſuo viētus, & ita iamiam ab eo iugulandus, à populo ſupplex ſalutē petat: quam quidem ſeipius viētus Veianius, ſe- penumerò exorauit. & ita malus gladiatori fuit. Iam locus, in quo gladiatoriſes decertabant, arena appellabatur, extrema autem dixit, quia ab ex- treme parte arena boni, & viētiores gladiatoriſes à populo libertatem, mali, & viēti, ſalutem pere- ſolebant. Sed non diſſimulabo lectori, me re- petiſſe ſcriptum in plerisque libris manu ſcript. exornet: vbi alii habent exeret, que fortalſe vera & recta ſcriptura eſt, hanc quidem vulgata an- teponit Simeon Bosius, exornet autem, ut reperi annotatum in duobus libri. manu ſcr. id eſt, ludo décorer, gladiatoriſes enim dabantur populo: ex quo munus gladiatoriū.

[PVRGATAM] ſic Plautus mil. glor. *Perga- gati ambo dānuſ tibi operam auribus, contrā epift. prox. Auriculas ciſ hara collecta ſorte dolenteſ.*

[PVRG. CR. Q. PERS. AVREM] id eſt, qui me crebro moneat non auerſum à monitiſ. perſonet auren autem idem valeat, quod per auren ſonet: quale eſt illud Od. 7. lib. 2. quis vdo De- porpare apio coronaſ, Curávare myro: pro eo, quod eſt, de vdo apio propterare coronaſ curat, apt myro. cuius generis aliquot exempla ad illum lo- cum collegimus. alioqui perſonare verbū eſtab- ſoluit & compoſitum: quod cum ſexto caſu inigi ſolet, ut Od. 17. lib. 1. dulci Tyndari ſiſula Val-

les, & uſtice cubanti Leuia perſonare ſixit: & M. Tall. in Pifonem, cum collega ſui domus cauſa, & cymbalis perſonaret, vide plura ad Odam illam 17. lib. 1. [Videretur autem hic locus non ab ſimiſili illi Platonico in Critone, in ext. vbi Socrates poſtequam leges fecit loquenteſ, multaque di- centeſ, quā obrem Socrates non debat mor- tem fugere, ſed ſententia iudicium obtempera- re, ſubiuengit hæc ταῦτα, ὡ φίλε ἔταιρε κριτῶν, εἴ τι ὅτι ἐγώ δοκῶ ἀκούειν, ὥστε οἱ κορυφαῖς τῆς τοῦτον δοκοῦντον ἀκούειν: καὶ οὐ μόνην ἡ ἡγετὸς τῆς λόγων βουλεύειν ποιεῖ μὴ δύωδεκά τῆς ἀλλον ἀκούειν: Hæc iſcio amic Crito, me mihi audire videti, quemadmodum Bonæ deę aur Bacchi ſacerdotes tibias ſibi vi- dentur audire. Etiam hic ſonus horum verbo- rum meis auribus inſonat, & facit, ne alia audi- re poſſim.]

[B] SOLVE S E N E S C E N T E M] buſc pertinent verſus Enni, ſicut fortis equus, ſpatio qui ſape ſupre- mo viſit Olympia, nunc ſenior confetti' queſciſt. Solue autem, id eſt, deiunge à curru. Arque ita Homer. λύειν την τοὺς ἐξ ὄχοις: ut λ. v. Autas ἐξ ὄχοις: & item ſepe alibi.

[ILIA DV C AT] ægrè ſpiritum ducat, ſpiri- tū difficultate laboreſ, ilia trahat, ut loquitur Plin. lib. 26. & item Lucanus quodam loco: an- helet, propterē ſcilicet, quod ſeptem illa Circi ſpatia decurrere non poſſit.

[VERSVS, ET CETERA LV DICRA] omnes ferē per verſus, & ludicra, carmina lyriſca ſignificari putat. Non defunt ramen, iūq; docti, qui etiam faſyraſ in numero ſcriptorū ludicro- rum habent, multoq; adē magis, quā Odarū libros. Sic enim diſpurant illi, Satyrarū locutio ſermo merus eſt, nihilq; ex faſyraſ Horatius, pre- terquā ſiſum legētū, quārēt. Præterē duo- bō locis ſatis aperre declarat, faſyraſ ſcriptionis genus eſſe ludicrum: vno, qui eſt ſat. 10. lib. 1. hoc ego ludo, Qua nec in adeſonent, &c. altero, qui eſt faſyraſ, ſeipſi, vbi quid datur oī, illudo charti. Ego iu- dicium meum non interponam. hoc tantum di- cam, in faſyraſ multum quidem inſelle urbanita- tis, & comitatis, & iocis: ſed Horatium tamen, dum ridere, & iocari, & ludere videtur, plerumque in eis res ſerias agere: hīc autem ſatis plane (ut mihi quidē videtur) quid ſentiar, verbiſ ex- primere, atq; eloqui, nempe ſe verſum facien- dorū finem facere, iocos omneſ, amores, cō- uiuia, nugas, res omneſ ludicras denique omi- tere, ſelque totum ad philofophiam, tanquam vi- ſe superioris emendatricem, & omnium vir- tutum, vi-ſe que adē beatā effectoricem, confe- re in anima habere: quibus conſentaneum eſt illud in epift. 2. lib. 2. in extremo. Niſimir ſapere eſt abicituſ viſe nego: Et tempeſtuum pueri concedere ludum, At non verba ſequi ſiſulū modiſtula Latinis: ſed vera numerō ſque, modō ſque edificare vi- ſe. Idem ea- dem epift. duabus autē pagellis, ait annos, & æ- tatem ingraueſcentem ſibi eripuiſſe iocos omneſ

Penerem,

venerem, conuiuia, ludum, Tendunt prætereā (inquit) extorquere poēmata.

[ATQVE ECENS] arque honestum, ſeu decorum. τι κελὸν χαρπίαν, τι τερόν.

[OMNIS IN HOC SV M] totus in hoc ſum. ſic ſat. 9. lib. 1. Neſcio quid medians nugarum, totus in illis. Nam omnem hīc poſuit pro toto. Sic Homer, ἵλλ. πᾶς δὲ τοῦτον λάμψα, ὡς τε- poris, id eſt, omnis utique ferro Splendebat, ut fulgor. ſic idem Horat. Od. vlt. lib. 3. Non omnis moriar, magnā pars mei vitabit Libitīnam, &c.

[CONDIC, ET COMP. QVÆ M. & C.] non dicit, ſe ea ſcribere, quaē mox in lucem ede- re, & diuulgare poſſit, ſed ea cōgerere, & recon- dere in animo, quaē mox ad uſum ſuum, & ad re- ſtē, ſapienter, & virtuti cōuenienter viuendi fa- cultatem ſumere, & depromere queat. allegoria

[B] eſt ducta ab agricolis, qui fructus percep- tros, & frumentum condunt. M. Tull. in Catone maio- re, non ferendū, non percipiendū, non cōdendū fructibus: vel ab iis, qui in penu, ſeu in apotheca recondūt res ad vičum neceſſarias, quaſ ſuo tempore de- promant: & quibus, cum opus ſit, vtuantur, ut epiſt. 2. huius lib. valeat poſſeffor oportet, ſi comportatis rebus bene cogitat vii. His adde exemplum formi- ca, quod eſt ſat. 1. lib. 1.

[QVO MEB DVCE] quo duce, id eſt, quo au- ſtore, & principe, tui agiſtry.

[QVO LAR E] qua familia; ſeu quo familiæ duce, erant enim plures philofophorum fami- lia, ut familia Platonis, & Academicorum, fami- lia Ariftotelis, & Peripateticorum, Zenonis, & Stoicorum, &c. familiæ autē dicebātur, quia quādem ſunt nominis, atque aedē cognominis: ita qui eundem in Philofophia ducem atq; au- ſtorem ſequuntur, cōmuni nomine, ſeu cognomi- ne appellantr: ut Zenonis diſcipuli & ſectato- res, Stoici: Arcefila, noui Academicici: Ariftotelis Peripateticici: Ariftippi, Cyrenaici, ſic Od. 29. lib. 1. ſocratiſam domum dixit, pro familiâ Academicâ, & iis, qui à Socrate orti ſunt.

[NVLIVS ADDIC T.] videretur ſignificare ſe eſſe Academicum, quorum eſt nulli rei affen- ti, qua de re M. Tull. lib. de finibus. Sed quod ait ſe nullius in verba magiſtriuaſſe, idem ferē dicit M. Tull. alii verbiſ, in procēm. lib. 4. Tu- ſcul. nos in ſtitutum tenebimus, nullis que enī ſuſci- na legibus ariftiſi, quid ſit in quaꝝ, re maximē probabile, maximē requiremus. Idem in procēm. lib. 2. notās, ac deſcribens eos philofophos, qui vni diſcipli- na ſe dediderunt, eodem verbo vtitur, quo Horat. nōque ipſos redargui, refelliq; patiamur, quod ī ferant iniquo animo, qui certis quibus ſlam, deſtinati ſe ſententiis quaſ additū, & conſecrati ſunt, edque neceſſitate conſtricti, ut etiam, qua non probare ſoleant, ea co- gantur conſtantia cauſa defendere.

In voce addictus quidam ſubintelligunt ſum, ſed minùs recte, nā pertinet ad verbum defer, quod ſequitur. Ad- dicti autem propriè dicebāntur debitores, qui, ſtatim & reſtantem maiora, ferē preſentibus aquī, &c. paullò pōſt de codem, Alter purpureum non expectabat amictum, Quidlibet induitus celeberrima per loca vadet, Personāque feret non inconciuua vi- ſe que-

cūm damnati iudicatum ſoluere non poſſent, A nexi, creditoribus in ſeruitutem addicebāntur.

[IVRARE IN VERBA] ſuprà Od. 16. e- pod. ſed iuremuſ in hac. & Od. 15. In verba iſrabas mea.

[QVOD ME CVM QVĒ RAPIT, &c.] tra- latio perpetua eſt à nauigantibus ducta. ſignifi- cat, ſe ſeruire temporibus, id eſt, pro natura, & fatione temporum hanc, vel illam disciplinam, non ſemper vnam, eandēmque ſequi ac pro- bare.

[AGILIS] quaſ ad agendum promtus, & ex- peditus, & exx̄t̄o, ut epift. ad Loll. 2. hoc libro; agilem, nauiumque remiſi. & epift. ad lul. Flor. eod. lib. Quæ circumuolitas agilis thyma?

[ET M E R S O R C I V I L I B. V N D I S] idem dicit. ſignificat enim, ſe interdū Stoicoruſ, aut Peripateticoruſ disciplinā colere, ac probare, qui ſapiēntem à reip. administratione non au- cant, ut mox ex M. Tullio oſtendemus: interdū Cyrenaici & Epicurēi aſſentiri, qui ſapiēntem ad rem, accelfurum negant. M. Tul. in orat. pro Sext. de Epicuro, ſapiēntem omnia ſua cauſa facere, rem, capere hominem bene ſanum non oportere. mer- for autem ſcriptū reperi in trib. cod. Vat. & Iann. Clericano, Nicotianis, Russard. & ſanē magis conuenir vnde hoc verbum, quām verfor, ſic ferē Catull. ad Manlium, Accepte, queis merfer fortuna fluitibus ipſe.

[VIRT. VERB. CVST.] quales ſunt Stoici, qui ſummuſ bonū, & vitam beatam in vir- tute ponunt: aiuntq; etiam ſapiēntem ad rem, adminiſtrandam accessurum. M. Tullius lib. 3. de finib. ſub Catonu ſersona, Cum autem ad tuen- dos, conſeruando que homines hominem natum offe- vi- deamus: conſeruaneum eſt huic nature, ut ſapiens veli- gerere, & adminiſtrare rem. [Quidam hīc legi vo- lunt, Virtutis veri cūſos. Non defunt qui hoc mo- do, Virtutis verus cūſos.]

[NVNC IN ARIST.] à quo Cyrenaica di- ſciplina manauit. M. Tullius Offic. 3. Atqui ab Ariftippi Cyrenaici, atque Anniceri nominari omne- bonum in voluptate poſuerunt, &c. de quo plura di- cemus ad epift. ad Scœuam, hoc lib.

[SVBIVNGERE] ſic habent tres lib. Vatic. & item Iann. Faer. Tornel. Rain. Card. Clericano, Nicotiani, Russard. quam ſcripturā probo; ut germanam, & veram, reiecta altera, ut ſuppo- ſititia; quamvis & verbum ſuſmitemere ſciam huic ſententia ſeouenire. Sed quomodo Ariftippus re ſibi ſubijgebatur, non ſe rebus ſeo quod nulli cer- to generi vi- ſe, nullo certo veſtitai, nec cultui additū, aut alligatus erat: ſed liberē & ſine vī- lo repreheſionis metu pro tempore, hinc, vel illum vita cultum ſequebatur ac probabat: ut epift. 17. eod. lib. Omnis Ariftippum decuit color, & ſtatim & reſtantem maiora, ferē preſentibus aquī, &c. paullo pōſt de codem, Alter purpureum non ex- pectabat amictum, Quidlibet induitus celeberrima per loca vadet, Personāque feret non inconciuua vi- ſe que-

Atque hæc nuper mihi indicauit Simeo Bosius Lemouix.

V T N O X L O N G A] similitudo, seu *οὐρανὸς* multiplex, ducta ab amantibus; ab his, qui suas operas locarunt, quicquid operas dant diurnas mercede cōducti; & à pupillis, quos matris custodia coēcer.

[N O X L O N G A .] Artemidorus τοῦ λυπογένοις τε καὶ μεμικότι ἄποστολος νέοντας οὐρανὸς μαρτριδεῖ, is, qui molestis & follicitanuntur, non omnis longa videtur esse.]

A M I C A] ἔτερη, ut epistol. ad Vallam eod. lib. Quod me Lucane inuenem commender amica. [M. Tull. lib. 2. de Diuinatione. Alcibiades cūm es- est proiectus, inhumatus, ab omnib[us]que defensos faceret, amica corpus texit suo pallio.]

O P U S D E B E N T I B .] iis, qui conducti sunt, ut opus faciant.

M O R A N T V R .] id est, retardant.

S I C M I H I T A R D A F L .] ἔπειδος tarda fluant, i. tardè eunt, tarda sunt, leuvidetur, tralatio à fluminibus, tale illud, Tempora la- buntur, &c.

A G E N D I N A V I T E R I D , Q Y O D , &c.] philosophandi, nam sapientia studium æquè pauperibus, ac diuitibus prodest, eiusdemq. ne- glectio aquæ pueris, ac scinibus nocet.

R E S T A T , V T H I S E G O M B , &c.] cūm impeditus duris temporibus, & poteriorum, ac principiū amicitia non possim operam omnem in studium sapientie conferre, refat vt his pri- mordiis, & elementis philosophia me conten- tum esse oportet.

N O N P O S S I S O C V L O S] à simili. Et si aliquis (inquit) tantum oculorum aciem intende- re, seu contendere nō posse, quantum Lynceus, non tamen oculorum morbi negligere debet. Contendere oculo autem in omnibus quidem libris manuscriptis scriptum reperi, (nisi quid in uno videbatur deletum fuisse, postea in voce oculo) non potui tamen nō probare Ioannis Pasteritij conjecturam, qui putat legendum portiū, oculos, vt dicimus cōtendere nervos, vireis, aciem oculorum. Qui ego cūm diligenter attendi, con- tendere legendum esse oculos. Quemadmodum enim Latinè dici non potest, non posse oculo sicutum certare, quantum Lynceus: ita neque tantum contendere oculo, quantum Lynceus. Confirmari potest hæc delectio auctoritate Afriani, Homini. Cōtendit oculos, dñe repente abit calo: & Attij, Terco, video ergo te, mul- lior, more multavum viter, vt vim contendas tuam ad maiestatem vivi. Sed quid pluribus testimonis opus est? vñus Lucretius erit nobis instar omnium. Sic igitur politissimus ille scriptor lib. 1. Primum Graues homo mortaleis tendere contraria. Est oculus ausus, &c. si enim legendum, & ita scriptum esse à Luce, testantur grammatici veteres: & ita eden- dum propediē curabo, quamvis priorib[us] editio- nibus religione quadam impeditus, id facere non sum ausus.

L Y N C E V S] de Lynceo notissima fabula est, eum usque ad ceteris oculorum acie præsti- tis, vt, que apud inferos agerentur, videret. sed plura de eo diximus ad sat. 2. lib. 1.

I N V N G I] quidam libri vet. habent inungui.

N E C , Q Y I A D E S P . I N V I C T I . &c.] Glyconē athletā, aut pugilem fuisse verisimilis est quam gladiatorem. De quo nihil equidem me legere memini: de Glaucone multa memo- riae prodicta sunt. commemorata eum Demosthenes in Oratione ἀπέρτης: de eodem multa Suidas.

N O D O S A] quæ veluti nodis quibusdam v- sum manū, & articulorum impedit. cessantem morbum appellat epist. 15. eiusd. lib.

E S T Q Y A D A M P R O D . T E N .] licet vs- que ad certum aliquem fidem progredi, si non licet superare, aut transgredi. in tribus codic. Va- tic. & Torn. & aliquot alii, scriptum est, Est quo- dam, ex qua scriptura feci Est quādam, quæ fine dubio vera est.

V E R B A E T V O C E S] id est, carmina, & cantiones, &c. (vt Graci vocant) ἐπωδοι: sed si- guificant ἀλληγορίę sermones philosophicos. M. Tull. ἐπωδοι, quas appellant Graci, cantio- nes videtur nominare in libr. de claris Orator. Cīus de pro Titiniā Cotta pectoris: illa [Curio] contra me pro Seruio Nevio diceret, subito totam causam oblitus est, idque veneficiis & cantionibus Titiniā fa- etum esse dicebat. Horatius hinc voces, alibi carmina appellar, vt & Virg. Pharmaceutria: *Carmi- na vel calo possunt deducere lunam. Tibullus cantus lib. 1. eleg. 8. Cantus vicinus fruges traducit ab agris: Can- tus & insta detinet anguis iter, sic nutrit illa apud Euripidem in Hippolyto, Phædra amore Hippolyti captam, & ex eo amore grauiter laborantem consolans dicit, voces etc. nonnullas, & quedam carminis, quibus illa aggritudinem suā leuare posse, his verbis, εἰσαγόντες, καὶ λό- γοι βελκύθει. Φωνήστε τη τῆσδε φαρμακού νόσου, id est, sunt autem voces, leu cantiones, & sermones, ad mulcendum cōpositi. Reperiuntur aliquod huius morbi remediū. Veteres autem tantam vim in huiusmodi carminibus, seu can- tionibus inesse putabant, vt eas etiam morbis, & vulneribus mederi existimat. Itaque Homericus δῆ. T. sanguinem ex eo vulnere, quod Ulyssis femori aper inflixerat, manantem, facit ἐπωδον, id est, carmine, seu cantione, & quibusdam vo- cibus cohiberi, his verbis, Οτειλεο δέ Οδυσσεος ἐπωδον, αὐτήδον Δηνοι θηραύδοις, ἐπωδον δέ αὐτα κελαύδον Εξατον, id est, vulnus autem Ulyssis omni culpa parentis, & diis comparandi, obligarunt scienter: carmine autem sanguinem nigrum represserunt. Et Pindarus εἴδ. γ. ποθ. cum exposuerit, ἈEsculapiū Chiton in disciplinā esse traditum, vt ab eo medendi scienciam disceret, arque ad ἈEsculapiū postea conuenire & cō- currere solitos, qui aut morbis affecti, aut vices- rosi, aut saucijs essent, subiungit ad extremū, eam fuisse*

fuisse in ἈEsculapio artis præstatiā, vt quotquot ad se veniret ægri, aut debiles, aut vulnerati, o- mnes malis ac laboribus leuatos abs se dimi- teret, alios carminibus curans, alios potionibus, alios pharmacis, & medicamentis foris admō- tis, alios adhibitis sectione, verba Pindari sunt hæc, τὰ μὴ μάλαχης ἐπωδῶν ἀρφέτων, τὰ δὲ τερατία πνοντες, ηγροις ἀπαπλοι πάγ- τοις φέρμανται, τὰ δὲ τομῆς ἐπαστον ὄφες. Id ē εἴδ. lib. Neu. ἐπωδῶν δέ αὖτον νόσους καὶ τις κα- μπανοί θίκει, id est, carminibus autem, seu can- tionibus quispiam doloris sensum admetit. Ha- buit, & Medea suas ἐπωδοι, de quibus Pausan. in Corinth. Plato quoque in Euthydemō corū artem, qui orationes componunt, cū arte excan- torum comparat, quia, quemadmodum hæc vipers, phalangia, scorpions, & huiusmodi ani- malia pestifera, & morbos lenit, ac permulceret: ita illa iudicū, contionis, & multitudinis ani- mos delinire solet. verba Platonis sunt hæc, η μηδέ τοι ἐπωδῶν, η μηδέ τε, καὶ φαλαγγῶν, καὶ σκορπίων, καὶ τοῦ ἀλλων πλεον, τε καὶ νόσον κα- λούσθεντον δὲ μηδέ τοι τοις κακοῖς πα- ποντας, η μηδέ τοι τοις κακοῖς παποντας, η μηδέ τοι τοις κακοῖς παποντας.

E X I G V V M C E N S V M] in fratre epist. 7. eius- dem lib. Praeconem tenui censu. & Od. 15. lib. 2. Pri- natius illius censu, erat brevis. vbi quid sit censu, do- cuimus.

L A V D I S A M O R E T V M E S ?] φιλοποιεῖς, ambitiosus es? ambitione laboras? apto verbo vñus est, ad exprimendum ambitiosi morbum.

P I A C U L A] γελοποιος. sup. lib. 1. Od. xxvij. Téque piacula nulla resolvent.

T E R] τελ., numerus est perfectus, vt annota- uimus ad Od. 1. lib. 1.

P V R E] sacra enim omnia debent tractari à puris. At philosophia studium, sacrū est, & libri philosophici, sacri sunt. Quare nemo ad eorum lectiōne accedere debet, illoris, & impuris ma- nibus: hoc est, animo impuro. iccirco dixit purē loto.

R E C R E A R E] αὐταὶ ωπιποῦ. sat. ij. lib. ij. seu recreare vñles tenuitatum corpus. & c. eiusd. Tofis mar- centem squillis recreabis, & Afr. Potorem cochlea.

A M A T O R] ἔργος, amor (inquit Donat.) corporis est, amicus animi.

N E M O A D E O F E R V S E S T] nemo adeo vitiosus est, qui virtutem sequi: nemo adeo immanis & ferus, qui exuere feritatem, & humilitate expoliū posse. Est autem vñus duabus translationibus, quæ mutuū non respondent, feria, & mitescere, cūm feria, id est, Λεγον, mansuel- cant potius, seu cicurentur: acerba mitescant. præterea in voce culture alia trālatio inest: qua & M. Tull. vñus est Tuscul. 2. cultura porr̄ animi philosophia est. Theognis videtur expressisse: ξενὶ γά- ρις ἤτι γῆν τε, καὶ εἰπά νόσον φαλαγγῶν Δι- ζεδον, γελαποιος, καὶ περιποντον, id est, opor- tet enim similiter & super terram & super lata-

P A T I E N T E M C O M M O D E T A V R .] sic locutus est Arnob. lib. 4. aduersus gentes, Νο- aures patientissimas commoda, &c.

V I R T U S E S T V I T I V M F V G .] Quin-

tata, quemadmodum hic mares Curios dixit, sic Od. 12. incomit Curius capillus. Nam ut comiti capilli significant in omni, sic incomiti, feueritatem & temperantiam, similesque virtutes.

I S N E T I B I M E L I V S S V A D E T,] puta Roscius Ortho, Rosciae legis auctor.

Q U I, R E M F A C I A S,] qui suaderet, ut rem facias, si possis rem recte facere. Sic autem edendum curauit: qui rem facias, si, &c. sine particula vi: quia illam nullo in antiquo cod. reperi. Et verò facile apparet ab aliquo semidocco esse adiecta. facilè enim subintelligitur, cùm sit hic ordo, qui hortatur, vel qui suaderet rem facias.

V T P R O P. S P E C T,] vt habeas censem equestrem, & sis equestris ordinis, atque hoc pæto spectes ludos, & gladiatores in quatuordecim ordinibus: vel vt, quamvis sis de plebe, spectes tamen de propiore loco, quām pauperes: quasi iij, qui de plebe essent diiores, propius ludos spectantes, quām tenuiores: quod posteriorius minus mihi placet quām prius.

L A C R Y M O S A P O ē M A T A,] tragedias Puppj. de Puppio tragicō poēta nihil me legere memini, præter id, quod exstat apud Acronē. Flebunt amici & bene noti mortem meam. Nam Puppj in me vivo lacrymatu est. Lacrymosa igitur poēmatia, intelligit vel propter Puppium lacrymos, vel lacrymas spectatorib. excutientia.

R E S P O N S A R E,] repugnare, obſistere, non succubere. Sic dixit, Repūfare cupidinibus. sat. 6. lib. 2

P R A E S E N S H O R T A T V R,] qui præsens hortatur alterum, magis commouet, quām, qui ables per nuntium, aut per litteras. Sic Vlysses apud Hom. ὁδοις. vnumquemque sociorum hortatur astas, & præsens, ut remis enixiē impulsus Scyllam, & Charibdin vitent. Aut τοι εχω μη νοσ ιδι ωργειον έταιρους Μελιχοις έπεσατο οὐρανοις ανθραις έρχεται, id est, At ego per nūm iens locios meos blandis verbis hortabar astas, vnumquemq., id est, singillatim. & ιδι μη. Δι τοι πελαθεμαθεγανων εκτοξει πανεξεται, id est, Tunc Polydamas audentem Hectorem appellauit assistens. Prætereat maiorem vim habent, & plus valent, qui præsentes sunt, ex quo presentes Diuos dicimus. vide ann. ad Od. 35. lib. 1. sic etiam loquitur M. Tull. lib. 3. accusat, neque, cūm præsens oraret, ut quamplurimum serret, &c. ibidem. nisi litteras missem: non est sat: nisi præsen confirmasset.

O P T A T,] quidam lib. scripti habent orat. nō nulli, ap̄t̄. quod tamen postremum non prob.

O L I M Q U O D V V L P. A G R,] Notissimus est hic Aëlopi apolodus. commemorat eum Plato in Alcibiade primo, seu de natura humana, coloco, vbi ostendit, Lacedemonem omnium Grecarum vrbium auri, argentiq. esse plenissimam, atq. opulentissimam, propterea quod iam diu cum ex omni Gracia, tum interdum etiam ex Barbaria aurum eō ingrediatur, atq. influat: effluat numquam: quin plane (inquit) ut fabula-

tur Aëlopus vulpem leoni dixisse: nummorū ingredientiū quidem vestigia omnia ad Lacedemonem versa appārente: egreditentium autē nulla exstāt, verba Platonis sunt hæc. Αλλ' ἀπεχόντι τοι Αἰτώντις μέθοι, διὸ οὐ ἀλάπτεται τοις λεοντὶς εἶπε, καὶ τοῖς λακεδαιμονίοις νομίσματος εἴσιντος μὴ ιχνεύειν τοις λεοντίς μέθοις, διὸ λακεδαιμονίοις εἶπε, καὶ τοῖς λακεδαιμονίοις διῆλθε. Εξίστος δὲ οὐδεμινὶ λέγεται ίδιοι, cum his Horatianis cōsentanei lunt illi Lucilius versus, qui exstat apud Nonium. Quid sibi vult, quare sit ut intronuosis, ut ut in spēlēis, atque ferant vestigia se omnia prorsus? sic enim hos versus restituendos & legendos cōscio, non ut vulgo leguntur, ut intronuosis & ad te spēlēis atque ferant vestigia, & omnia prorsus? neque sunt emendati ab aliis, quamvis id se factos promiserint, codem pertinent & hi eiusdem Lucilius versus. videntur enim esse verba leonis vulpem ad se euocantis, atque alli- cientes. Deducta hanc sic voce leo, cur tu ipsa venire Non sis hic?

B E L L V A M V L T O R V M E S C A P I T,] θελον πολυχέφαλον. Plato lib. de repub. Xenoctates autem in Axiocho populum appellant, ἀχέλειτη, διάφορος, ἀπότολος, βάσιον, ἀπέργετος: id est, ingratum, fastidiosum, seu qui cito fatigante afficitur, crudelē, inuidum, indocileum,

C A V T A epist. 16. lib. 1. Cautus enim metuit fūneam lupus, paullò aliter sat. 5. lib. 2. Cautus vni vellet carum caput. [astutam appellant sat. 3. lib. 1. Astuta ingenuum vulpes imitata leonem.]

C O N D Y C E R E P V B L I C A,] ex quo dicti sunt publicani, qui vestigalia populi Rom. conducebant, ut, quo plus exigenter, quām conduxisse, eo plus lucri facerent, conductunt etiam publica, qui opus aliquod publicum faciēdū, qui exercitum alendum, ac vestiendū suscipiū: cuius posterioris exemplum pulcherrimum exstat apud T. Liuium lib. 23. ad finem.

S V N T, Q U I F R V T I S, E T P O M I S, &c.] captatores: quod genus hominū describitur sat. lib. 1. & M. Tull. paradox. ὅτι οἱ στοιχεῖα λέγονται, &c. his verbis. hereditatis spes quid indignitas in seruendo non suscipit? quem nūtum locupletū orbi seruū non obseruat? logitur ad voluntatem, quicquid denuntiatū sit, facit, affinitur, ap̄t̄, miratur, quid horum est liberū? Quidam legunt Crufis, & pomis, & ita habent aliquot libri manus scr.

E X C I P I A N T Q V E S E N E S,] aptissimum verbum ad exprimentiam captatorum calliditatem, ac sollertia in ambiendis, & colendis senibus orbis. dicimus enim excipere, & exceptare pīcīs. M. Tull. eod. parad. &c. videat aliquē summae populi beneficis vsum, barbatulos multulos exceptantem de pīcīa, & pertinetantem, & murenarum copia gloriā, vel dicēdū portiū excipere, esse hic infidiosē ad orientē capere, ut excipere a prīmū venabulo, & excipere ē prōlio fugiētis. vide annot. ad Od. xiiij. lib. 3.

V I V A R I A,] vivaria, septa quādam loca, in quibus feræ viue pascuntur. leporaria appellat

Varro, ut refert Gell. lib. 2. cap. 20.

M V L T I S O C C. C R. R. F A E N,] i. inul- ti rem suam familiarem occulto fānore, ex quo intelligendum, non esse legitimū, seu legibus concessum, amplificant; ut ille sat. 2. lib. 1. Quinas hic capiti merces exfecat.

V E R B U M, E S T O A L I S A L I O S, &c.] verū (inquit) cū tot sint hominum capita, & tam varia ingenia, coscedendum est, ut alij alios studiis dediti sint. Quid autem minū ferendū, quām vnum, eundēm q. hominem nūc hoc, nūc illud probare? neque in vna sententia perpetuū manere? neque in vnum consilium diutius amplecti? Plato in Georgia Socratem ita facit loquenter, καὶ τοι ἔχω τε δίγειον ὃ βέλτιστον, καὶ τὸν λύραν μοι κρέπτην ἔνικα ἀναρμονότε τε, καὶ τὸ φωνεῦν, καὶ χορὸν, καὶ χρυσόν, καὶ πλεῖστον αὐτῶν τούτων μοι, ἀλλ' ἐγαντία λέγειν μᾶλλον, η ἔται δέ τοι εἶται τὸν δάσιμον ἔνειν, καὶ ἐγαντία λέγειν, id est, Atqui equidem arbitror multo prefare lyram mihi disconuenire & discordare esse, & horum, cui ego præpositus sim, & complures homines mihi non assentiri, sed potius aduersari sua oratione, quād me, qui vnu sim, & meisō discrepare, mecumque pugnantia loqui.

B O S S U N T N E,] secutus sum hīc vnum cod. Vatic. & Rain. Card. nam ceteri non habēt particulam interrogantem ne.

B A I I S P R A E L. A M,] Baiiæ, vrbis Campaniæ, aquis calidis nobilitatæ, ac celebratæ: de qua infra epist. 15. eod. lib. amēris autem, id est, ad se amandas allientibus.

P R A E L V C E T,] amērior est: præstat. Sic præstat dixit Od. 33. lib. 1. pro eo, quod est, formosior sit, seu videatur, cur tibi junior Lasa praniteat fidei?

C L A C V S, E T M A R E S E N T, A M,] quia diues statim eō materiam, camenta, ferramenta, & cetera comportati inebet, ut ibi adficit. Lacus est, qui perennem & perpetuam habet aquam. Od. 15. lib. 2. vndique latius Extenta videntur Lucrino stagna lacu.

F E S T I N A T I S H E R I I,] non dixit propranti, sed festinantis. Nam qui vnu quid maturè transgit, & proprari: qui multa simul incipi, nec perfici, & festinat. Nonius.

C V I S I V I T I O S A L I B. F. A V S P,] propterēa, quid olim nihil suscipiebat populus Rom. inauspicatō: alioqui minū secūdos terū suscepitū exitus, cōtemptioni religione ascribetur, fit ut auspicium pro rei gerendae ratione, & principio sumatur. hoc igitur significat Hor. si diuitiū initium huius consilij à vitiosa libidine natum sit: si vitiosa libido, tanquam auis cantu, aut volatu, auspicium iatum fecerit, id est, diuitiū impulerit, ut adficerit: statim mutato consilio fabros iubet ferramenta, ceteraque ad adficiandum necessaria Teamum transportare. Teamum Sidicinum, non Apulum, accipiēdū est. quorum hoc Apulia, illud alterum, etiam Cam-

A pania oppidum fuit, & ob aquas quōque calidas visendum.

L E C T V S G E N. I N A V L A E S T,] matritus est? vxor est domi: lectus Genialis (inquit Festus) qui nuptiis sternitur, ex quo etiam appellatur. M. Tull. in Cluentiana, lectum illum Geniale, quem biennio ante filia sua nubentis fruauerat, in eadem domo fibi ornari, & sterni iubet. Virg. AEn. 6. laetit Genialibus altis Aurea fulcratoria:

N I L A I T E S S E P R. M E L. N I L, &c.] quantum mali afferat mulier, & quæ surmatri monij incōmoda, quæ rursus cōmoda: & quæ ex vita calibe nastantur incōmoda, pulchrè explicat Hesiod. in Theog. Omnipotē pudica & cōmoda exor, magnum bonū: impudica, seu perniciosa, & morosa, magnū malum. Atque in hac re Varrois consilium ac præceptum tenendum est, quod refert A. Gellius lib. 1. cap. 17. Vixit uxoris aut tollendum est, aut ferendum. Qui tollit vītū, vixore commodiorem præstat: Qui fert, sc̄e meliore facit.

I V R A T B E N E S O L I S,] id est, inrat eos solos, qui vxorem duxerunt, beatos esse, notauimus alibi hoc genus loquendi, bene esse alii.

Q U O T E N. V V L T V S M,] ordo est, Quo modo tenem Protea mutantem vultus, & formam?

P R O T E A,] ad notissimam de Proteo fabulā pertinent ea, quæ sunt sat. 3. lib. 1. Effugiet tamen has scleratus vincula Proteos, Cum rapies in ius malis incidentem alienis: Fieri aper, modo arius, modo faxum, & cum voleat, arbor. eius auctor est Homer. ἄδοντος.

A L L' οτοι φρότικα λέων γίνεται οὐρανος. Αὐτός ἐπειτα δράκων, καὶ παρόδηλος, μὲν υψηλας τοις Γίγαντος δέ υψηλός οὐρανος, καὶ δενδρον υποτεττηλον: quam Virg. exprestis his versib. Georg. 4. Fieri enim subito suo horridus, atrāz, tigris, squamofūz, draco, & fulua ceruina leona: Aut acrem flamme sonitum dabat, atq. ita vincis Excidet, aut in aquas tenuis dilapsus dabat.

Q V I D P A Y P E R, R,] dixi de diuitiū inconstantia, dicamus nunc etiam de pauperum mobilitate. ride, inquit, significat pauperum inconstantiam longè magis esse ridiculam, quam diuitiū: quia scilicet diuites in rebus suis: pauperes in alienis & conductis inconstantiam suam declarant, & expromunt.

M V T A T C E N A C V L A,] pauperes, qui non habebat aedeis proprias, in quibus habitarent, cenacula conducebant, id est, superiores adiuncti pars. Nam diuites, quorum eiāt aedes locatae, pars inferioris vñque ad secūdum tabulatum sibi excipiebant, ac referuerabant: superiores pauperibus locabant.

A Q Y E N A V S B A T,] æquē fastidiosus est: æquē fastidio afficitur.

P R I V A,] sua, propria, prius, priuāsque antiqui dicebant pro singulis, ut scribit Festus. Luciferius libr. 4. In multis igitur voces vox una repente diffugit, in prius quoniam sed inidit auris. Horat. sat. 5. lib. 1. turdu, sine aliud prium dabitur tibi: de-

Tr. ij

uole illuc, *Re: ubi magna nitet domino sene.* Iterum Lucret.lib.5. *Aēra nunc igitur dicam, qui corpore toto A innumerabiliter prius mutatur in horas.* T. Liuius lib.annalium 30. *senatus consultum in hac verba fāctum est, ut prius lapides silices, priusque verbena ferentur.*

S i c v a t a t v s] curtatus capillos, hellenis mus est, quale est odorati capillos, & alia sexcenta. reclamantibus ferè omnibus libris manu scriptis, qui habent curatu, ego vulgatam scripturā tenui, curtatus.

*I N A Q V A L I T O N O R E] ex efficiente effectum intellige, capilli igitur ab inæquali tōfore decurtati, intelligendi sunt inæqualiter decurtati: quemadmodū inſta epist. ad Mæcen. 3. huius lib. per extorem exiguae togæ, exiguum togam significat. *Exiguæ togæ finiunt texture Catonem.**

S I F O R T È S Y B V C. PEXA TRITA] si subcula mea trita est, tunica autē contra, elegans, mundataq. ita vestitus incedo, rides, quasi hoc cultus genus ineptum sit, & indecorū propter inæqualitatem, & discrepantiam, pexum opposuit trito, pexæ vestes, lanoſæ, villosæ que sint necesse est, nempe tales, vt in eis neq; stamen, neq; subrenem appareat: & à peccando, vel à peccato sunt appellata: à quibus pexati, qui pexis vestibus amicti sunt. Mart. *Pexatus pulchre rides mea* *Tile trita, unde pexitas, id est, vt ita dicam, villoitas.* Plin.lib.11.cap.24. *quam non ad hoc videtur pertinere cribrata pexitas tela, & quadam politure arte ipsa per se tenax ratio trama?*

Æ S T V A T] commouetur, & agitatur animi perturbatione, & inconstātia, tralatio ducta est à mariæ aestibus nunc accedentibus, nunc receudentibus. sic M. Tull. accus.lib.2. de iuredictio, *aſtuare illi, qui dederant pecuniam.* ibid. *Itaque aſtuat dubitatione: verſabat ſe in utramque partem non ſolum mente, verū etiam corpore.*

D I S C O N V E N I T] diſſidet, diſcrepat: vt diſconducit apud Plaut. in Trinummo.

[M V T A T Q V A D R. R O T.] respexit fortasse Laconicū illud, quod Agesilaō ascribitur. Hic enim cùm in Asia domū trabibus quadratis teatari vidisset, quæſuit à domino, num ligna quadrata naſceretur in Asia: cùm autem reſpondiſſerit non, ſed rotunda: quid tum poſtea? inquit, si quadrata naſceretur, rotūda faceretis? D ſic Plurarc. *Σπόρος λαχανίθεος δ' ἡττή τῆς Αστραφίκης τε βαγάνων ωροφαρμένους δορυῖς, ηρόπτος τοι κεκτημένη τε βαγάνα πατερού τοις φεταῖς ξύλαι, φαρμώς δέ, οὐ, ἀλλὰ προβύλαι: τι οὐδὲ πεπενεγμένα λύ, προβύλαι ἐτελέστε;*

I N S A N I R E P U T A S O L L. M E] id est, putas infaniam mihi eſſe follēnem, & viſitatum: iſcīcōd neq; miraris, neq; rides. dictum follēnia pro follēniter: vel putas me communī omniū hominū more infanire, alij legendum putant follēnū mihi, pr̄ mibi. hoc ſenſu, putas mihi rem eſſe follēnem, & viſitatum mutare in horas ſen-

tiam, & infanire, alij poſt vocem follēnia diſtinctionis notam ponunt, hōc q. modo hunc locum explicant: infanire, putas eſſe res omnibus mortalibus follēneſ, & viſitatum: id eſt, rem omnibus hominibus follēnem: neque me rides, vocabuli autem follēne hāc significatio eſt, quam oſtendimus. ſic epift. ad Loll. 2. hoc libr. Romanis follēne viris opus, uile fama, vitaq. & membris, ſic Tibull.lib.2. *ille leuis ſtipula follēneſ potus aceruſ. Accendet, flammæ tranſlītig, ſacras.* Cic. ad Attic.lib.7. tantum illud noſtrum follēne ſeruamus, ut nequem iſtuc euntē ſine litteris dimittamus. Iterum Horatius epift. 1.lib.2. *Roma dulce diu fuit, & follēne, reclusa Manū domo, vigilare.* [Arnob. lib.2. aduersus gentes, *Nōnne vocem ſi fuerit neceſſitate aliquam coetus emittere, ut follēne eſt mutis, inarticulatum neſcio quid ore hiantre clamabit?*]

B N E C M E D I C I] qui me ſanet, qui elleborō purget.

A P R A T O R E D A T I] Prætoris erat ſuſtios, & mente capitis curatores dare, ſi deſſent agnati & gentiles, nam, vt ſcribit M. Tull. Tusc. 3. qui ita ſit affectus, eum dominum eſſe rerum ſuarum retant xy. tabula. vide Caſum iuriſcons, in institutione iuriſ civilis.

T V T E I A T] tutor, defenſor. aliter dixit Od.6. lib.4. *Delia tutela dea, &c.*

E T P R A V E S E C T. S T O M.] ob rem leuem, ob rem nihil irascariſ. ordo autē verborū eſt: cùm ob vnguē amici de te pend. & te respicientis, prauē ſectum ſtomacheris, ſignificat, homines leuia ſuorum amicorum incommoda, ut quæ ad corporis pertinet, ad eām q. corporis particula, quæ non ita magnam curam diſiderat, iniquo animo ferre: maxima autem, & quæ ad animum referuntur, negligere.

C T E R E S P I C.] oculos & aspectum ad te referentis, ut patronum & parentem.

A D S V M M A M, S A P. V N O M I N. E S T I O.] hac de re diſimus ſat., lib.1. ad illiū locum ſi diſnes, qui ſapiens eſt. Quod autem ad genū loquendi attinet, vno minor eſt: vni Ioui ſecundus eſt: tale eſt illud Od.12.lib.1. *Teminor letum reget aqua orbē, & Od.6.lib.3. Diſte minorem quid geris, imperas, & ſat.10.lib.1. Inuenire minor, non multo aliter epift. 10.lib.1. donec minor in certamine longo, aliter Od.5.lib.3. Parud ſque natos, ut capitū minor. Aſe remouiffe. aliter & ſat.3.lib.2. in ext. o maior tandem parcas inſane minori.*

P R A C I P V E S A N V S] nomen ſanus ad corporis proprie pertinet: transfert autem etiam ad animum, ad corpus retulit Horat. epiftola ad Mæcen. 2. huius lib. ſi me, viueré vbi ſanus, recteque valentem. Et certè mihi videtur hoc loco ita poſuiffe, vt vtroq. modo intelligi vellet, & pro eo, qui corpoſe valet, & pro eo, qui ſanū mentis eſt, nā nomen viuita, quid ſtatiſ ſequitur, quāuis morbum corporis propriè ſignificet, per traſlationem ratne etiam ad animi morbi pertinet, inanémque

inanémque quandam laudis, & gloriæ cupiditatē ſignificat, vt κόρυς apud Græcos. Lu- cianus in dialogo Meritri. καὶ Αἰδης ἀλλὰ τε- ροδέξα, καὶ τύπος, καὶ πολλὴ κόρυς, forſtalle au- rem Stoicos irriter, qui affirmit, ſapiēntem nō ſolū diuitem, &c. ſed etiam ſanum ſemper fu- turum: cùm id neque in ſapiēntiſ, neq; in cuius- quam ſit poſteſtate poſitū. in nomine piuita au- tem cùm prima syllaba longaſit, dubiu non eſt quin duæ vocales ſequentes, u, & i, contrahantur, & coētant in vnam syllabam, καὶ οὐδὲ προ- qua de realib⁹ diximus.

EPIST. II. AD LOLIVM. I.
ARGUMENTVM.

Rurſus quid virtus, & quid ſapiēntia poſſit,

Vtile proposuit nobis exēplar^{} Vlyſſem:
Qui domitor Troiæ, multorum prouidus
urbeis,*

*Et mores hominum inſpectit: latūmq; per
equor,*

*Dum ſibi, dum ſociis reditum parat, aſpe-
ra multa*

*Pertulit, aduerſis rerum immersabilis
vndis.*

*Sirenum voces, & Circæ pocula noſti:
Quæſi cum ſociis ſtultus, cupidusque bi-
biffet:*

*Sub domina meretrice fuifſet turpis, &
excors: (sus.)*

*Vixiſſet canis immundus, vel amica luto
Noſ numerus ſumus, & fruges conſume-
re nati,*

** Sponſi Penelopæ, nebulones, Alcinōtque
In cute curanda plus aquo operata in-
uentus:*

*Cui pulchrum fuit in medios dormire
dies, &*

*Ad ſtrepitum citharae ceſſatum ducere
curam.*

*Vt iugulent homines, ſurgunt de nocte la-
tronē:*

*Vt teipſum ſerues, nō expurgiferis? atqui,
Si noles ſanus, curreſ ſydropicus: & ni-
Posces ante diem librū cum lumine: ſi non
Intendes animū ſtudiis, & rebus honestis:
Inuidia, vel amore vigil torquebere, nam
cur,*

Qua lađū oculos festinas demere: ſiquid

** Eſt animū, differs curandi tempus in
annū?*

*Dimidium facti, qui caepit habet. ſapere
aude:*

*Incipe viuāti recte qui prorogat horam
Ruficrus exspectat dum deſluat amnis: at
ille*

Labitur, & labetur in omne volubilis A Testa diu. q̄ si cessas, aut strenuus anteis: eum.

Quæritur argentum, puerisque beata creandis

Vxor, & inculta pacantur evomere filiae.

Quod satis est, cui contigit, hic nihil amplius optet.

Non domus, & fundus, non aris aceruus,

Cauri

**Egroto domini deduxit corpore febreis,*

Nō animo curas, valeat poffessor oportet;

Si comportatis rebus bene cogitat uti.

Qui cupit, aut metuit, iuuat illum sic do-

mus, aut res,

Ut lippum picta tabulae, fomenta poda-

gram,

Auriculas cithare collecta forde dolenteis.

Sincerum est nisi vas, quodcumq; infun-

dis, acescit.

Sperne voluptates, nocet emita dolore vo-

luptas.

Seper auarus eget, certū voto pete finem.

Inuidus alterius macrescit rebus opimis.

Inuidia Siculi non inuenere tyranni

Maius tormentum, qui non moderabitur

ire,

**Infectum volet esse, dolor quod suaserit,*

C mens,

Dum pœnas odio per vim festinat inulto.

Fra furor brevis est, animum rege: qui, nisi

paret,

Imperat: hunc frenis, hunc tu compescere catena.

Fingit equum tenera docilem ceruice ma-

gister,

Ire viam, quam monstrat eques, venati-

cus, ex quo

Tempore ceruinā pellem latravit in aula,

Militat in filiis catulus, nūc adhibe puro

Pectore verba puer, nunc te melioribus

offer. (dorem)

Quo semel est imbuta recens feruabit o-

TROIANI BELLI SCRIPTOREM;

&c.] Iliadem Homer relegi.

PRÆNESTE] quod frigidum appellat Od.

4.lib.3. seu mihi frigidum Præneste, seu Tibur supernum, &c.

PVLCHRV M] honestum, καλὸς. sic apud M.

Tull. pulchritudo fatorum.

PLENIVS] uberior, copiosius. lib.1. Vatic. ha-

bet planum. cum quo & quidam alij congruunt.

CHRYSIPO] qui fulcire putatur porticū Stoicorum, vt scribit M. Tull. lib.2. Academ. hic septingentos libros, & plureis edidit. Ita autem clariuit in dialecticis, vt plerique existimat, si apud Deos locus esset dialecticus, non alia dia-

lecticam futuram, quā Chrysippus existat &

de eo his senarius apud Laertium, Εἰ μὴ γὰρ λό-

Χρύσιππος, ὁ δὲ τὸῦ τοῦ γάρ, id est, nisi enim esset Chrysippus, non esset porticus.

CRANTORE] Academico, de quo M. Tull.

Toscul. his verbis, Nec absurdè Crantor ille, qui in

nōtra Academia vel in primis fuit nobilis. Minime

(inquit) affinitor in, qui istam nefissim quoniam indolentiam

magnopere laudant: quæ non potest villa esse, nec debet.

Ne agrotus sim (inquit) sed si fuerim, sensus adfisi, sue

secutur quid sine auellatur à corpore. nam iustus nihil dolere, non sine magna mercede contingit immunitati in a-

nimo, stuporis in corpore. vt iba Crantor Græca re-

periunxit apud Plutarch. ἐτῷ τῷ φύμα. τῷς

Απολλέν. μὲν γὰρ τοτοῦ μὲν (φυσι) δι Ακαδημογ-

νώς Κερύνωρ, νοσουσι δε παρεῖν, τις μάθηται, εἰτ-

οὐκ πενικτο περιγένετων, εἰτ' ἀποστολο πο-

γάρ αὐδίουν τέτο οὐκ ἀνεμόλων εἴδηνται

μαθῶν τὸν αὐθόπω τεθέντα θεῖον γάρ εἰκός ε-

κει, πολὺ σπουδα πολύτον, εγγάθα δὲ Υψηλό. Idem

Tullius libr. 5. de Finibus, tamen audiebo te ab hac

Academia noua ad veterem illam vocare: in qua, vt di-

cere Antiochum audiebas, non ijsoli numerantur, qui

Academici vocantur, speusippus, Xenocrates, Polemo,

Crantor, &c.

DETINET] Vatican. unus habet distinet, vt

fortasse legendum sit distinet.

BARBARIA] Phrygia: alias per barbaros

Perse & Medi significantur: vt Oda 29. libr.1.

qua tibi virginū sposa necato barbara feruerit? Ex quo

loco intelligere licet, falli eos, qui per barbaria

semper Phrygiam significari putant.

COLLIS] confictata, contrita, seu com-

missa, vt Homer. ιλια. ι. τ' ἀρ σφæρε δεῖν ε-

ειδε. Εὐένει μαχοδα, id est, quis yōs deus com-

misit viinter vos contendenteris ad decertarētis?

DVELL] bello. Duellum (inquit Festus)

bellum: videlicet, quod duabus partibus de victoria con-

tendentibus dimicatur. M. Tullius oratore perf.

nam ut duellum bellum, & duis bis, sic Duellum

cum,

enum, qui classē Pænos denicit, Bellum nominauerūt. Sic iterum Feitus restatur duonum dictum esse à veteribus pro bonum.

EST VS] animalium motus, perturbationes. in quibusdam lib. scriptis legitur astum. sed pa-

rum refert.

ANTENOR CENSET] sic Antenor Ιλ. η. Κέκλυτε μεν τέλεσα, καὶ Δάρδανον, οὐδὲ Οἰτικούς, Οφρίους, τοι μεθυός τοι σῆμαντι κελεύειν. δύεται, ἀγετ, Αργελευ Ελένειον, καὶ κτηματάριον Δάρδανον ἀγετ, &c. id est, Audite me Troiani, & Dardani, & socij, vt ego vobis exponam quod sentio. Eia, agite: Arginam Helenam, & cum ea, bona, quæ hoc secum aduenit, Atridis reddamus, &c.

BELLI PRÆCIDI. CAVS.] reddere Helenam Græcis cum iis rebus, quas fecū Troiam aduixerat, vt declarat superiores Homeri versus.

VID PARIS] apud eundem sic responder Antenor Paris Αντίοψ, οὐδὲ Οἰκεῖτ, εὐολ φίλα ταῦτα ἀρρενεῖς, &c. id est, Antenor tu quidem mihi gratia ista non loqueris.

VT SALV. REGN. VIVAT QVE BEATVS, COGI P. N.] id est, negat se posse cogi, vt reddat Helenam Menelaō, quod h̄i fecisset, saluus regnasset, beatusq; vixisset, vel sic: Quid Paris? cogi se posse negat, vt saluus regnet, & vivat beatus, Helenam reddendo scilicet. vulgo, sic. Quid Paris? negat sibi hanc vim posse inferri, & necessitatem imponi, si saturum est, vt vivat beatus, & saluus regnet.

C NESTOR COMPONERE LITES] Ιλ. a. Η καὶ γυβῖσσα Πέλιμος, Πελάμοι τε πάλης, άλλοι τε τρέφεις μεχα καὶ κεχροίστο θύμος, Εἰ σφῶν ταῦτα πάντα ποιοίστο μαραμένον, &c. id est, Profecto gaudeat Priamus, & Priami filii, si intelligent, vos hoc modo inter vos contendere.

HVNCA M OR,] Agamemnonem viri mor: ira communiter vtrumque incendit, Agamemnonem & Achillem.

PLECTVNTVR] eius luunt pœnas. suprà Od. 28. lib. 1. Venusina Plectvntur silua.

VTE PROPOSIT N. EXEMPL.] in Odyssea. Exemplar Vlyssif id est, Vlyssem, quem sibi quisque proponere debeat ad imitandum. & attende eum non dicere exemplum. Sic Alcidamas Odysseam, καὶ λόγοις αὐθορπτος βέβη κέπτησον appellabat, nomine translato, sed longius peritus, vt notat Aristot. lib. 3. Rhetor. id est, pulchrum humana vitæ speculum.

DOMITOR TROI] id est, postea quām Troiam domuit, ac subegit. Homer. οδ. a. ἐπει τρούντες ιερον πλοιεπονέτερον. id est, postea quām Troiam expugnauit.

DVM SIBI, DVM SOC. RED. PRA- RAPAT] Hom. ibid. Αργελευς λόγοι τε ψήλευ, καὶ νότιον ἔπειρον εἰπειν. Id mēl γάρ τοι πολύ, δοῦσι τοι πολύ εἰπειν. Αργελευς τε θεος, ιοτητι μόριον. Id mēl δοῦσα γένται θεον πλανστήρι. Quos versus vertit M. Tull. lib. 5. de Finibus, vbi docet, nihil aliud à Sirenibus hoc canitu promitti, quām cognitionem rerum, ac scienciam. vide quæ scripimus ad illum locum, vi-

tanda est improba Siren Desidia: saty. 3. libr. 2. Pausanias Atticis poëmatum, & orationum illecebrā,

Sirenem appellari solere scribit his verbis, εἰ-

γαῖα δὲ καὶ νῦν ἐπι πομπάνων καὶ λόγων τὸ ἐπα-

χωρὸν Σειρῆνος ἐντόπειον. Apud Apollon. lib. 4. Argon. Orpheus citharae canticum Sirenum vocem auerterit, ne ab Argonautis andiatur.

C I R C E Poem. Circe Solis, & Persae filia, & Aetra Colchorum regis, Medea patris, soror, alij Aetra & Hecatae filiam, Medea sororem esse volunt, ut referunt interpr. Apollonij in Argonaut. M. Tull. libr. 3. de natura deorum, scribit Circe, & Pasiphaen est Perseida Oceanii filia natas esse, parte Sole. de ea sic Homer. dicitur. Kyprius εὐτάνακος δεινὸς θεός, αὐλόθεα, Αὐτοκαστύντος ὀλοφόροντος Αἴγατος. Αἴματος δὲ σιγηστίων φαεσμέροτος ηλιός. id est, Circe comita coma, horribilis dea, diserta, soror germana Aetra perdita cogitantis. Ambo autem a sole hominibus lucem suppeditantem nati sunt. Haec socios aliquor Vlyssis, qui ea loca, in quibus commorabatur, explorarum missi fuerant, virga illa sua percussos, epoqué que pharmaco, statim in suis vertit, præter Eurylochum, qui, ceteris eius domum ingressis, suspicatus dolum subfessus, extra foreis remanserat. auctor Hom. lib. quem supra commemorauit, his verbis, Λύτρας επειδὲ δέκει τε, καὶ ἔκπιον, αὐτὸν ἐπειτα Ράβδῳ πεπληγυγα καὶ σφαιροῖσιν εἰργυνοῦ. Oi δὲ σωτὴρ μήδης ἔχει κεφαλὰς, φωνὴ τε, δέκας τε, Καὶ τέρας αὐταρ τε τοὺς οὐραπέδους, οις το πέρας περ. id est, Porro autem posteaquam Circe pharmacum dedit, & illi ebiberunt, tum illa eos virga percussos in haris coclusi. Illi autem suum quidem habebant capitam: sed mens eis erat stabilis, ut anteas sic Virgil. lib. 8. Aeneid. *Hinc exaudiri genitus, ira, leonum,* *Vincula recusantum, et sera sub nocte ridentum, setigeraque sues, atque in praesepibus urbi saepe, ac formæ magiorum vulturum laporum: Quos hominum ex facie dea saeva potensibus herbis induerat Circe in vultus, ac terga ferarum.* Dion Chrysostomus oratione, quæ inscribitur διογένην τελικὴν, id est, de virtute, per Circe vult significari voluptatem, quæ non gladiis, neque hastis, neque bipennibus, neque sagittis homines oppugnat, sed luxu, deliciis, epulis, illecebribus, mollicitate, rebus venereis, & similibus illicit in fraudem, inescat, decipit, effeminat, liquefacit, & enervat. Multa alia praetalaria de Circe & voluptate dicuntur ab illo politissimo & dulcissimo scriptore M. Tull. in Diuinatione contra Caecilium, alludens ad hanc de Circe fabulam, ita loquitur. *Eft adhuc, id, quod vos Domine admirari video, non Verres, sed Q. Mucius, quid enim facere potuit eleganter ad hominem excusitatem? equum ad leuandam mulieris calamitatem? vehementius ad quaslibet libidinem coercendam? summe haec omnia mihi evidentur laudanda: sed repente est vestigio ex homine tanquam aliquo Circeno peculo factus est Verres redit ad se, atque ad mores suos.* Xenophon. *Sophronius.* *hanc de Circe fabulam iocans transferrit ad edacitatem, & cibi, porisque immoderationem, eos enim, qui intemperantius edant, & bibant, sues ab illecebribus, epularum fieri: Vlyssis autem tum sua spote, tum Mercurij pre-*

ceptis ac monitis temperantem effectum cauissit, ne se supra modum cibo expleret. Omnipotens credibile est, Circe illam, si vix quam fuit, mulierem fuisse impudicam, & libidinosam, qua arte meretricia, blanditiis & illecebribus homines à se illeatos & irrestitos, à rebus agendis, & ab officio abduceret, atque ad vitam voluptariam traduceret. quod & Seruius existimat commentator. ad lib. 7. Aeneid non longè à principi. Circe autem excludendum curauit, fecutus trevis cod. Vatic. & Iannoct. Faer. Tornes. & alios, quibus hic in Gallia vesus sum.

Q Y A S I C U M S O C I I S S T U L T . & C . Hom. dicitur. Mercurius inducit iuuenis ornatum, & specie, Vlyssis ad Circen eunti, sociosque suos in suis versos reperiunt ea præcipientem, quibus eos restitutos in pristinam formam, recuperare possit: similemque remedium præbentem aduersus Circæ beneficia.

S T U L T V S , C U P I D Ú S Q V E B I B I S S E T si in eo se stultum, cupidumque præbuisset, ut pharmaca Circe biberet, &c. Atqui biberit Vlysses, vespere apud Hom. sed ea in eum nihil valuerunt, vapore salutari illo Mercurij pharmaco præmunitum.

S V B D O M I N A M B R E T R . recte additum dominam, nam quisquis meretricio amore deuinctus est, seruitutem seruit, eamque turpissimam, profert huc versus Seruius ad illum Virgil. Aeneid. 7. locum, quem paulo ante commemorauimus.

T U R P I S , E T E X C O R S amens. Homer. ibid. κακόν, καὶ αὐτοὶ γένεται, id est, malum, & nihil viri habentem, cor enim pro mente saepe usurpat, ut cum dicimus quempiam cor non habere. Lucre. li. 5. *Ingenio qui præstabant, et corde vigebant.* vesus est hoc nomine etiam satyra 3. lib. 2. *Tunc infans eris, si acceptus, an magis excors, et c.*

A M I C A L V T O S V S [Homerus ibid. οὐας, appellat χαριτελεύθερος, id est, humi cubantes, sic immundos sues appellat Virg. Georgic. 1. id est, ut interpretatur Seruius, luto gaudenteis: & profert Hunc locum Horatij. [vide Brodænum lib. 3. cap. 15. de versibus in monosyllaba nomina definitibus in apud Prost. vñz. ἀλλόγιος φθείρ.]

N O S N V M E R V S S V N V S [sumus turbata sine nomine, sine virtute, ac dignitate, nam auctor scriptores multitudine, numero, non pondere, aut dignitate aestimantur, ut infra est. de arte Poeti. numero plures, virtute, & honore minores. Homerus vocat πληθῶν, ut λ. a. ὁ φάσας ή πληθεῖς. Carentigit illi quidem omni dignitate, atque auctoritate, qui numerum expletum taxat: sed longe sunt iij determini, ac postremi homines, qui nullo numero sunt, seu qui ne numeri quidem locum obtinent, quod de Megarenibus olim ab Apolline responsum est, Υπεις δὲ οἱ Μεγαρεῖς, οὐ τε τριπλοὶ, οὐ τε τετραπλοὶ, οὐ τε διωδεκαπλοὶ, οὐ τε τρισπλοὶ, id est, vos autem Megarenes, neque tertij, neque

neque quarti, neque duodecimi estis, neque vilia in ratione, neque in numero. Sic Aschines ille apud Theocrit. εἰδος. δ. queritur se apud Cygniscam puellam nullo numero esse, his verbis, Λύμπες δὲ θύτε λόγγη πιὼν ζεῦς τοῦ αριθμοῦ, Δικτυοι Μεγαρεῖς απτυσσάσθησαν μάργη, id est, nos autem neque vlla ratione digni, neque vlla in numero habiti sumus, tāquam infelices Megarenes, in loco infimo, seu in condicione deterrima, & contemptissima. Euripid. in quadam tragedia, quæ nō existat, Δειπολος ζεῦς οὐκέτη ξεγνος τοι μάργη Αειθιόπων, ἀλλαζόμενοι, καὶ παραποτοῦσι οὐκέτη οὐκέτη. id est, Sēper autem nobis & coniunctum placet, & cithara, & choroi, & vestes subinde mutatae, & lauacra calida, & leicti. Alcinus autem patrii casus est, numeri singularis, cohæretque cum nomine iumentus, quod proximo versu sequitur, quædam exemplaria habet Antinoique: quæ leictio si placebit, erit numeri multitudinis, recti casus, id est, Antinoi similes, fuit autem Antinous unus e procis Penelope, ferox, & arrogans, & contumeliosus.

P L V S A E Q U O P E R . id est, plus æquo occupata: quæ plus æquo laboris sumit, operari, est opus facere, operam in re aliqua ponere. sic Lucret. lib. 4. *Et quibus in rebus conservari est operati.* interdum & pro sacrificandi verbo vñptatur, quemadmodum & facere, & pīlēv apud Græcos. Virgil. Georgic. 1. *latis operatis in herbis.* Tibull. lib. 2. *Tunc operata deo pibes discumbet in*

S P O N S I P E N E L O P E [Penelopæ reperi scriptum in quinque codicibus manuscript. 3. Vatic. Iann. Tornes. non Penelopes. Iam vero spōforum appellatione procos significat, quos Homerus μυητηρες nominat. Procorum autem Penelopes viuent genus fuisse inertissimum, desidiosissimum, mollissimum, dissolutissimum, declarat Homerus multis ὀδυσσεος libris. exempli causa, libr. 1. *Αὐτῷ τοι επειδὲ πότος, καὶ ἐδίπτος ἔχεις ἔργον Μητηρες, τοῖσιν μήδης Εὐθύνης φρεστοῖς ἀλλα μέμπετε, Μολπήτης ὀχυρός τε τοι γάρ τοι ἀναγκαῖσται δάκρυς. Κρίνε δὲ τοι λέπρων μηδέρων πεπληγέαθε Φημίων, οἱ γένεσι τοι μητηρες τοι αὐγάκην.* id est, Porro autem posteaquam portionis & cibi desiderium depulerunt proci: eis quidem alia curæ fuerunt, cantus, & saltatio: hæc enim sunt epularum additamenta. Praeco autem citharam Phemio in manus tradidit: Qui apud procos canebat necessitate coactus. ibidē. Oi δὲ εἰς ὄργηστον τε, καὶ μηρόστατον ἀλλα τρελαποι τερπτοτο, μέρον δὲ τοι τετραπλοῖς ἐλθεῖν. id est, illi autem ad saltationem, & amabilem cantum conuersi oblectabantur, & ita tempus vespertino expectabant. & lib. 2. β. senibus illis Ithacensisibus cōcupatis. Oi δὲ εἰς μητηρες πολεύσαντος πάντας Βούς ἴρενοντες καὶ διεσκόρπισαν. Eἰλαττιδές, πνεύσοι τε ἀθότα οἶνον. id est, hi autem in domo nostra dies omnes commorantes & versantes, boues maestantes, & oueis, & pingueis capras epulantur, & vimnum rubrum, seu calidum bibunt. Athen. lib. 4. procorum cenas, & prandia cum Phæacum cō-

C **E** **T A D S T R E P . C I T H A R A E C E S S A T V M** quidam cessantum, legendum putant, non cessatum, ut habeant vulgati, & manuscripti codices: & interpretantur otiosorum, & seriatum hominum curas traducere: quod est, nihil age, nihil curare: rebus ludicris, ac voluptatibus operam dare, saltare, cantare, &c. quam scripturam nullo in codice vetere reperi. Ego alteram, & receptam, veram esse puro. Porro autem cessatum ducere, valet κοινές εἰναι, scilicet, sic enim loquuntur Græci, κοινές εἰναι λαπτας, ή τὰς φροντίδας, id est, sōprie dolores, aut curas.

D E N O C T E id est, statim post noctem. sic lib. 2. sat. vlt. *De medio potare die.*

S I N O L E S S A N . C V R R . H Y D R O P . noles scriptum reperi in tribus codicibus manuscriptis. i. Vatic. & Iann. Tornes. eamque putant rectam, & germanam scripturam, sententia autem huius loci hæc est: si te nō seruabis intercedum sanus es (inquit) cogēris te seruare, & ad medicum currere, tibiisque cōsulere, cum factus eris hydropticus. Allegoria est, per quam hoc significat, si operam studio sapientiae dare noles intercedum animum à vitiis pertutum habes: si liberum, cum lumine ante diem non posces: vitiis contrahes, quæ non facile postea abstergetur, mēnōsē (opinor) habent quidam libri cures, nisi addas tē, & legas nōlē, alioqui legendum cures, nec tē ad medicum, id est, ad philosophum, verūtamen

iudicet lector.

ET NI POSCES ANTE DIEM ^{quam} pax
sue, seu interpretatio est superiorum. inuidia &
amor sunt animorum morbi, & quasi hydro-
pes: poscere librum, & ire ad philosophum, suot
remedia experire, & medicum consulere. Sic
Dion Chrysoſt. in orat. quæ inscribitur. *Διαστή-
χη τῆς ζωῆς αὐτοῦ*, ostendit, quemadmodum
nemo pharmaca medicorum fibi comparat, aut
mercatur, nisi agrotet; ita neminem ad philosophum
audientium accedere, nisi ægritudine aliqua
oborta, & in rebus aduersis.

NAM CVR, QVÆ LÆDVNT OCV-
LOS,&c.] cur leuia mala, leueisque morbos de-
pellere properas: morborum autem animi, qui
studes & properas detrahere, si id, quod consu-
mit & corrumpit animum, curare cessas & cum
etaris?

DIMID. FACTI, QVI CÆRIT, &c.]

Hesiod. **Aργυρός τοι ήμιν πάντος.** id est, principium autem dimidium totius. Plato lib. de Republica. secundo, οὐκούν οὐδα δέ τοι ἀρχή πάντων εργά μέγαντον, κλίνετε ύπερ τοῦ στοιχείου ὅταν εἰσι τοις αρχαῖς πάντας αὐτῶν εἶπεν εἰκόνων: φοιτάσθαι εἰς απολιθωμένην πολιτείαν, η κορύφη τοῦ ἔλεγχου εἴδηνας φαρμακον: επει δέ εφι πάντη τής πεισθερώντων αὐτῷ αὐγούσας ύποπτον λαζαρού ακολασίας, οὐδεὶς

αυτω τρασούση, οὐδὲ εκέλευσεν ιατρον αυτον,
οὐδὲ οὐ πολὺ τρασούντος αγρύπνου γέμαλεν,
ανθρώποις τότε τετραν, τότε Σλένων σχολής
ειδυλλος, ή γαλεπτώτερον δι' ανθρώπων πατριώδες ανέ-
τρεψεν οιδιάστος η δεσφαρμώνιον δόντες, ή Συ-
νισ.

R V S T I C V S E X S P E C T . D V M D E F .] nomen *ruficuſ* cum verbo *expetat* coniungendum mihi esse videtur, hoc sensu, *Ruficuſ expetat*, id est, rufico similis est, qui *expetet*: vel et *ruficuſ* est, quod *expetet*: *ruficuſ expetat*: *ruficuſ* cum in eo esse ostendit, qui *expetet*, dum deſfluat amnis, &c. quad genus annontauimus ſupra ad Od. 8.lib. 3.

v o l v i l s sic suprā Od.i.libr. 4. te per a-
quas,dure, volubiles : repepe verbum sequor , >τὸ
χωνε.

B E A T A]benè dotata, diues, & pecuniosa. sic
sapè Horat. sat. vlt. lib. 2. *Vt Nasideni inuit te cena
beatis?*

E T I N C V L T A P A C. V O M. S I L V A E
sic Virgil. Georg. 2. *Aut unde iratus silvam deuexit
arator. Et nemora eurit multos ignavos per annos. Antiquaque domos avium cum stirpibus imis Erunt: illae
alium nidis petiere reliktis. Et radix eritis impulsio
romere campus.*

Q UOD S A T I S E S T C Y I C O N T I N G I T ,
H I C N I H I L sic legendum est, & ita scriptū
repeti in tribus libris antiquissimis. omnes quidem
habent contigit, non ut vulg. contingit.
N O N D O M . A V T F V N D . Jeandem
sententiam pronomedium expressis (vñr) Od. i.

S I Q U I D E S T A N I M U M ? si quid animū existet, absumit, trahet, facit, &c. sic & verbo ἔδοξε, seu ἔδοξη, vtuntur Graci. Homer. Ι. α. τεκνὸν εἰλο-

*in picturis, oſtrōque rubenti laſteri, quām ſi plebeia i-
veſte cubandum eſt. Quapropter quoniā nūl noſtri in cor-
pore gā. Proficiunt, neque nobilitas, neque gloriā regnū.
Quod ſupereſt, animo quoque nūl prodeſſe putandū eſt
Varro ap̄ficit. Non fit Theſauri, non auro petibit
ſolutum: Non demunt animi curas ac religiones Persar-
montes, non atria diuinā. Cratī. Tibull. Non opibū
mentes homini, curaque leuantur, Nam fortuna ſua tem-
pora leue rexit.*

parte regi.
QVI CVPIT, AVT MET. &c.] Qui cū
piditate (inquit) aut metu, aut ceteris animi
morbis affectus est, si nihil maiorem ex fortu-
na bonis, & possessione diuitiarum, fructuum
percepit, quād lippus ex tabulis pīctis, &c. in
lib. laun. & Torn. & Nicot. Rusard. Cleric. Ma-
rell. scriptum est, sic domus & res.

FOMENTA PODAGRAM] Sed nonne fomenta siue calida, siue refrigerantia, nempe pro ratione & natura podagra, iuuant podagram siuuant quidem, sed ita, vt dolorem leuēt, & minuant ad tempus, nō vt funditus & in perpetuum tollant. Fomenta enim admoveuntur summis corporis partibus, vt & malagmata, & cataplasmata, at mali causa non est in summo corpore, sed longius oritur, & altius infedit. Quocirca non qui fomentis vittur, iuuat vere podagram, sed qui causam morbi funditus extirpat; vt qui Venere & vino sese abstinet, & renuiter, frugaliter, continenter viuit. Vbi autem sentiri cepta est podagra, sanguinis missio adhibita saepe annuam, non punctum quam perpetuum valeritudinem praestat: quidā etiam cūm asinino latte potu se eluisent, in perpetuum hoc malum easferunt, inquit Celsus lib. 4. cap. 24. quidam, vt idem ait ibidem, cūm toto anno à vino, mulso, Venere sibi temperassent, securitatem totius vita consecuti sunt, &c.

B

Et patet, ut per se ipsa regula, quae fit ut eorum vita sit calamitosa & misera. Sed ut ad institutum redeam, scitè & festiuè in hanc sententiam Plato in Phædone ait, mirabiliter affectum esse naturā id, quod iucundum dicitur, ad id, quod ei contrarium videtur esse, molestum, seu dolorem, propterā quodd, inquit, e simul homini adesse nolunt: si quis autem persequatur alterum, & consequatur, propemodo cogitetur etiam alterum paullo post recipere, tamquam ambo ex vno capite, seu extremo apice atque inter se connexa sint. Ac mihi videatur (inquit) si ea animaduertisset & sopus, fabulam huiusmodi composituris fuisse, Deum, cùm eveller inter se in gratiam reducere & reconciliare, bellum inter se gerentia, quoniam id consequi non posset, eorum extrema in unum conduxisse & coniunxisse: atque iccirco, ad quemcumque alterum eorum peruerterit, ad eum subsequi etiam alterum. Verba Platonis Græca, quis requirat, petat ex Platonis Phædone nos-

C

SINCER. EST N. VAS, QVODC.] sic
Lucret.lib.6.in princip.de Epicuro, Intellexit ibi
vitium vas efficer ipsius, Omniaque illius vitio cor-
rumpier intus, Qua collata foris, & commoda cumque
venirentur: Partim quod fluxum, pertusumque esse vide-
bat, vt nulla posset ratione explicari vñquam: Partim,
quod tetro quasi confusare sapore Omnia cernebat,
quacumque receperat, intus, &c.

longè à principio, illo loco: Καὶ τοῦτον ἄμεινον
ἔποστον, φησίν αὐτὸς, τοικε τι εἶναι τέτο, ὃ καλεῖται
οὐδὲν οὐδεποτε οὐδὲ, ὡς θεωρατός πάπινος τοικε
τὸ δοκίμιον εἰναι τοι λυπτόν, &c. sic γε
Plaut. Amphit. Satin parua res est voluptatum in
vita, Atque in etate agunda, Praequam quod molestum
est: Ita quoique comparatum est in etate hominum, It
dix placitum, voluptatem maior ut comes cōsequatur

S P E R N E V O L V P T .] I n q u i b s s p e r n e n d i s & r e p u d i a n d i s v i t r u s v e l m a x i m e c e r n i t u r ,
Q u i n i n c o m m o d i p l u s , m a l i q u e i l l o c e s t i , b o n i s obt i g i
q u i d .

inquit M. Tullius lib. i. de legibus, sub extremū, quibúsque sāpe vincuntur qui alioqui viribus & ferro crāt in expugnabiles atque inūcti. Exemplo sit Annibal, quem luxuria, & deliciae Cāpanæ fregerunt, atque eneruārunt, bello insuperabilem atque indomitum. Itaque præclarè dictum est illud à quodam, *μία τοῖς ἀθετοῦ ὁδοῖς, τὸ τῆς ἡδονῆς ἀπένεια τῷ μετόπων*: id est, vna est insinuatoribus, & imbecillitoribus via,

qua parentiores aduersarios superare possint, voluptas. Hoc cum scirent prudentissimi illi vi-
si M. Curius, & T. Coruncanius cum audissent, esse quendam sapientem, qui diceret, omnia
qua faceremus, ad voluptatem esse referenda.
flto.2.lib.2.sed,quod non desit,habentem, &c.
CERT. VOTO PETE FIN.] cum sit im-
mensa, & infinita in hominibus avaris pecunia
cupiditas, cernum (inquit) diuitiarum finem ex
pete; id est, cupiditatem. & studium pecuniae de-

fini, ac termina: vel certain aliquam ac definita pecunie sumnam opta & expere, quam vbi cōsecutus fueris, plura quartete define, bonisque partis fruere, & viue, sic sat. i. lib. i. Denique si finis quareli, cūque habens plus, pauperiem mītūs minus, nō est autem intelligendus hoc loco Horatius significare, diuitias nobis tamquam finem, propositas esse oportere: sed earum modum cīse quendam constitendum, quo contenti esse debemus.

I N V I D U S . A L T . M A C R . R E B .] sic Lucret. lib. 3, Macerat inuidia ante oculos illum esse potenter, illum aspectari, claroque incidunt honore: ipsi se in tenebris volū, cāno que queruntur. Horat. sat. i. lib. i. Quādūque aliena capella gerat, diffidentis uber, Tabescat? &c. Videtur autem quādūque esse non inuenusta in his duobus, opima macrescit, antithesis.

I N V I D . S I C . N O N I N V E N I .] Pindarus eidē ia ποθ φρονέοι δ' αἰλιντάς ἀτα, id est, inuidi autem dāmō plectuntur. & Plato lib. no[n] de Legibus, inuidiam ait esse cōtubernalē grauem, ac molestam, maximē quidē ac primo loco ei, qui inuidet, secūdo loco viris optimis, & clarissimis ciuitatis. [Et Isocrates in Euagora dicit, hoc tantum boni in inuidis messe, quādū inuidis maximo est malo. φύση τόπο μόνον τεκνοτεντινή άγαθον, ὅπι μέντον κακὸν τοις ἔχεσθαι. Demosth. ταξιδεψ λεπτ.] Appellat autem Horatius hoc loco inuidiam eam, quam M. Tull. ambiguū nominis fugiendi causa, inuidiam nominat lib. Tuscul. 3. & 4. Sententia porrō huius loci hæc est, quamus Siciliae tyranni grauissima tormenta ad cruciādos homines inuenient, nullum tamen tormentorum illorum grauius inuidia fuisse.

Q V I N O N M O D E R . I R A .] id est, qui irā moderationem non adhibebit, & velutifēnum iniiciet, hæc enim vis est huius verbi cum dandi casu coniuncti, vt M. Tull. Partit. nam auditorum aures moderantur oratori prudenti, & prouido: & quod refūnt, immundandum est.

I N F E C T . V O L . E S S E , D O L . Q Y O D , &c.] id est, nolet id esse à se admissum, vel optabit neid sit à se admissum, quod dolore, & ira impulsus fecerit: penitebit eum facti. [Sic Donatus ad illum locum Terent. Andr. Haud mutatio venusté, inquit, haud me penitet, nō si quid peniteret, infectum velle dicebant.] epist. de arte poēt. D.

Commisſe cauet, quod mox mutare laboret, infectum, id est, non factū. Plaut. Mostell. Egōneſ ſomnio] at quidem tu, qui iſto reſperas modo poteris diſtūlāndo infectum hoc reddere. Sed cur dolorem & mentem concurrentes facit in ira, & in poenis extensis? De dolore, docet Aristoteles multis locis, iam cum dolore elle coniunctam: & tum dolore hominem iratum leuari, cūm inuriām acceptam terulerit, de mente, idem docet lib. 7. de morib. ad Nicomachum, cūm, qui iratus sit, à ratione quodammodo persuaderi, & induci, vt poenas ab eo, qui iniūſe læſerit, expetat. Vel

ed respexit, quādū ex veteribus alij itacundiam definierant feruorem mentis, alij cupiditatē puniendo doloris.

D U M P O E N A S O D I O , &c.] id est, dum odio prouectus poenas de eo, qui læſisse videatur, sumere festinat: vel sic, dum inuriā, quam ipse libi accepisse videtur, dolorem inuitum, & icirco granem & molestum, vlcisci properat, vt animū dolore leuet. Nam quamdiu is, qui se accepisse inuriā existimat, inuitus est, tabdu grauius quasi onere premitur: vbi itacundiam suam explenit, dolorēmque suum punitus est, tum exoneratus est, verēdū festinat coniunctus cum quarto casu, vt Virgil. Aen. 4. Festinare fugam tortuōque incidere funes, idē de verbo maturare tentiendum. Aeneid. i. Maturare fugam. Horat. episto. prox. seq. Hoc opus, hoc studium parui properemus, & ampli. & Od. 7. lib. 2. Deproporare apud coronas, sic Græci verbum απειδεῖν. Pindarus Πυθ. γ. μὴ φίλα φίλων ἀλλαγῶν απειδεῖ: τὸν δὲ ἐμπράκτου ἀταλει μαχεύει: id est, ne care anime vitā immortalem feitina: facilem autem hauri machinam. & Homerus ἡλ. v. τάστα δ' ἄμα, τὸν Σπειδεύν, ἀλλ' ἐφελός τι γενέμετρα καὶ δύο εὐτα, id est, hac autem vñā nos properare oportet, si possumus aliquid prodeſſe nos etiam dū.

I R A F V R . B R . E S T .] sic Themistius in oratione de amicitia, εἴτε δὲ οἷμα (inquit) τὸν φύγοντα ματλαντον ἀλλοιον εἶναι, quod notat M. Anton. Muretus. M. Tull. Tuscul. 4. An est quicquid familiū infanīe, quādū ira quādū bene Enīus inītū dixit infanīe. Et Apollonius dicebat, Της ὁ Συδημίας τὸ δύος εἴτε ματλαντον, id est, iracundiae Horētis esse infanīam. Et Plutarchus in Romulo, ὅργης τρόχος ἀλλαγῶν, id est, irę celerritatem inconfidatam, & consultationis expertem, vide annot. ad Od. 16. libri i.

A N I M V M] τὸν ψυχήν, vt Homer. i. lib. β. Οὐμός δὲ μέγας θεῖ διοτεφέων βασιλέων. Cæcilius, Nunc enim demum nibi animus ardet, nunc meum cor cumulatur ira. Nam & apud Latinos animus interdum accipitur pro quauis libidine à ratione auersa, vt Plaut. in Trinummō, si animus hominem perculit, actum est, si animo feruunt, non sibi. si ipse animus perculit: dum vivit, viderit vitorum cluet.

H V N C F R E N I S , &c.] tamquam equum ferocem & indomitum.

C O M P E S C E] compromeſte. sup. sat. 8. lib. i. quae penis comprefert inferiorē. Od. 16. libri. 1. Comperte mentem.

F I N G I T .] format, instituit, docet, vt libt, de arte poētica, quām & voce patetna fingeris ad rectum.

T E N E R A] molli, & facili ad domandū.

E Q U Y M T E N . D O C I L . C E R V .] equū iuuenem, & icirco ad domandū facilem.

M A G I S T E R .] πατέρων, qui domat equos.

I R E V I A M .] si loquebantur veteres. Cice. pro Mutena, Itē viam: Proſſo aderat sapiens ille, qui ire viam

ed respexit, quādū ex veteribus alij itacundiam definierant feruorem mentis, alij cupiditatē puniendo doloris.

ire viam doceret. sic enim legēdū, non, vt vulgū, inuite viam, neque inire viam.

V E N A T I C V S .] vtūt hoc nomine Plautus in Mil. glorioſo, si ita non repperio, ibo odorans, quāfī venaticus usque, donec persecutus volpem furo. & M. Tull. Veri. de signis, quā poſea, quām venerant, mirandum in modū canes venaticos dices; ita odorabātur omnia, & perueſtigabant, vt, ubi quicquid eſſet, aliqua ratione inuenirent.

C E R V I N A M P E L L .] pellem cerui algas, aut centonibus refertam, qua cerui similitudinem gerit. **M I L I T A T .**] terdi feras insequitur, vel veros ceruos infectatur. catulus, id est, canis, vt sup. Od. 1. lib. i. seu viſa est catulus cerua fidelibus.

N V N C A D B I B E .] vitiosa est eorum codicū scriptura, qui habent ad bibe, est enim legendum ad bibe: quo verbo & Terent. vtūt in Heaton.

vtbi mihi ad bibe plus paulo, sua que narrat facinora: tralatio est ab animantibus fritentibus, & stūm exemplibus, ad bibe enim, hoc est, artēde, audi, & celeriter percipe: quemadmodum fecit suprà locutus est Oda 13. lib. 2. pugnas & exercitos tyranos Densum humeris bibit aure vulgus. vel dic ad bibe, id est, animo imbibere, vt dicuntur lanę colorem, & candorem bibere. & vt Dido apud Virg. lib. 1. Aeneid. longum bibebat amorem.

P V R O P E C T O R E .] nondum vitiis inquietato. Lucret. lib. 5. procēm. At bene non poterat fine puro pectori vivi.

P V E R .] vult nos statim à pueris philosophia, & recte honesteque viuendi scientia opera dare, ne simus διαμαθεῖσ, i. seri studiorum, vt loquitur epist. 19. huius lib. sed παρδομαθεῖσ, id est, à pueritia instruti & erudit. Plurimum autē interest, vt rūm aliiquid discas puer, aiā etate grandis: quamquam præstat serō discere, quām numquam, vt dicebat Socrates.

Q Y O S E M E L E S T I M B . R . S . O . D .] sic Plato lib. 4. de rep. seu de iusto, ait, tinctores, seu infectores, vbi lanā purpura inficere volūt, primū lanam sumere candidissimam, deinde cā accurate p̄parare, vt florē purpurā quām maximē imbibere possit: & tum deniq; purpureo colore lanam illam tingere: que factō purpuram lana insitam atque inditā nulla ratione nullo nitro, nullō ve lomēto, aut sapone abstergeri, nec deleri posse, &c. verba Platoniſ ſituta ſunt 5. ſerē pagina libri, ibi, ἐκοῦσσι οἰδατέλλοι. D.

ἐπώ, ὅπι οἱ βαρῆς ἐπειδούσι βασιλέων βάτας ἐπα, ἀρά εἴναι, αλλαγῆς ἀλλαγῆς ἀλλαγῆς, &c.

N V N C T E M E L I O R I B . O F F .] nūc (inquit) dum tenera eſt artas, dum mollis & traſtabilis, & cerea, dede, ſeu præbē te honestis & ſalutatibus disciplinis etudiendum, bonisq; & rectis opinionibus imbūndum, malis artibus & prauis opinionibus reieciſt.

N E C T A R D . O P P . P R A C .] nec eos exſpecto, qui ſunt ignauiores: nec eos vrgeo, qui antecedunt: id est, non excito, neque impello, cūm ſua ſp̄tē ſatiſ properent, mīq; cohōr-

tatione non ēgeant. Vēl, quod mihi magis plāceret, non inſto p̄cedētibus, vt eos anteuerteram:

non conor eos anteuertere: vt sat. 1. lib. 1. Inſtat equis auriga ſuos vīcenib⁹, eft enim tralatio perpetua dūcta a cursorib⁹, ſeu quadrigis, falluntur autem qui inſto interpretantur obſtu, id est, in piedio. [Huc pertinet illud Aristotelis: qui interrogatus, quomodo diſcipuli magnos progreſſus faciant, ſi & antecedenteis persequantur, inquit, & posteriores non exſpectent. Ep̄oſt̄fīs, πόνος ἀπεγάπωσιν οἱ μαρτυραὶ, ἐπον, εἰπ. τριτος περὶ ξυρτας διάκοντες τὸς ὑπερουπότας μὴ αὐτοὺς.

EPISTOL. 3. AD IVLIVM
F L O R V M .

ARGUMENTVM.

Iulium Florum de Claudio Nerone, vbi militet, & de quorundam amicorum scriptis interrogat. Deinde ipsum Florum ad sapientia studium, & ad redeundum in gratiam cum fratre hortatur.

I V L I Flore, quibus terrarum militet oris

Claudius Augusti priuignus, scire labore.
Thracane vos, Hebrusque niuali compete de vincētus,

An freta vicinas inter currentia *turreis,
An pingues Asia campi, collēque *mōrantur?

Quid studioſa cohors operum ſtruit? hæc quoque curio.

Quis ſibi res geſtas Auguſti ſcribere ſumit?

Bella quis, & paces longum diffundit in eum?

Quid Titius, Romana breui venturus in ora?

Pindarici fontis qui non expalluit hauſtus;

Fastidire lacus, & riuos auiſus apertos:
Vt valēt? vt meminit noſtri? * fidibusne Latinis?

Thebanos aptare modos ſtudet auſſice Musa?

An tragicā deſequit, & ampullatur in arte?

Quid mihi Celsus agit? monitus, multumque monendus,

*Prinatas ut querat opes, et tagere vitet
Scripta, Palatinus quacumque recepit
Apollo:

*Ne si forte suas repetitum venerit olim
Grex auium plumas, moueat cornicula
risum*

*Furtiu[n]s nudata coloribus. ipse quid au-
des?*

*Quae circumvolitas agilis thyma? non tibi
paruum*

*Ingenium est: non incultum, nec turpiter
hirtum.*

*Seu lingua[m] cau[is] acuis, seu ciuica iura
Respondere paras, seu condis amabile car-
men:*

*Prima feres eder[em] vietricis premia. q[ui] si
Frigida curarum fomenta relinquere
posse:*

Quo te calefis sapientia duceret, ires.

*Hoc opus, hoc studium parui properemus,
et ampli:*

*Sipatria volumus, si nobis vivere cari.
Debes hoc etiam rescribere, si tibi curae,*

*Quare coeniat Munatio, an male sarta
Gratia nequicquam coit, et rescinditur?
at vos*

*Seu calidus sanguis, seu rerum infictia
vexat,*

*Indomita ceruice feros: ubicumque loco-
rum*

*Vivit, indigni fraternum rupere fedus,
Pascitur in vestrum redditum votiva iu-
uenca.*

*I V L I F L O R E] ad hunc eundem scriptis &
epistolam 2.lib.ij.Flore bono, &c.*

*E C L A V D A V G P R I V I G N] Tib. Clau-
dius Nero Caesar, cuius matrem Liuiam Drusili-
am vxore duxerat Octavianus Augustus Seri-
bonis dimissa. Sueton. in August.*

*S C I R E L A B O R O] scire studio, seu, vt sa-
pe loquitur, quaevo.*

T H E B A N O S] id est, Pindaricos. Od. 2.lib.4.

*A vt nec Frigidior Thracam, nec purior ambiat Hebrus,
vide annot.ad.Od.16.lib.2.*

*H E B R U S Q Y E] idem Oda 25.lib.3. Hebrum
proficiens, et nunc candidam Thracen.*

*N I V A L I C O M P E D E V I N C T V S] sic
loquitur Virg. Georg. 4. Et cum trifl[is] hiems etiam
tunc frigore faxa Rumperet, et glacie cursus frenaret a-
guarum.*

*A N F R V I C I N I T E R C V R R T V R R] turres, n[on] p[ro]p[ri]os; nempe Sestum & Aby-
dum. vicinas inter curr. curr. pro i[n]ter vicinas tur-
res currentia, more visitissimo dixit, vt anno-
taurus supra ad Od. 7.lib.2. tale est illud, Inter
fusitatem Vites aquora Cycladas, Od. 14.lib.1.*

*M O R A N T V R] detinent? vt supra annot.
ad Od. 7.lib.2.*

*B S C R I B E R E S V M I T] sumit vt scribar,
vel scribendas suscipit?*

*L O N G V M D I F F I N A V V M] prodit
memoriae mandat litteris ad memoriam poste-
titatis sempiternam?*

*V E N T V R V S I N O R A] qui honorifico
omniu[m] ciuium Rom. sermone celebrabitur: a-
lias venire in ora, ad vitium, ac vituperatione per-
tinet: vt apud Catull. ad Raudum, An ne ut per-
venias in ora vnde? sic Liuius libr. 2. timorem inicit,
ne in ora hominum pro ludibrio abiret, in laude ponit.
[idem Catull. primo carmin. Qualemque quidem
est per ora volgi. Plus uno maneat perene acto.] & Pro-
pertius ad Maecen. Credemshi, magnos aquabunt ista
Camillus Iudicia, et venies tu quoque in ora virium.
his similia sunt illa M. Tull. Tufcul. I. Harmodius
in ore Aristagiton. & Ennianum illud, Nemo
me lacrymis decoret, nec funera fletu: cur? Pollio
vivis per ora virum. & Virg. Aeneid. 12. Ille quidem
ad superos, quorum se denoueratis, succedit fama, vi-
nisque per ora feretur. Idem Georgic. 3. tentanda via
est, qua me queque posim tollere humo, viet brue
virum volitare per ora. Iterum M. Tull. Philippic. 10.
de Bruto, erat enim in defensio ciuitatis, in ore, in ser-
mone omnium. T. Liuius lib. 9. Postumius in ore erat:
eum laudibus ad calum ferebant. contraria ad probrum
pertinet illud Cicer. Vert. 3. de Verre, [seu 1. lib.
Accus.] istius nequitiam cum in ore vulgo, et in con-
muniu[m] prouerbii versatam esse. [& lib. 4. numquam
enim si denariis quadringentis Cupidinem illum patas-
set, commissoe ut propter eum in sermonem hominum
atque in tantam vituperationem veniret.]*

*P I N D F O N T I S Q Y I N O N , &c.] qui
no[n] dubitauit Pindarum proponere sibi ad imi-
tandum. non expalluit haustus pind. font. id est, non
extimuit hauirre a fonte Pindari: vt Od. 27.lib.
3. mediasque frades Palluit audax allegoria est & in
hoc, & in proximo versu, hoc enim significat,
qui autus est Pindarum Latinis versibus imi-
tari, atque exprimere?*

*F I D I B U S N E L A T I N I S T H E B . &c.] id
est, studer[em] ad exemplum Pindari versus
Latinos Lyricos scribere, poetica facultate*

*T H E B A N O S] id est, Pindaricos. Od. 2.lib.4.
Multa Dirceum leuat aura cyanum.*

*D E S A B V I T] deseuire, est valde sauire, de e-
nim in compositione interdum auger; vt deseuire,
deamar, desuare, desperire, delitigare, &c. iam sa-
uire, est *χαλεπόν*, vt & sape admonuimus,
& docent exempla probatorum scriptorū. solēt
autem pleraq[ue], omnia in tragediis esse saeva, du-
ra, difficilia, atrocia, immixta, iracunda, horribili-
lia, & v[er]o, *χαλεπόν*, sic circ[um] hoc verbum ad tragedi-
ariorum scriptorum accommodavit, vide supr.
annot. ad Od. 33.lib.1.*

*M O V E A T C O R N I C V L A R I S V M] Cel-
sus alienorum scriptorum fur, & compilator, sic
omnibus ridiculus.*

*Q V A E C I R C V M V O L A G I L T H Y-
M A] id est, circum quæ thyma volitas? vt an-
not. ad Od. 7.lib.2. circu[m] thyma autē dixit, quia
poëta cum apibus comparari solent, vt Oda 2.
lib. 4. ego ap[er]ta Matina More, modique Grata carpen-
tu[m] thyma, &c.*

*H I T V M] hirsutum, id est, rida & impoli-
tum. verbum est, quod erat suo loco depulsum,
reposito post nomen Ingenium, fecutus cod. lann.
Faern. & duos Vatic.*

*F E R E S] accipies, auferes, vt sup. Od. 8.lib.4.
neque tu p[er]fima munera Ferres: & sape alibi.*

*E D E R E V I C R I C I S] nota[re] Sernius co-
menta. in Virgilij Melibœum, ad illuin versum,
Pastores edera crescentem ornata p[er]tinet, edera poetas
coronari, vel quia Libero facri sunt: ex quo e-
tiam, vt Bacchis, insaniare: vel quia semper vir[er]e
edera, quemadmodum carmina aeternitatem
& merentur, & aliis pariunt.*

*C V R A R V M F O M E N T A] vt supra amoris
fomenta. Od. 11. epod. & Lucret. amoris pabula. fo-
menta curarum, sunt ambitio, pecunia, cupiditas, & similia.*

*H O C O P V S, H O C S T. P. P R O P.]
properandi verbum cum accusandi casu coi-
nit, vt sup. properare coronas. vide Od. 7.lib. 2. hoc
opus autem, nempe curarum fomenta, & cogita-
tiones anxias ex animo efficer[em] & sapientia stu-
dium colere, atque amplecti.*

*S I P A T R V O L V M] aliquot libri vet. ha-
bent, si patria cupimus, &c. id est, si patriæ, si no-
bis viles esse volumus: si & patriæ, & nobis co-
sulere volumus: si patriæ, si nobis iucundie esse vo-
lumus. patriæ carus est, qui ita vivit, talēm; ci-
uē se p[re]stat, vt eius vita sit patriæ cara, magni-
que facienda: ibi carus est, qui habet rationem
sua valetudinis, animūmque interdum relaxat
ac remittit; neque se curis inanibus perpetuo
conficit ac macerat.*

*S I N O B I S V I V E R E C A R I] id est, si iu-
cundē & hilariter viuēre, nā qui perpetuō mæ-
stus est, sibi ipse odio est: qualis ille Terentianus
Menedemus scipium crucians, nō dissimile est
illud epist. ad Loll. 2. hoc libr. 1. Quid dedicatum posuit
Apollinem Rates, &c.*

*O L I M] posthac vt sat. 5.lib. 2. Magna, minor ve-
foris certabatur olim. & Od. 10.lib. 2. non si male
nunc, & olim sicut erit.*

C R E X A V I V M P L V M A S] quatuor se-

secundo ad August. Tentavit quoque, rem si dignè
vertere posset. & epist. ad Numicium. *chlamydes Lu-*
cullus (ut ait) si posset centum scena prabere, regatus.
& Tibull. lib. 3. eleg. i. illa mihi referat, si nos frim
tuacura est. An minor, an toto pectori deciderim. T.
Liuius lib. 33. percunctatus si consilium non vnde so-
lum, sed etiam salutare, admittere auribus posset, &c.
nec ita assessor, qui hunc locum, quasi mendosum,
corrigunt hoc modo, quām re conueniat:
nam conuenire, cum accusandi casu, quid sit, scīt
omnes, at quis ita loquitur Larinē de duobus,
inter quos nata sit offensio, aut similitus? hic
illum non conuenit, dicent potius, huic cum
illo non conuenit. Praterea cūm dicat, illum
debere sibi rescribere, superuacanea est hæc
conditio, si tibi cura. Quamobrem hunc locum
sic explicò longè simplicius, & nisi fallor, etiam
verius: debes rescribere vtrū frater tuus Mu-
natius tantæ tibi sit curæ, quantæ fratrem fratri
esse conueniat, néce. Neque verò reticebo, me
in tribus libris calamo exaratis cūm in Italia
essem, & totidem, cūm in Gallia, ita scriptum
repetisse, sit tibi cura, quæ quidem scriptura mi-
hi non displicebit, si subintelligeretur.

I N D O M . C E R V I C E F E R .] videtur trâ-
latio summa à bobus indomit, & durarum cer-
uicium: οὐληπάλωρας vocant Græci, & ζυρού-
χος.

I N D I G N I R V M P .] indigni, qui rumpatis,
vel qui non debetis rumpere, sic loquuntur
Græci ἀνέξιοι ὄντες λύειν. Admonendus autem
est adolescentis, sententiam vñque ad verum vil-
timum pendere hoc modo, siue vos feruor san-
guinis, siue inscientia rerum agitat, vñcūque
locorum viuitis vos, quos non dēbet fraternam
necessitudinem dissoluere, pascitur in vestrum,
&c. ab iis enim dissento, qui ad nomen indigni,
subintelligunt eis.

F R A T E R N . F C D V S .] quod longè fir-
mis, ac sanctius esse debet, quām amicorum
necessitudo: & vetat Hesiodus tantidem ami-
cum, quanti fratrem facere. Μηδὲ καστρυκτῷ
ἰστοι ποιεῖσθαι ἐταῦρον. Quantia autem fratres fa-
ciendi sint, declarauit vxor Intaphernis apud
Herodotum, cui cūm à Dario facta potestas
esser seruandi, aut viri sui, aut fratri, aut libero-
rum, (quos omnes in vincula Darius coniici-
iusterat, & capitis damnatar,) maluit fratrem D
seruare, cuius rei causam cūm quæsisset Darius,
respondit, ὁ βασιλεὺς ἡμῶν μηδὲ δίλλος γένοι-
το, εἰδὼμων θέλοι, καὶ τεκνά δίλλα. οἱ τάντα
ἀποδόλομι: πατρὸς δὲ καὶ μητρὸς οὐκέτι μεν
ζόντων, ἀδελφῶν δὲ δίλλος δίδει πρόσω γένοι-
το, id est, O rex, vir quidem mihi alius contin-
gere possit, si ira deo visum sit, & alij liberi, si
hos amiserint: sed cūm mihi pater & mater ē
vita decesserint, nulla ratione fieri possit, vt mihi
frater alius nascatur. Hæc Herodotus Tha-
lia, A quo sumbit illud Euripides. Μηδέοτε δὲ
ἔδου γε πατέρος τετυχότων, οὐκ εἴπεις αδελφός,

A ὅτις ἀβλαγὴ ποτε, id est, Patre & matre mor-
tuis, non potest mihi frater vllus, nasci. Exstat
libellus à Plutarcho scriptus, vñlissimus, &
φιλαδέλφιος, id est, de amore fraterno.

EPISTOLA 4. AD ALBIVM TIBULLVM.

ARGVMENTVM.

Albium Tibullum compellat, cui studium
philosophie laudare videtur, atque id facere, vt
eius amore illum accendat. Recēst quibus do-
tibus illum dij ornauerint: deinde ita viuēdum
illi esse dicit, vt vnumquemque diem, extremū
sibi fore putet.

A L B I , nostrarum sermonum can-
dide index,
Quid nunc te dicam facere in regione Pe-
dana?

Scribere, quod Casii Parmensis opuscula
vincat?

An tacitum filias inter reptare salubres,
Curantem quicquid dignum sapiente,
bonoque est?

Non tu corpus eras sine pectori. dīj tibi
formam:

Dīj tibi diuitias dederant, artēmque
fruendi.

Quid vñeat dulci nutricula maius a-
lumno,

Quām sapere, & fari ut posset, quæ sen-
tiat, utq;

Gratia, fama, valetudo contingat abūde,
Et mundus vñctus non deficiente cru-
mena?

Inter spem, curāmque, timores inter, &
iras

Omnem credere diem tibi diluxisse supre-
num.

Grata superueniet, quæ non sperabitur,
hora.

Me pinguem, & nitidum bene curata
cute vñses:

Cūm ridere vñles Epicuri de grege por-
cum.

ALBI,

A L B I , &c.] Albium Tibullum designat, ele-
gorum scriptorē: in quo præcipua est elegantia
Latini sermonis, nulla propemodū admista fi-
gura loquendi peregrina, aut transmarina.

C A N D I D E I V D E X] qui de sermonibus
nostris sincere, & sine malevolentia iudicas. ser-
monum appellatione autem satyras, & episto-
las significari putamus. nam contrā odā carmi-
na appellantur.

C A S S I P A R M E N S I S] de quo satyr. 10.
lib. 1.

S I L V A S I N T E R R E P T A R E S A L V-
B R E S] reptare inter silvas salubres, vt suprà
annos. ad Od. 7. lib. 2. significat autem, Tibullū,
Epicureum esse. Remouebant enim se Epicurei
à reip. administratione, negotiisque publicis, &
in hortis, ac locis amēnis viuebant.

B R E P T A R E] remissus, ac lentius ambulare.
Vtitur hoc verbo Lucret. lib. 2. sed ad pecudes
refert. Nam sepe in collis tondentes pabula lati Lanige-
re reptant pecudes.

S A P I E N T E , B O N O Q U E] plerumq; hæc
duo cōiuncta reperiuntur. vt epist. ad Mæcenat. 2
vir bonus, & sapiens dignus ait esse paratum. & epist.
ad Quintiū. vir bonus, & sapiens andebit dicere,
Penthæ rector Thebarum, &c. & in eadem. Nēve pu-
tes alium sapientem, bonaque beatum, & episto. de arte
poët. Vir bonus & prudens versus reprehendit inertis.
& M. Tull. off. 3. ostēdit, hæc inter se separari nō
opportet. Hæc igitur est illa perniciose, quod alios bo-
nos, alios sapientes existimant. Quidam hæc referūt
ad Epicuri decreta: qui sapientis esse statuebat,
incundē viuere, & in locis amēnis atatem de-
gere potius, quām rei familiaris augendæ seruire,
aut reip. administrandæ operam dare. quod
congruit cum superiori illo, filias inter reptare, silvæ.

Iam Epicurei se solos sapientis esse contendebāt: vñumque Epicurum verum vidisse, & ho-
mines erroribus liberasse dicebant.

C O R P U S S I N E P E C T O R E] excors: Λ-
όρψ. Nam pectus cogitationis, & mentis sedē
esse vulgo putant, ex quo ductum expētorare.

V O V E A T R O] opret, precutur, εὐγένος. ex quo
vota pro optatis. suprà in respōl. Canidæ epod.
Si tardiora fata te votū manent, & sat. 6. lib. 2. Hoc e-
rat in votis.

Q V A M S A P . E T F A R I V T P O S S .
Q V A M S E N T . V T Q V E] Cūm in omnibus li-
bris vulgatis, & in plerisque omnibus manuscr.
legeretur, Quām sapere & fari: quāvis pauci ma-
nuscr. haberent particulam vir, ego sic hūc locū
olim explicandū putauerā. Quid nutrit alum-
no suo maius optare possit, quām vt primum fa-
piat, & prudenter sentiat, deinde suas cogitatio-
nes eloqui, & exprimere queat? sic Pindarus
Olymp. ad. e. ινέρτα δὲ ἔπειον ἀλεπούς εἰ-
ζεπίστων κτεάτεος, καὶ εὐλογίαν πρεστήσει,
μη ματέον δέος γενέθαι, id est, si quis cum inten-
gra valetudine facultates, & eloquentia habeat

coniunctā, non est, quod deus esse velit. Et cūm de-

gi, Et modis, & vñctus non def. crum.

I N T E R S P E M , C V R A M Q V E , T I M .

I N T E R E T I R A S .] id est, inter animorum
perturbations, quibus affidū sollicita & infes-
ta est hominum vita, quemcumque vita diem
tibi dīj largiuntur, eum postremum esse putato.
ita fieri, vt tranquillius, & incundius viuas, casus
que humanos, & fortunæ iniurias moderatus
feras: neque te spe, curis, timoribus, iris, angori-
bus, & ceteris vita venenis macceres, & cōficias.

O M N E M C R E D E D I E M , &c.] existima
quotidie te moriturum. hoc si animo eris, quic-
quid tibi temporis ad vitam accederet, id tibi de-

bit in hac epistola lector eruditus.
MANEBO] exspectabo, ut supra diximus ad Od. 2. lib. i.

ITERVM TAVRO DIFF.] diffusa iterum T. Statilio Tauro. sic notabatur etas, & bonitas vini, consulum (inquam) nominibus, ut non rauimus ad Od. 3. lib. 2. ibi, *Intiore nota Falerni*, unde nota Opimiana, & Aniciana apud M. Tul. lib. de claris orat. fuit autem T. Statilius Taurus iterum cōsul anno ab urbe cōdita D C C X X V I I . Cæsar Augusti collega. consul primū fuerat anno ab urbe cond. D C X V I I . substitutus in locum L. Caninij Galli, qui abdicauerat se magistratu: collega autem M. Vipsanij Agrippæ. Itaque haec vina non admodum erant vetera, neque superioribus annis proximis diffusa.

DIEVS A] è torculari, vel lacu, vel dolio in amphoras fusa. Solebant enim veteres è dolis vinum in cados, testas, & similia vasā diffundere in multis annos. vitur eodē verbo sat. 2. libr. 2. sed paullò aliter. *Et n̄iſi mutatum parit diffundere vinum*. vitur & M. Tull. lib. ij. de finib. quibus vinum diffusum è pleno sit anophoro: n̄iſi quis & apud M. Tull. puer legendum defusum, & apud Hor. defundere. Quid tū autem vinum diffundere, ex Iuris, intelligere licet. Proc. de trito, vino, & oleo legaris. Illud verum esse puto, cui vinum cum rati legatum erit, ei amphoras & cados, in quibus vina diffusa seruamus, legitata esse. Vinum enim in amphoras & cados hac mente diffundimus, ut in his sit donec vīs causa comprobetur, & scilicet cum his amphoris, & cadi id vendimus. In dolia atem alia mente coniūmus, scilicet ut ex his postea vel in amphoras & cados diffundamus, vel sine ipsis dolis veneat. Idem. *Qui vi-*

CERTAMINA DIVITIARVM] id est, nimirum studium, nimirumque contentionem in dūtis comparandis.

ET MOSCHI CAVSAM] clientis tui, cuius tu patronus es; cuius causam recepisti.

CRAS NATO CÆSARE FESTVS] dies natalis Cæsaris.

SOMNUM QVE] ut tibi non sit necesse manere surgere.

SERMONE BENIGNO] sermonē multo, & liberali, & largo. ut supra ad Od. 17. lib. i. annotauimus, tendere autem positum pro extende re, id est, producere, extrahere.

QVO MIHI FORTUNAS, SI NON CONC.] ita legendū esse indicauit Muretus, & ut ita legatur, consuetudo Latinī sermonis, & ratio postulant. subaudiēdū enim verbum experam, vel optem, & similia. omissum autem est à librarīis s. nominis fortunas, propter s. vocis lequintis: ut in multis aliis similibus accidit. P. Vitorius porro aliter legit: à quo disserit. Ex libris manus scr. autem alij habent, forruna, alij fortunam, alij fortuna est. Omnino fortunas legendū censeo, quamvis reclamēt licet corniculā quædam alienis plumis ornata.

INTER MINTURNAS] significat vinum hoc non esse admodum magni pretij, neque admodum generosum, ut pote in paludibus natū.

SEVERVS]

Minturnæ oppidum Liti fluvio, & Sinuesso opido propinquum, in Campania finibus. SIN MELIUS] quidā libri veteres habent, si melius.

ARCESSE, VEL IMPER. FER.] id est, vel arcessē vinum, quod habes, melius meo, id est, iube tecum afferri ad me: vel pátere tibi meū ministrari, id est, vtore eo vino, quod tibi apponam. verbo arcessendi sic vitur M. Tull. lib. 6. epist. ad Attic. epist. cuius initium est, *Nonis accepto. Ego autem & eius liberum arcessui, & ad Athenodorum Calum scripsi*, ut ad me & nephelæ mitteret. & epist. ad M. Fab. Gallum lib. 7. sed tamē, si ista mihi sunt habenda, certiorē velim me facias, ubi sint, quando arcessuntur, quo genere vesturas. Alij hunc locū sic explicant, si mel. q. h. arc. vel imp. fer. si quod vīnū melius habes, aut si quid aliud melius habes in cenam, quām que habeo, arcessē me, id est, voca me domū tuā, vel domī meā cōtentus esto iis, quae tibi apponentur, ac ministribuntur. arcessendi verbū Priscianus docet lib. i. ab arcio deflexū est: arcio autē dici pro accio, seu adcio, ar enim dicebant veteres pro adi. in verbis compositis, ut arferre, arvenire, arcedere, &c. pro adferre, aduenire, accedere. Turpil. Qui verba mea venatur p̄fū? arcedat, & sermonem hinc sublegat. & in xii. ardito, pro addiro, & sexcenta alia. Quod autem verbo accersere, pro arcessere vulgus vitur, errat. nam vitio sua scriptura est, & vīcūmque accersere scriptum est, accersere restituēdū. Denique hoc loco omnia antiqua exemplaria habent arcessere.

CERTAMINA DIVITIARVM] id est, nimirum studium, nimirumque contentionem in dūtis comparandis.

ET MOSCHI CAVSAM] clientis tui, cuius tu patronus es; cuius causam recepisti.

CRAS NATO CÆSARE FESTVS] dies natalis Cæsaris.

SOMNUM QVE] ut tibi non sit necesse manere surgere.

SERMONE BENIGNO] sermonē multo, & liberali, & largo. ut supra ad Od. 17. lib. i. annotauimus, tendere autem positum pro extende re, id est, producere, extrahere.

QVO MIHI FORTUNAS, SI NON CONC.] ita legendū esse indicauit Muretus, & ut ita legatur, consuetudo Latinī sermonis, & ratio postulant. subaudiēdū enim verbum experam, vel optem, & similia. omissum autem est à librarīis s. nominis fortunas, propter s. vocis lequintis: ut in multis aliis similibus accidit. P. Vitorius porro aliter legit: à quo disserit. Ex libris manus scr. autem alij habent, forruna, alij fortunam, alij fortuna est. Omnino fortunas legendū censeo, quamvis reclamēt licet corniculā quædam alienis plumis ornata.

PACVS OB HEREDIS CVRAM] sic supra Od. 7. lib. 4. Cum & manus avidas, &c. & fat. vlt. lib. i. nec metuam, quid de me iudicet heres.

SEVERVS] rebus seriis nimirum deditus, tristis.

ASSIDET INSANO] proximus est insano, id est, similis, *δειπλήσιος*.

ſemper commorationem, & vitam rusticam vr-
banæ anteponere.

D I S C O N V E N I T I N T E R M E Q V E , E T
T E] eo inter nos diſſidemus, ac diſcrepamus diſ-
conuenit, id est, non conuenit: nam impersonale
eſt hoc loco, vt loquuntur Grammatici. ſupra
epift. 1. personale eſt, Eſtūt, & vita diſconuenit
vidine toto.

I N H O S P I T A]

I N H O S P I T A] ἀρετα. Virgil. Aeneid. 5. tot in-
hospita faxa.

T E S A] agrestia, diſſicia, inculta, horrida,
deferta loca. Attius in Philoſtete, Quis tu es mor-
talis, qui in deferta Lemnia, Et teſea te apportes loca? ex
Varro & Festo: apud quos tamen nō eodem
modo ſcribitur hoc nomen: ſed apud alterum
teſea, apud alterum teſea, libri ſcripti pleriq; ha-
bent teſea, ego tamen malim ſcribi teſea, vt ſcri-
ptum eſt apud Varro, qui deducit a tuendo, vt
ſint quiaſt teſea, at Scaliger F. manult à Græco
deſtectore, vt dicta ſint teſea, quiaſt θεοντα: id
eſt, vmbroſa, ſeu nemorofa.

A M C N A V O C A T] vocat amabilis, & ad
ſe amanda allicientia: ſic Festus.

M E C V M Q V I S E N T I T] is, qui amat ſo-
litudinem, filias, locaque ab arbitris temora.

P V L C H . P V T A S] ſic habent cod. duo Va-
tic. Ianoſt. Faēt. Rain. Card. Torn. Ruffard.
Nicot. Cleric. meus: alij vocas, vt vulg. mendo-
ſe, opinor.

F O R N I X] proſtitulum, ganeum, fat. 2. lib. 1.
Quidam nonne homo, cùm exiret fornice, maleſt Virtute,
&c. ead. faty. versu ſuperiore, niſi oleni in fornice
ſtante.

V N C T A P O P I N A] in qua coquuntur om-
nis generis obſonias. Vnde popino, popinonis.
ſat. 4. lib. 2. Quacumque immundis ferunt allata po-
pinū. Lucil. Infamem, immundam, turpēque odiſſe po-
pinam.

I N C V T I V N T V R B I S D E S I D .] ini-
ciunt tibi vrbis cupiditatē, vel afficiunt te vrbis
diſiderio. & eſt tralatio, vt dicimus inculere
timorem, dolorem. Idem Horat. epift. ad Loll. 2. hoc
lib. ne mox Incutiant aliena tibi peccata pudorem, in-
culere amore. Lucret. libr. 1. Et ſimil inculſit, ſu-
nem mi in peccatis amore. Muſarum. inculere tremo-
rem, idem libr. 6. Et ferā vi venti per crebra forami-
na terra Differit, ut horror, & inculit inde tremo-
rem. morbus, idem ibidem, Multa cibos, que ſunt vi-
talia, multaque morbos incultere, & moriem que poſi-
ſint accelerare. Horatius incultere bellum, fat. 1. lib. 2.
ſeu quid Lucania bellum incultere violenta. idem
ibid. inculere negotium, ne fortē negoti Incutiat tibi
quid ſanctarum inſtitia legum. M. Tullius libr. 2. de
orat ad Q. Frat. Item timor incultit, aut ex ipſorum
periculis, aut ex communib; T. Liuſius libr. 2. poſtem
ſam tenenti Confuli fedum inter preicationem Deum
nuntium incultant, mortuum eius filium eſſe.

E T Q V D A N G V L V S I S T E] id eſt, &
hoc alterum tibi vrbis diſiderium commonet,
quid ager iſte, cui colendo te p̄p̄oſui, neque
viam effert, neque cauponam propinquam ha-
bet, nec tibicinam, cuius ad cantū ſaltes. angu-
lum Latinē per tralationem ponimus, pro lon-
ginquo, remoto, abdito, infrequēti loco, vt ſup.
Od. 6. libr. 2. Ille terrarum nibi p̄tēt omnis An-
gulus ridet. M. Tull. in Catil. 2. nemo non modō Ra-
gea, ſed uelillo in angulo totius Italie opprefſus, ere a-
lieno fuit, quem non ad hoc incredibile ſceleris ſadus afſi-

uerit. angulum à Græco nomine ἀγλον dictū
eſt veriſimilius eſt, quād ab aduerbio ἀγλον.

F E R E T P I P . E T T H . O C Y . V .] id eſt,
numquam feret vuam, cū thus, & piper in Ara-
bia nascantur.

P R A B E R E] προελέγει, ſuppeditare, vt Virg.
Georgic. 1. Arbuta ſufficere, & fluios p̄abere ſal-
breis. lege annot. ad Od. 13. lib. 3.

C V I V S A D S T R E P I T U M] ad ſtrepitum
tibicinae tibia canentis, id eſt, ad ſtrepitum tibiae,
qua canit tibicinae, ſupr. epift. 2. Ad ſtrepitum ci-
thare ceſſatum ducre curam. Od. 3. lib. 4. Dulcem quā
ſtrepitum Pieri tempora: ad quem locum plura.

S A L I A S] ſaltes non admodum ſcienter, ne-
que numeroſe, ſaliant enim verius, quād ſalat
rufiſci, idem de arte poēt. ſaliet, tundet pede terram.

T E R R A E G R A V I S] tu grauiſ terræ, hoc
dixit ad exprimendam villici ſaltantis & inſci-
tiam, vel coſtentem, cuius grauitatem, & po-
odus terra ſentire videatur: vt ſup. Od. 18. libr. 3.
Gaudet inuſam pepuliffe foſſor Ter pede terrā. annot.
ad Od. 4. lib. 1. Boſius tamen, terra grauiſ, ſic acci-
pit: tu grauiſ ſalias, vt terram onere leues:
tu tanquā terra grauiſ ſalias, vt eam exoneret.

E T T A M E N V R G E S I A M P R I D E M ,
&c. Hæc ſunt referenda ad ea, quæ ſunt ſuprā.
nam, quæ deferta, & in hospita teſea, vel ad pri-
cipium epiftolæ, quem tu ſeffidus habitatū, &c. hoc
modo, quād agrum meum fastidias, vel quād ſalat
eſt dicas, tu tamen arua, quæ iampridem non
furunt culta, aut foſſa, ſtudioſe, & aſſidue fo-
dis, ſubigis, & colis.

B O V E M D E I V N C T V M] bouem ſeiu-
tum, ac ſeparatum ab altero: vel iam diſſolutū:
quod fit vefperī. id eoque βελυτο nominant
Græci tempus vefpertinum. annotatum ſup. ad
Od. 6. lib. 3. ibid. & inga demeret Bobus fatigatis, de-
iuratum autem excedendum curauit, quattuor li-
bris manuscrip. ſecutus.

E T S T R I C T I S] id eſt, ſtringendo ſuccifis:
ſie Virg. in Mœride, hic, ubi densis Agricolæ ſtrin-
gunt frondeſ. Idem Georg. 2. tunc ſtringe comas, tunc
brachia tonde. Idem primo, ſed tamen & querinas
glandes tunc ſtringere tempus, eodem libro, cum fla-
uis meſſore induceret armis Agricola, & fragili iam
ſtringeret hordeum culmo.

E X P L B S] fatus, paſcīs, Virgil. Georg. 2. hic
pſib; atq; atrā Improbus ingluviem, ranisque loquacib;
explat. Idem lib. 3. Aeneid. Nam ſimil explatius da-
pibus, &c.

A D D I T O P V S] negotiū tibi exhibet pra-
ter ea, quæ quotidiana ſunt, & viſitata: non ſinit
te caſſare: te exercerat.

M V L T A M O L E D O C E N D V S] multis
molibus oppoſitis, in aliam partem auertēdus,
ne prato noceat. verbū docendi attribuit rei ina-
nimæ, cū animata ſola doceantur. ſic in epift.
ad Pisones. ſeu curſum mutavit iniquum frigib;
annis. Dolitus iter melius,

QVID NOSTR. CONC. DIV.] quid causa sit, quo nobrem dissentiamus, alioqui maxime concordes. *concentum*, pro consensione, & concordia posuit translate. propriè enim *συμφωνία* significat, quæ constat ex pluribus dissimilibus, & disparibus sonis, proportione cōiunctis, & equalibus, & cōcordibus. dissoluntur autem & corrumpit, vbi proportio, & similitudo rationum collitur, & tuu est *symphonia discors*, quā commemorat epist. ad Pison. nō longè ab ext.

Ex dissimilibus autem sonis debet concūtus, seu symphonia constare, non paribus, aut iidem.

tum enim etiam corrumpetur, & fieret *διμορφία*, id est, vnius vocis sonus, vt docet Aristoteles lib. 2. Polit. vbi disputans aduersus Platonem, sc̄ū Socratem, qui communionem vxorū & liberorum & possessionum in suis libris de Rep. introduxit eo consilio, vt ciuitas maximē fiat vna, probat, nihil magis oportere ciuitatem maximē vnam fieri, quam lymphoniā fieri. *διμορφία*, id est, vnum sonum, aut rythmum, pedem vnum. eō enim progredetur illa, vt ita dicam, vnitatis, vt desinenter esse ciuitas, &c.

DI V I D A T.] dissolunt, vel discordem efficiat.

QUEM T E N E S] me, quem tenues, &c. sequitur in fr̄ verbū *inuata*.

NITIDIQUE CAPILLI] λιπτόν, vnguentū delibuti, vt suprà Od. 7. lib. 2. intentus Malabothro syrio capillos.

IM V N E M] gratis, sine muneribus, vt suprà Od. 12. lib. 4. non ego te mis̄ Immanem meditor tunc pœculis.

CYNARÆ] Jamicæ, de qua suprà Od. 13. li. 3. sed Cynare brevis. *A* nos fata dederunt.

RAPACI] qualia sunt scotta. Catul. ad Thalum, puerum impudicum, Idemque Thalle turbida rapacior pœcula.

BIBLV M] bibacē, vt inf̄ta epist. ad Loll. 2. Potores bibuli media de nocte Falerni. ita per translationem bibulam arenam dixit Lucret. lib. 2. Litoris incurvi bibulam lauit aquor arenam.

ME DIA DE L Y O E] sat. 8. lib. 2. dictus here illio De medio potare die, arque hoc tempore diem frangere dicebantur homines inertes, voluptarij, luxuriosi, in cute curanda occupati: cōuiuāque ad multam noctem nonnumquam producebant. ego igitur (inquit) qui cenis à meridiē usque ad multam noctem productis olim delebar, nunc brevibus delector magis.

NE C L V S I S S E P V D E T, &c.] neque v̄d̄ me pudet olim cenis longis, ac sumruosis, delicisque, ac voluptatibus seruisse, atque indulisse, cūm eras ferre, sed non constituerem modū huiusmodi vitæ, int̄perata, & libidinosa, nam hic dies aliam vitâ affect, alios mores postular. ludere interdum valer, amori operam dare, vt epist. 2. lib. 2. *Lysisti satū, edisti satū, atque bibisti*. & Od. 13. lib. 4. *Ludisti que, et bibi impudis*. Liuius Andron. *Affidim edi, bibi, lusi*.

SED N O N I N C I D. LV D.] sed non facere

finem ludi.

ANON I STIC. OBLIQ. OC VIO, &c.] Non temerē (inquit) vita rusticæ cupiditate afficior. Nam nemo istic, id est, rure, mea commoda oculo obliquo limat: hoc est nemo meis commodis inuidet: nemo aspectu maligno, & inuidio mea commoda fascinat, & minuit. Nam si quā inuidiam mihi conflarent res secundæ meæ, risus vicinorum eam discuteret, atque obrueret.

LYMA T] litimare puto esse à lima ductum, nō à limis oculis, vt nonnulli volunt, vt sit detergere, attenuare, imminuere. Itaq; sic mihi videtur hic locus esse explicandus. Nemo istic obliquo, id est, inuidio, aut maleuolo oculo mea commoda aterit, aut minuit. putabant enim veteres, aspectum inuidicū, atque infestum alteri necere. sic Virg. in Palæmonc. *Nescio quā teneros oculi mibi fascinat agnos*, βασικήν appellant Graci. & βασικὸν τὸν ποιεῖ φέσαι, id est, ὁ φέσαι λαμοὶ καρνοτά, καὶ φέσαι τὸν ποτὸν αὐτῷ δέσχεται, id est, qui oculis interficit, & corrumpit quod ab ipso cernitur, vt scribit Theocr. interpreps: Quo modo autem fiat fascinatio, Vel quamobrem fascinatur pueri maximē, declarat Alex. Aphrod. prob. 53. lib. 2. & Plutarch. lib. 2. *συμποταῖς τῷ καταβασούσιν λεγούσθαι* disputat. Est & litimare interdum copulare, vt ait Nonius Marcellus: quod ad hunc locum non quadrat. vtitur Plantus in Penculo. at vide ss. cum illa numquam limauit caput, postremò litimare significat etiā limo conspurcare. Plaut. ibidem, M. currum igitur aliud ad p̄scinam, aut lacum, limum petam. AG. quid eo opus sit. M. ego dicam: vi tibi & illi limen caput.

RID. VIG. GLEB. ET SAXA M O V.] vicini, inquit, rident me dum glebas & laxa monūco, similisque opera rusticæ facio. ita inuidia in me, & mea commoda nihil valet: neque mihi, meisve nocere potest. Ridicula, & risum inuidiam ac fascinum depellere atq; auertere dimisus supra ad illum locum, Inuidiam placare paratu, &c. fat. 3. lib. 2:

VENENAT] corrumpit. translatio est. vtitur & Lucret. lib. 6. *vt p̄stum cali quadam de parte veneneti*.

CVM SERVI VRB. DIAR.] tu contraria rusticus in vrbe viuere manus. diarium, vietus est diurnus. Cic. ad Attic. lib. 8. eo modo autē ambulat Cæsar, et in diariis militum celeritatem incitat, vt timeam, ne citius, quam opus sit, ad Brundisium accederit.

RODERE] τρώγειν, significat vietum aridū, & sollicitū, itaque verbo vſus est muribus convenienter vite, int̄perata, & libidinosa, nam hic dies aliam vitâ affect, alios mores postular. ludere interdum valer, amori operam dare, vt epist. 2. lib. 2. *Lysisti satū, edisti satū, atque bibisti*. & Od. 13. lib. 4. *Ludisti que, et bibi impudis*. Liuius Andron. *Affidim edi, bibi, lusi*.

HORVM TV IN NVMBR.] in numerum seruorum urbani.

CALO] qui lignum domi non habet: qui it ligatur foras. Calones (inquit Festus) milium forni ditti,

si ditti, quia lignes clavis gerebat, quas Greci κλέα vocant. Calo (inquit Scraus in 6. Eneid.) dicebat A maiores nostri, sc̄iēt, quos portabant serui sequentes dominos ad prouium. M. Tull. lib. 3. de nat. Deor. Eos [Tyndatidas] tu canteris alibi, nullis calonibus obviam *V*aticeno venisse existimas.

A R G V T V S] asturus, sollers, callidus, vafer.

ORTAT EPHIPP. BOS PIG. OPT.

A] Ephippium (inquit Nonius) tegmen equi ad mollem velturam paratum. Acro notar, aliis ephippia esse signata, id est, onera, aliis ea, quæ prop̄ iugum equis curulibus imponuntur. prouerbium cōvenit in eos, qui muneri functionem, & conditionem sibi accommodata, fastidunt: alienā, & ad quam inepti sunt, expertur. M. Tull. ad Attic. lib. 5. *Clitella boui sunt imposte, planè non est no-brui oris, sed ferimus modò, si me amas, sim annus*.

B] Cū his congruit illud Pindari, quod refert Plutar. ēt τῷ τε εὐθυμίας ὃν ἀρμαντὸν ποτόν,

ēt δὲ ἀρότρῳ βέβαιον οὐκεῖται δεκτὴν

τοῦ τετραπλάκου δέ βελενοτα φόνον καὶ δὲ θάλ-

μουνούσεν, id est, equus currui apius est, bos arato: Delphinus præter nauem celerimè, &

concitatisimè rapitur: ei autem, qui a prope

meditetur, canis reperiendus est generosus, &

laboriosus, qui aprum adoriri audeat. Ephippium

porò equi tergo imponit, vt in eo infidens

commodius veharit eques. *ai ipsa boum terga* (vt

scribit M. Tull. lib. de nat. Deorū. secundo) declara-

rant non esse ad onus accipendum figurata: cernices

autem nata ad ingum: tum vires humororum & lati-

itudines ad aratra extrahenda. Eodem perirent illud

Maximi Tyrij, Λόγω λβ. φέρε, ἔτις ἐπερχεται τὸν

βουνὸν τὸν ἀρότρῳ καὶ τὸν πτηνὸν

τὸν ἀρματὸν ὑπαλλάξας ἐπετέρ τὸν ἐργα-

ῶν-ὑπαρχόντεν τὸν μὴ βουνὸν τῷ ἀρματῷ τῷ δὲ

πτηνῷ τῷ ἀρότρῳ πρὸς οὐκάνην τῷ τελεῖ μὴ τὸν

φύσιον τοῦ βελενούς, τοὺς δὲ τὰ τρέχαντα ὄ-

τερητικά, τοὺς δὲ τὰ τεχχαντα ἀμαθής, τοὺς δὲ

τὸν γένεαν ἀκερδίς, τοὺς δὲ τὸν ὑπερβα-

ρχαγάλας; id est, Age, si quis conareret be-

ne dijunctio ab aratri, & equo à curribus, com-

mutata vtriusque opera, subiungere bouē cur-

riū, equum arato, nōnne esset in naturā quidē

exlex atque iniustus, in ipsa animalia autem cō-

turneliosus, ad artēis autē rudi atque indoctus,

ad v̄sum verò atque virilitatem quæstus facieō

ignarus, ad ministerium autem ridiculus?

BOS PIGER.] qui ad arandum natus est, nō

ad vehendum, neque ad cursum, vt equus. Itaq;

appellatur à Gracis κλέα, id est, arator. He-

siod. ἐργ. υ. Οἰκον μὴ ἀρότρη, γυναική τη-

πούτη, ἀρότρη. id est, domum primum, &

muliarem, & boiem aratorem. & Aratus, ἀρώ-

την δὲ βοῶν ἀποτέλεστ' ἀρότρῳ: id est, primi au-

tem gustarunt boues aratores.

QUAM SCIT VTERQUE, LINENS]

prouerbium est vulgatissimum: *Quam quisque di-*

dit, eam artem exercet. Aristophanes in Vespis,

Epidi ms. lib. exeg. eūdēm τέττυ. Apud Athen.

lib. 8. in illo Stratōnici, hominis falsissimi respō-

A so ad harmonicum illum, qui anteā hortorū cu-
stos fuerat, cum eo de harmonijs disputantem,
scriptum est. ἔδοι πις, non ἔρδοι πις, leui immiti-
tatione facta, propter eius, in quem dicebatur,
personam. vtitur & M. Tull. epist. ad Attic. eod.
lib. quem proximè citavi, *O rem minimè aptū meis*

morib, δι illum verum, ἔρδοι πις.

EPIS T. 15. AD C. NVM O-

NIVM VALAM.

A RG VMENTVM.

Quodd Velium & Salernum proficisci cogiter,
qua ibi sit hyems & quale calum, percontatur:
sed se non ita salubritatis rationem habere in-
uit, vt non etiam aliquam voluptatis habere
velit.

* **Q**VÆ sit hiems Velie, quod calum
Vala Salerni:

Quorum hominum regio, & qualis via:
(nam mihi Baiae)

Musa supernacuas Antonius: & tamen illis

Me facit inuisum, gelida cū perlucor vnda

Per medium frigus. sane myrieta relin-

qui, (bius)

Dicitaque cessantem neruis elidere mor-

Sulfura contemni, vicus gemit, inuidus

agris,

Qui caput, & stomachum supponere fon-

tibus audent (rura).

Clusinis: Gabiōsque petunt, & frigida

** Mutandus locus est: & deuersoria nota*

Præteragendus equus. quod tendis? nō mi-

hi Cumas (benia)

Est iter, aut Baiae, lana stomachosus ha-

** Dicit eques. sed equifrenato est auris in*

ore) (pascat)

Maior vtrum populum frumenti copia

Collectōne bibant imbreis, putoſne pere-

neis

Dulcis aqua: nam vina nihil moror illius

oræ.

Rure meo possum quiduis perferre, pati-

que:

*Ad mare cum veni generosum, & lene
requiro:*

Quod curas abigat, quod cum spe diuite
mânet*

*In venas, animûmque meum: quod verba
ministret:*

*Quod me Lucana iuuenem commendet
amica.*

*Tractus uter plures lépores, uter éducet
apros:*

*Utra magis pisceis, & echinos aquora
celent:*

*Pinguis ut inde domum possum, Phaéax-
que reuerti:* (est.)

*Scribere te nobis, tibi nos accredere par-
Manius, ut rebus maternis, atq; paternis
Fortiter absuntis, urbanus capit haberi,
Scurra vagus, non qui certum* præsepe
teneret:*

*Impransus non qui ciuem dignosceret
hoste:*

*Quelibet in quemuis opprobria fingere
fauis:*

*Pernicies, & tempestas, barathrûmque
macelli,*

*Quicquid quesierat, vêtri donabat auaro.
Hic, ubi nequitia fautoribus, & timidis
nil,* (omisi)

*Aut paullum abstulerat, patinas cenabat
Vilis & aginæ, tribus vris quod satis
effet.*

*Scilicet * ut ventres lamina candente ne-
potum*

*Diceret vredos correctus. Manius idem
Quicquid erat natus præde maioris, ubi
omne*

*Verterat infumum, & cinerem: non her-
cule miror,*

Aiebat, si qui comedunt bona, cum sit
obeso* (pla.)

Nil mel turdo: nil vulua pulchri* am-
Nimirum hic ego sum. nam tuta, & par-*

uula laudo,

*Cum res deficiunt: satis inter vilia fortis.
Verum, ubi quid melius contingit, &
vinctius, idem* (rum)

*Vos sapere, & solos aio bene viuere, quo-
Côfscitur nitidis fundata pecunia villis.*

A D C. N V M O N I . Primum hanc inscrip-
tionē p̄ se ferunt omnes fētē codices manu-
scr. & quos in Italia, & quos in Gallia mea vidi.
Deinde Fulius Vrsinus, homo & humanissim⁹,
& Græcarum litterarū cognitione præstantissi-
mus mihi ostendit domi luæ argenteū nummū
hic ipsa inscriptione, c. N V M O N I S V A-
A L L A gemino a A. similēmque, & planè ge-
minū domi suæ mihi ostendit Clemens Teueni-
nus, quem suprà cōmemorauit. ego tamen *Valam*
excudēdum curauit, vnicō A. in ceteris, nummo-
rum illorum inscriptionem securus sum.

Q V A S I T H I E M S V E L I A , Q V O D ,
&c. Ibac referēda sunt ad versum, qui est inīta,
scribere te nobis, &c. ea autem, quæ statim sequū-
tur, nam mihi *Baias Musa*, &c. usque ad verūm,
Maior utrum populm, &c. includenda sunt inter-
positionis nota. Horatius ab Antonio Musa cla-
rissimo, ac præstatiissimo medico edoctus, *Baias*,
Campaniæ oppidum amoenissimum, ad cuius
aquas, & ceteras delicias cōcurrerant homines
voluptarij, ad easdémque ægri, quid essent salu-
berimæ, cōfugiebat, edoctus igitur, *Baias* mi-
nimè sibi esse necessestias, nec ad valeritudinem
virileis, cogitat *Veliam*, & *Salernum* proficiſci,
ibiq; hiemare. Iccircò petit à *Vala*, ut scribat ad
fe, quæ sit illis in locis hiems, quod cælum, &c.

N A M M I H I B A I A S , &c. Jam si quæ-
ras, cur *Velia*, & *Salerni* hiemare cogitem, & nō
Baias, Antonius Musa air, aquas calidas *Baiarum*,
mihi esse superuacuas: id est, ad voluptatem gi-
gnendam duntaxat valere: ad bonam valeridu-
men autem inutilis esse. M. Tullius pro *Cœlio*,
*ſſas est cum à me hominem defendi, qui nullum conti-
uuum renuerit, qui vnguentuſum serit, qui Baias videtur.*

E T T A M E N I L L I S M E F A C I T &
tametsi de Antonij Musæ sententia *Baiarum* a-
quas cōtemnam, & relinquam: mihi tamē *Baias*
quodammodo sunt irate, & me oderunt, quid
frigidis aquis vtar per mediū frigus. Suetonii
in Augusto, scribit Augustū, quia calida fômera
non proderant, frigidis curari coactum esse.

Q V I C A P . E T S T O M . S V P P . Jhae xix
intelligi possunt, nisi ab iis, qui experti sunt, ta-
metis Horatius nō obscurètem ipsam elocutus
est, sed memini ego, cùm vit clariss Franc. Tur-
noni⁹ E.R. Card. ad aquas *Lucœſis* de medico-
rum cōſilio venisset duos ab hinc annos, vide-
re me in iis locis ægros cōplureis, ex quibus alij
de aquis illis bibeant, alij lauabantur, alij par-
teis cor-

teis corporis affectas, ut caput, ventriculum, renes stillicidiis supponebat, è quibus aqua in eas A parteis demanabat. Eos horam unam eodem, quo cœperant, situ manere necesse erat, dies quindecim, aut viginti id factitabant. fontes Clusini autem sunt in Etruria, à Clusio Etruriæ oppido nominati.

M Y R T E T A] loca myrtis confita , quæ sunt
Baiis.liber Ianno&ti,& nōnulli alij habent mur-
tra quod idem valer à muro Murris Venus.

cess, quod idem valet, a multo Muria Venus.
C E S S . N E R V I S E L I D . M. Jelidere, id est, depellere è nervis. cessantem autem morbum intellige, vellongum, & aduersus remedia conutacem, & difficilè curatur: vel ab effectu, quia tarder, & cessa cogat. Articulorù dolores, qui manus, aut pedes infestos habent, significat, est, saporis expertè esse oportere, ut scribit Ari-
stot. lib. *αριθμον καὶ αὐθιτην* *δο* igitur dul-
cem, primum enim dulcem aquam appellaverunt Latini, & *γλυκύν* *εύσπερ* Græci quæ nos est dulcissima marina scilicet distinguentes. ut M. Tull. Ver-
bi de signis. *In hac insula extrema est fons aquæ dulcis-*
cui nomen *Arethusa* *est* *incredibiliter mirabilis*

S V I F . C O N T . V I C V S G E M I T R] Baiae molestè ferunt, sulfura, id est, aquas sulfuratas, quæ dicuntur valere ad morbum articulorum leuandum, contemni, ac pro nihilo putari.

MVTANDVS LOCVS EST] alius locus
mibi petendus est, quam Baianus: vel alia via
mibi iter faciendum est.

DE VERSORIA NOTA] deuersoria Baiana, seu portiūs, quæ sunt in via, quæ Baias ducit, vel mihi, vel ipsi equo nota.

P R A E T R A G E N D V S equus est agendum,
id est, ducentus præter deuersoria nota.
Q Y O T E N D I S T verba Horatij, aut cuiusvis
alius equitis, nota, & solita diuersoria præterire
volentis, aut certe se velle simulantis, equumq;
sponte sua eò se conferentem, ac tendentem re-
uocantis.

SED E Q V I F R E N A T O E S T , &c .] sed equus equitis voluntati obtemperat, non quod eius vocē audiatur, aut intelligatur, sed quod freno doceatur quo sum iter facere debeat. equus enim nō aure, sed ore, in quo ineat frenū, quod sit eūdum, sentit. frustrā igitur eques vocem adhībet, fristrāq; stomachatur, cùm freno solo quo- uis equum impellere queat. & fortasse obſcurē significat, equitem, quamuis sciat sibi frigidis a- quis lauari expedire, calidas ramen persecui, & voluptatem vilitati, bonaque valetudini ante- ferre: quod si quis proberet, intelligere nos oportebit, hunc equitē, quamvis verbo neget se Baias proficiēti in animo habere, te ramen, id est, cō- filio, & freno viāna Baiāna equa p̄mōnstrare.

M A I O R V T R V M P O P V L V M] Velien-
seis, an Salernateis. & repete cū, quem dixi, ver-
sum, scribere te nobis, &c.

PUTEOSNE PEREMNEIS] vox perem-
nis ab amni originem dicit; sic circa cum m. &c n.

scribenda est, *perememus*. Vnde *perememus*, in auspiciis M. Tull. lib. 2. de nat. deor. Nulla *perememus* seruantur, nulla ex acuminibus. Festus, *Perememus* dicitur *auspicari* qui amnem, aut aquam, quae ex *scrofa* oritur, *auspicio* transit. Idem *Petronius annis est in Tiberim profluens*, quam *magistratus* *auspicio* transflant cum in campo audi aere volvunt, quod enim *auspicii* *perememus*

NAM VINA NIHIL MOROR] vi
quæ illic nascuntur, nō magni facio : nō desid

ro.sic Plaut.in Trucul.satis est mihi tua salutis: nihil moror.non salueso.Virg.Aeneid.s.nec dona moror

R V R E M E O BOSSU M &c I bina l*o*

K V R E M E O P O S S V M , &c .] huius lo
hæc sententia est, Cùm rure sum, & in villa me
tenuissimo apparatu cōtētus sum, & quouis
Aaa ii

eructae ferreæ, quæ igni candeſtare, admouebantur nocentium corporibus.

C O R R E C T V S hunc locum in omnibus libris vulgatis & manu scriptis, in quibus legitur partim *corretus*, partim *corruptus*, depravatum esse puto, & emendandum, *corrector*, ut sit ironia, hoc modo, vbi nihil abstulerat à diuitiis, & profus hominibus, & nihil habebat opipari, quod esset, nepotes & luxuriosos dicebat esse castigados, & grauibus suppliciis afficiatos, ut corrector quidam, & magister morum, sic Teret. Adelph. si illud, quod est maximè opus, iactu non cadit, illud, quod cecidit forte, id arte ut corrigas. Dem. Corrector, nempe tua arte, &c. Nuper quidam paulo ante hanc secundam editionem, ita scriptum videlicet in uno antiquissimo cod. manuscrip.

M A N Y S I D E M] quidam lib. veteres habent. *Beſtius idem*, nonnulli sic, diceret vniuersos corruptos, al. *correctus Beſtius idem*, &c.

V E R T E T A T I N F V M . E T C I N .] cōficerat, consumserat. *γετασθεντοι* dicunt Graeci, ut mihi nuper indicauit Scaliger F. *eschylus και τετραδημονια* pro mortuis, & sepultis vñtpauit, sic ille de fratribus Thebanis, *αποφιλετοις μετα και τετραδημονια*, id est, *αφαιρετοις*, scilicet de medio sublari. Sed fortasse vertere in funum & cinerem bona sua dicūtur plane decoctores. Praterea quid si dicamus, Horatium spectauisse illud sacrificij genus, quod siebat Herculii propter viam, in quo id, quod ex epulis superabat, igni consumebatur?

S I Q V I C O M E D V N T B O N A] omnes codices manuscripti, quos quidem viderim, hæc scripturam tueruntur, ac retinēt: omnes viri docti probant: nonnulli tamen indoctissimi homines corrupta vera scriptura, comedunt bene, supposuerant. Est autem virtutissimum loquendi genus bonis scriptoribus bona comeſſe. M. Tull. pro Flacco, *Quid attinuit hanc urbem relinquere, libertate tam placara careres, dire periculum nauigandi?* quasi bona comeſſe Roma non licet. idem epist. ad Pap. Pætum, libr. 9. sed cura, si me amas, ut valeas, ne go te iacente bona tua comedim, sic enim legit Non. Marcellus. Catull. in Cæſ. *Et ista vestra diffusa mentula Ducenties comeſſet, aut trecenties?* Iterum M. Tullius in Sextiana, *vtrum ego tibi patrimonium eripi Gelli, an tu comedifisi?* Nonius. Edipol qui paternam comeſſe pecunia, &c. Graeci dicunt *και τεφαγειν τιος θοιας*, & *και τεφαγειν τα πατρια*. Itaque comedum, & comedonem, bona sua confumentem veteres dixerunt, ut ait Festus.

C U M S I T O B E S O N I L M E L . T V R - v o turdum & vuluam exempli causa posuit, ut escas & gratissimas, & lautissimas, de turdo dicer nihil est necesse, vuluam suillam autem apud Athenæ laudat Archestratus ὁ διδύδαλος, id est, obsoniorum optimus artifex, etiamq; μητραὶ δὲ nominat. *Γαστραὶ μήτραι ερεψεῖν δέ εἰ τε καρύων*, Erit' ἔξει δημει. Id est, ventrem, & vuluam profundam, in cumino & aceto. obeso

Ne percon-

A autem, id est, pingui: quāuis aliter vñspurabit Neuius apud Gell. lib. 19. cap. 7. *Corpo, pectora que vndique obesos, Ac mente exſenſa, ardimentuſo ſenio opprefſum.*

N I M I R . H I C E G O S V M] nimirum (inquit Horatius) huic Menio ſimillimus ſum. admonuimus alibi prouocabulum hic apud hunc poëtam, referti ſemper ad id, quod antecedit.

S A T I S I N T E R V I L I A F O R T I S] ſatis forter, ſatis fortianimo, ſatis patienter vilius cibis famem explens.

V N C T I V S] delicatus, ſumtuosius, apparatus. ſic Carull. per vñcta patrimonia, ampla & opima ſignificat, in Cæſarem. *Quid hunc (malum) fouet?* aut quid hic potest? *Nisi vñcta deuorat patrimonia* Horat. in epito. de arte poët. *Si vero eſt, vñctum recte qui ponere poſſit.* vñctum interdui vñuento délibutum: vt epift. ad Scœuam hoc lib. accedes ſiccus ad vñctum. tranſlate dixit M. Tullius in Bruto. *Iam enim erat vñctior quedam, splendidiore loquendi conſuetudo.*

V O S S A P E R E] quasi vera ſapiētia, & veſta virtus fit, diuitiem eſſe, & habet vnde tibi bene facere poſſis.

B E N E V I V E R E] bene viuere hoc loco vallet, bearē viuere, non, vt apud M. Tull. lib. 2. defini. *Hos ergo auctiōne bene quidem viuere, at beatē numquam dixerim.* Idem tamen eod. libr. paulo poſt illum locum, ostendit ex Lucillij ſententia numquam bene cenasti Gallonium, hominē luxuriosum, quia quod bene (inquit) id recte, frugaliter, honeſtē, ille porrō male, præſe, nequiter, turpiter cenabat. Plato item in Critone vult hoc ſolidum, ac fixū eſſe τὸ εὖ, τῷ καλῷ καὶ δικάος. *Ἐγὼ τοῦτο εἶναι, id est, bene viuere idem eſſe, atque honeſtē & iuste viuere.* Item apud Aristotelem ἔτι valet beatē viuere.

Q Y O R V M C O N S P I C I T V R N I T I D . **P V N D .** Id est, quorum pecunia ab incerto aliquo quaſta non pendet, ſed in prædiorum, ac fundorum fructibus poſita eſt, nitidas autem villas appellat, refertas, vberes, opimas, & fructuosas.

EPIST. 16. AD QVIN-

C T I V M .

ARGYMENTVM.

Postquam agri ſui formam & ſitum Quintio deſcriptis, in eoque iucundè ſe viuere dixit, in eius vitam inquirit: monētque, ne ex rumore vulgi pendeat, ſed vir bonus eſſe, quām videri, maiſt. Deinde quis donum viri boni nomine dignus ſit, ostendit.

N E perconteris, fundus meus, optime **A** Téne magis ſaluum populus velit, an populum tu:

Arno paſcat herum: an bacis opulentet oliuæ:

Pomifne, & pratis, an amicta vitibus ulmo:

Scribetur tibi forma loquaciter, & ſitus agri.

Continui montes, niſi diſſocientur opaca Valle: ſed ut veniens dextrum latus afficiat fol:

Lauū diſcedens curru fugiente* vaporet. **B** Temperiem laudes. quid, ſi rubicunda benignè

Corna vepres, & pruna ferant? ſi quer-
cus, & ilex,

Multa fruge pecus, multa dominum inuenit umbrae?

Dicas adductum propius frondere Tarentum.

Fons etiā riuo dare nomē idoneus, ut nec Frigidior Thracam, nec purior ambiat

Hebrus, **c** Qui conſulta patrum, qui leges, iurāque ſeruat:

Infirmo capitifluit utilis, utilis aliо:

*Hæ latebra dulces, etiā ſi credis amena Incoludem tibi me praefant Septembribus horis.

*Tu recte viuis, ſi curas eſſe, quod audis. Iactamus iampridē omnis te Roma beatū.

Sed vereor necui de te plus, quām tibi, credas:

Nō ve putes* alium ſapiēte, bonoq; beatū:

Neu, ſi te populus ſanū, recteque, valentem Dicititet, occultam febrem ſub tempus e- dendi

Diſsimules, donec manibus tremor inci dat vñctis.

Stultorum incurata pudor malus vulcera celat.

Cautus enim metuit foveam lupus: acci pitérque

Suſpectos laqueos: & opertum milvius hamum.

Oderunt peccare boni virtutis amore.

*Tu nihil admittes in te formidine pœnæ.

Sit flos fallendi: misericordia profanis.
Nam de mille fabae modiis, cum surripis
vnum:

*Est dannum leuius mihi, non facinus ta-
men: esto.

Vir bonus, omne forum quem spectat, &
omne tribunal,

Quadocumque deos vel porco, vel boue
placat:

*Jane pater, clare: clare cum dixit, Apollo
Labra mouet metues audiri: pulchra La-
uerna

Da mibi fallere: da iustum, sanctumque
videri:

Noctem peccatis, & fraudibus obijce nu-
bem.

*Quâ melior seruo, quâ liberior sit auarus,
In triuus fixum cum se demittit ob assen-
tum, Non video, nam, qui cupiet, metuet quoq;
porro,

Qui metuens viuet, liber mibi non erit
quamquam.

Perdidit arma: *locum virtutis deseruit,
qui

Sep̄er in augenda festinat, & obruitur re-
Vendere cum possis captiuum, *occidere
noli.

Seruiet utiliter, sine pascat durus, arētq;
Nauiget: ac mediis hiemet mercator in
vndis:

Annona prospicit, portet frumenta, penūsq;

*Vir bonus, & sapiens audebit dicere,
Penitus

Rector Thebarum, quid me perferre, pa-
tique

Indignum coges? adimam bona. * nempe
pecus, rem,

Lectos, argenti, tollas licet, in manicis, &
Compedibus suo te sub custode tenebo.

Ipse deus, simulatq; volat, me soluet, opinor,
Hoc sentit, moriar, mors * ultima linea re-
rum est.

O P U L E N T E T] dicit, locupletet, opulent
A (inquit Festus) dicuntur rebus terrestribus co-
piosu.

A N A M I C T A V I T I B V S V L M O.] quā
vitium maritam nominat Catull. vide annot. ad
illa verba, *Altas maritat populos*, Od. 2. epod.

C O N T I N V I M O N T E S, N I S I D I S-
S O C I] continuū sunt montes, coniuncti & con-
tinentes, nisi quod vallis est interiecta, qua sepa-
tantur, sed quid opus fuit hac exceptione, cūm
sine valle mons ne intelligi quidem possit? con-
tinui quidem hi montes sua quisque valle alius
ab alio distinguebantur, sed erat hæc vallis, in
qua situs erat fundus Horatianus, ceteris maior,
explicatio, longior, ac latior, per quam montes
illi alioqui continui, disparabantur.

S E D V T V E N I E N S, &c.] sed ita est hæc
vallis opaca, ut eam sol & exoriens aspiciat, &
occidens vaporat, dextrū igitur fundi latus spe-
stabat solem orientem: sinistrum, occidenteum.

C V R R V F V G I E N T E] de curru solis, vi-
de quæ notauit suprà ad Od. 6. libr. 3. ibi, abeunte
curru, significat autem per currum solis fugien-
tem, solem occidentem.

V A P O R E T] reperficiat, calefaciat, vapor e-
nim calorem significat, vt Lucr. lib. 1. *Dissimilitud.*
fer feruunt saxa vapor. ibidem. *Asper ignis uit*
lumen facit, atque vapor. & liber. 2. *At vapor it,*
quem sol mitit, lumina serenum. Non per inane meat
vacuum. & lib. 5. *Multa videmus enim celestibus inita*
flamnis fulgeat, cum cali donauit plaga vapores. Idem
Lucretius vaporandi verbum, facit absolucionem.
lib. 6. *Inuidia quoniam, tui fulmine, summa vaporant*
plerumque, & que sunt aliis magis edita cumque. vide
annot. ad Od. 3. epod.

T E M P E R I E M L A V D E S] cæli & loci
temperiem merito laudaueris.

Q Y I D, S I R V B I C V N D A B E N I G N E,
&c.] sententia huius loci hæc est, quid dicas, si
& fructus corna ferant, & querusc, ceteraque id
genus arbores, partim glandem affactim pecori
luppeditent, partim umbram domino præbeant?
tum profecto dicere possis, fundum meū am-
nitate, & fertilitate cum Tarēto cōparari posse,
atque adeò Tarentum ipsum in fundum meum
translatum esse, in duobus cod. Vat. & Ianno.
Faēn. Torn. scriptum est, *Quod si, &c.* fine inter-
rogationis nota.

B E N I G N E] largè, copiosè, vt alibi diximus.
M V L T A F R V G E] glande, sed cur glandem
frugem appellavit, cum glans, & fringes quodā
modo videantur inter se opponi? sic enim M.
Tullius in perf. oratore, *Quæ est autem in hominibus*
tanta perueritas, vt inueni frugibus glande vescantur?
Idem Acc. lib. 4. nam & nata esse has in locis deas, &
fringes in ea terra primum repertas arbitrantur. adde
proverb. *Σαλις οὐδεὶς id est, sati querens.*

T A R E T U M] urbem & amoenam, & ad-
modum paccata: quam sæpe laudat Horat. ve
Od. 6. libr. 2. *Dulce pellit onibus Galeſi flumen,* &
regnata

regnata petam Laconi Rura. Phalantho. & epist. ad Me-
cen. 2. lib. 1. *mibi iam non regia Roma, Sed vacuum Ti-* A
ber placeat, aut imbellē Tarentum.

F O N S E T I A M R I V O D A R E N O M E N
I D O N E V S] fons tam salubris, purus, gelidus,
& uber, vt dignus sit, cuius rius ab eo nomine-
tur. Digestam significat, de quo 18. epistol. ad
Lollum 2.

T H R A C A M] *Οφύλεο*, vt suprà ad Iul. Flo-
rum, *Thracæ vos, Ebriusque nivali compede vincit,*
&c.

S E P T E M B R I B . H O R I S] illo anni tempo-
re: vt epistol. de arte poët. *sub vernis tempore horam,*
septembre tempus autem dixit, vt fundi sui a-
menitatem, & salubritatem demonstrat ac de-
clareat, qui tempore anni maximè insalubris, Ho-
ratium saluum & rectè valente præstet amicis.

Q V O D A V D I S] quod diceris, vt suprà, & exque,
patetque *Audisti coram*, epist. ad Maecen. 2.

S E D V E R E O R, N E C V I D E T E, &c.] id est,
vereor ne te aliorū sermonē de te, magis,
quā tua conscientia metiaris, ita vt si illi te vi-
rum bonum, aut beatum prædicent, tu illis crea-
das, etiam si aliter esse scias: si contrā te impro-
bum, & miserum dicant, eorum verbis communi-
caris. huic loco similis est locus ille Aristotelis
lib. 1. de morib. ad Nicom. *Ἴτι δὲ οὐτε τί περι*
πλοῦ διάρχη ἡδονή περιώσθε αἰσθάνθεις εἴναι.
quem sic vertimus, *Præterea vero eo videtur hono-*
rem persequi, vt seipso bonos esse credant. Atque hanc
Aristotelis sententiam suo loco explanauimus.
sic M. Tull. de Finib. lib. 2. in Epicurois, Ita, quod
certissimum est, pro vera, certaque iustitia simulationem
nobis iustitia tradidit, precipitque quadammodo, vt no-
stram stabilem conscientiam contemnamus, aliorum er-
rantem opinionem auctorēmur. Praeterea igitur laus
illa Amphiarai apud Aeschil. *Οὐ γάρ δοῦλον δέ-*
ειγος, ἀλλ' ἐναὶ θάλει, Βαθύς αὐλαῖς οὐ γάρ
φέρεις καρπόδειρος. *Αρ' οὐτοὶ τὰ βλαζεῖ-*
ται βλεψάστα, id est, Non enim videnti vir opti-
mus, sed esse vult, ex profunda mentis gleba fru-
citus percipiens: Ex qua confidetata pullulant
confilia.

A L I V M - S A P I E N T E, &c.] id est, alium à
sapiente: insipientem, sapienti dissimilem, vt e-
pist. 1. libr. 2. *Editio veteris, ne quis se pateret Appellem*
Pingeret, aut alius Iyssippo duceret era, &c. vide quæ
notata sunt ad illum locum sat. 3. libr. 2. *Qui species D*
alias veris, &c. Qui autem dicunt hic esse *Σαλι-*
ς οὐδεὶς id est, sati querens. desipiunt:

S V B T E M P V S] paullò ante tempus, vel cir-
citer tempus.

P V D O R M A L V S] pudor vitiosus: *Δυω-*
πτερίς Greici vocant: de quo scribit Plutarchus li-
bellum vitiosissimum. sat. 3. libr. 2. *pudor* (inquit) te
malua urget. *In sanos qui inter vereare insanos haberi.*
ob huc vitiosum pudore, dīj immortales, quām
multa peccamus? quām multa virtutis officia

prætermittimus, dū populi sermonē reformida-
mus, si ab eo vita, factisq; dissentiamus: de quo
venustissimè, vt omnia, scripsit Io. Casia Florēti-
nus, antistes ecclesiæ Beneuentanae, vir cum pri-
mis eruditus: qui nō ita dudum Romæ est mor-
tus, his verbis, *Debueram dudum crinem fecisse de-*
corum: Hoc est, argentinum, comites, & fragula, ceras, Lu-
sifque, & misus misfus faciſ loquaceſ, *Intrepidus nu-*
per corrupta mentis, & acer Corrector. sed enim prauus
populi pudor obstat. Hunc propter pauidi phaleris amici-
muri ineptis. Nec sicut madidam audemus veriti bene po-
tum Connivam vulgus, collo demissi coronam, &c.

B E L L A T I B I P V G N A T A] id est, bella
abs te gesta, seu prælia cōmīsa, pugnare pugna-
etiam M. Tullius dixit, vt annotauimus sup. ad
Od. 6. libr. 2. ibi, & *regnata petam Laconi Rura Pha-*
lanho.

V A C V A S] inaneis, stultas, assentationi paten-
tes, vt suprà Od. 1. lib. 1. *vacuum verticem* dixit.

T E N E M A G I S S A L V V M, &c.] hæc ora-
tio neque ad Quintūm aptè cōnuenit, neque
omnīd ad quempiam aliam, quām ad Augu-
stum. est q; verisimile versum esse alicuius poëtē
illius temporis, Augusto assentantis. Si quis igi-
tūr (inquit) tecum ita loquatur, Vt rūm tu cupi-
dior sis populi salutis, an tuæ populus, dubiū est
atque incertū: faxitq; Deus ne huius rei persicu-
lū fiat, id est, vt quām diutissimè vias, ne te
mortuo, ex desiderio tui, populiq; mero intel-
ligar quām sis carus populo: si quis igitur hu-
iūmodi orationem tecum habeat, facile intelligere posſis, tales laudes ad te non quadrare, sed
ad Augustum: itaque continuo eas respueris.

S E R V E T I N A M B I G V O] ita legendum,
non seruat, vt habent quidam libri corrupti, est
enim bene precantis oratio.

A V G L A V D. A G N O S C. P O S S.] hæc
sunt legenda enuntiando, & sine interrogatio-
nis nota.

C U M P A T E R I S S A P I E N S, &c.] Lat-
inorum more dixisset, cūm pateris te sapientem,
emendatimque vocari. nunc autem Græcorum
exempli locutus est, vt annot. sup. Od. 2. libr. 1.
patients vocari *Cæsar's ultor.*

R E S P. N E T V O, D I C S O D. N O M.]
cūm te aliquis sapientem, atque ab omni vitio
integrum appellat, tibzne hæc nomina conueni-
re existimas: itāne respondes, quasi nominatum
sis appellatus?

N E M P E V I R B O N V S, &c.] respondeat
ipse Horatius per concessionem quādam, nem-
pe, nemo est, qui nō delectetur viri boni, &
sapientis appellatione: sed, cūm hæc appellatio, at-
que laudato pendeat ab arbitrio, & libidine po-
puli; atque idem possit cras eam adimere, qui ho-
die dedit: non est, cur ea tantopere delectemur.
ostendit, famam popularem, incertissimū & le-
uissimum quiddam esse, neque viri boni existi-
mationem ex opinione vulgi, sed ex virtute, &
recta conscientia pendere.

antè à Mureto ad hunc locū annotati. animaduertat autem studiosus utriusque linguae adolescentis, primum Euripidis verbum sic esse ab Horatio redditum, quid me perferre, patique indignum coges? Secundo autē Euripidis versu prætermisso, in quo minatur Pentheus Baccho, le ei comtos capillos secturum, & tertio, quo Bacchus respodet, eos Deo cōsceratos esse: quarto versui Græco respondere hæc Latina aliquantum à Græcis dissidentia, adimam bona. illa autem, quæ deinceps sequuntur, nempe pecus, rem, Letos, argentum, ab Horatio esse di suo addita: Græcis illis Autòs μ' ἀφωπή, paria propemodum esse hæc Latina, tollas lucet, reliquam Græci versus partem à Latino poëta esse prætermissam. sextum verbum ab Horatio sic esse redditum, in manicis, & Compedibus seu, &c. septimum sic, Ipse deus, simularque volam, me soluet.

N E M P E P E C V S, R E M, &c.] hæc intelligenda sunt à sapiente responderi, hoc modo, tu minaris te mibi bona admeturū, quæ bona? nēpe bona fortuna, quæ ego bona non appello. Errant autem qui putant hæc eriam esse verba Penthei, neque eos mouere debet vox nempe, responsioni seruens, sic enim Terent. Andr. nempe vice carentur resti hæc, hic pertinent illa, quæ sunt parad. I. Nec ego umquam illum bona perdidisse dicam, sequi pecus, aut superelectilem amiserit, &c.

I N M A N I C I S] manicae, vincula, quibus manusvinciuntur. Virgil. Æn. 2. manicas, atque arcta levare. Vincula iubet Priamus. Plautus Capt. Injicit hic actuum manicas maſtigie.

[I P S E D E V S S I M V L A T Q V B] sic ferè Plutarch. lib. 4. εἴδη μάτιας ὁ γέρος τῆς μὲν ἀρετῆς καὶ οἰκείας μετέχει τοτεκράτους, μὲν διατῆλης δὲ ἀλογεῖον καὶ τοῦ φύσιον τοπελλόντας ἀπελθεῖν, εἰπούστα, λύνει μὲν ὁ δάκρυμαν αὐτὸς ὅταν ἔχει θέλω, πιστὸν τὸ τραγούδειον τοτεκράτους τοτεκράτους, μὲν δύσκολον ἡ ταπεζώδειον εὐτριπλον τοτεκράτους μὲν;

O P I N O R, H O C S E N T I T] opinor (inquit Horatius) hoc sentiri vir bonus, & sapiens: hōcque significat his verbis, ipse deus me soluet, se moriturum. Gulielmus Sirleetus paullò antè hæc secundū editionem propter singularem doctrinam ac virtutem factus ecclesie R. cardinalis, dicebat sibi videri Euripidis sententiam ab Horatio non esse inrelectam, nam verbis illis, λύνει μὲν δάκρυμαν αὐτὸς, id est, soluet me deus ipse, non significat Bacchus apud Euripidem (inquit ille) se moriturum, sed se vinculis & carcere liberatur. Sed respodere licet, Horatium tum superiores Euripidis versus, tum postremum aptissime in rem suam vertisse, arque ad sententiam suam felicissimè accommodasse. Nam cùm corpus animi sit tāquam carcer, ut plerique philosophi disserūt, & mortuos dicamus corporis vinculis esse solutos: quemadmodū, qui carcere, & vinculis liberati sunt, rectè solutos dicimus: ita quos deus vitam cum morte commutare voluerit, cùm moriendo omnibus miseriis humanis de-

fungatur, non ineptè solui dici possunt. ^A M O R S V L T. L I N. R E R. E S T] ultima linea, id est, πέρης, finis, seu extremum, ut M. Tull. ad Torantum, cùm omnium rerum mors sit extreum. & Demosth. ἀπειλητικῶς πέρης μὲν γέροντος ἄπαιτον αὐθόπαιτον τῷ βίᾳ θανάτῳ. & Arist. lib. 3. de morib. ad Nicom. hanc rationem afferit, quare mors sit omnium rerum res horribilissima, quia est extreum, nihilque reliquum est mortuo, neque quod bonum, neq. quod malum sit. Videatur autem in his verbis ultima linea, tralatio esse ducta vel à figuris mathematicis, quæ lineis terminantur, vel à pictura. Scinduntur est autem veteribus illis, tum philosophis, tum plerisque, alii nihil minus, quam philosophis, mortem non fuisse habitam in malis, immo illos ad eam, tanquam ad certissimum miseriarum suarum portum, confugere esse solitos, referunt sunt libri M. Tullii hac sententia, nihil mali esse in morte: in qua si residet sensus, immortalitas illa potius, quam mors ducenda sit: si: si amissus, nulla videri miseria debeat, quæ non sentiatur. Veruntamen Pythagoras verbat, imperatoris, id est, dei iniuſu, de vita præsidio decedere: & Plutarchus in libro 8. τοῦ Καὶ τοῦ ιδεῶν καὶ τοῦ Επικού, grauissimè contra eos disputat, qui in rebus aduersis mortem sibi conciscere licere putat: & Aristot. lib. 4. de morib. ad Nicom. negat esse magnanimi in rebus aduersis sibi manus afferre, idem ait lib. 5. eum, qui se sua manu examinet, iniuriam facere, si non sibi, certe ciuitati.

EPIST. 17. AD SCÆVAM.

ARGUMENTVM.

Scævam moner, ne potentiorū amicitias spernat, atque ut in suo vita genere Aristippum potius, quam Diogenem imiterit. Ad principum amicitias peruenire, & illorum favorem ac liberalitatem emeriti, non cuiusvis esse: & quanta sit arte opus hac in re, docet.

Q UAMVIS, Scæva, satis per te tibi confulit: & scis,

Quo tandem pacto deceat maioribus* vti:

Disce docendus adhuc, quæ censem amiculam: ut si

Cæcus iter monstrare velit: tamen aspice, si quid

Et nos, quod cures proprium fecisse, loquamur.

Si te grata quies, & primam somnus in horam

Delectat: si te puluis, strepitūsq; rotarum, si ledit

Si ledit cappona: Ferentinum ire iubebo. ^A Non cuius homini contingit adire Corinthum.

* Sedit qui timuit, ne non succederet: esto.

Quid? qui peruenit, fecitne viriliter? atq; Hic est, aut nusquam, quod querimus. hic onus horret,

Vt parvus animis, & parvo corpore maius:

Hic subit: & perfert. aut virtus nomen inane est: riens vir.

Aut decus, & pretium recte petit expe-

Coram rege suo de paupertate tacentes

Plus poscente ferent. distat, sumâne pu-

denter: (hic fons).

An rapias, at qui rerum caput hoc erat,

Indotata mihi soror est, paupercula mater

Et fundus nec vendibilis, nec pascere * fir-

mus,

Qui dicit: clamat, victum date. succinit

alter:

Et mihi diuiduo fundatur munere quadra-

Sed tacitus pasci posset coruus: haberet

Plus dapis, & rixæ multo minus, inui-

diaque.

Brudisium comes, aut Surrentum ductus

amenum,

Qui queritur salebras, & acerbum frigus,

& imbreis:

Aut cistam effractam, aut subducta via-

tica plorat:

Nota refert meretricis acumina, sape ca-

tellam,

Saepè periscelidem raptam sibi flentis: vi-

mox

Nulla fides damnis, verisque doloribus

aſit.

Nec semel irrisus triuſis attollere curat

Fracto crure planum: licet illi plurima

mānet

Lacryma: per sanctum iuratus dicat Os-

rim:

Credite, non ludo, crudeles tollite claudū.

Quere peregrinū, vicinia ranca reclamat.

Bbb ij

P E R T E] id est, sine alterius p̄cepto, aut consilio. Sapientissimus autem ille est, qui per se sibi consulit: secundum sapientię gradum tenet qui alteri bene suadēti obtemperat: deterrimus qui neque per se sapit, neque bene monenti pāret. Heliod. *Oītōs μὴ πανάρετος*, &c. Optimus ille quidem est, &c. notissimi sunt versus. legē Aristot. lib. i. de morib. ad Nicomach. non longe à principiis.

M A I O R I B V S V T I] id est, aduersus maiores se gerere: quo pacto maiores & potentiores tractandi sint. etiam sat. i. lib. 2. potentiores amicos, maiores vocat. *maiorum quis amicus*. *Frigorete feriat*. Quoddam autem ad loquendi genus attinet, *maioribus uti*: sic loquuntur Graci *χειρόθεα*. Epimarchus, *γνῶντος ἀλλων κέντρων*, id est, cognoscere quo pacto se aduersus alium gessit. Xenoph. *Σπουδην αὐτὸν Κεκροπέα τε Σωματίτες λιθοφύλακτος, χαρηρέας, χαρηρέας, &c. οὐχ ιδια δημιούρειος, δικαιονοτος γένοντος, ἀλλ' ιδια κελούτος τε, καὶ σχεδον γενέμενοι κενοῖσι, καὶ οἰκέτες, καὶ οἰκεῖοι, καὶ φίλοις, καὶ πολεμοῖσι, πολεμοῖσι διενεργοῦσι κελούτος*. id est, & Crito Socratis erat familiaris, & Charæphon & Chæreocrates, &c. non vt ad contionandum, aut iudicandum parati, atque instruti essent, sed vt virti boni atque honesti effecti & sua domo, & servis, & propinquis, & amicis, & ciuitate, & ciuiis bene vti possent.

V T S I C A C V S I T E R M O N S T R A R E V B L I T] hoc dicit *ἀπανεύδοντος*: quod est Horatio vñstatum, nam neque ducem via cæcum quisquam adhiber impune, neque stulti consilium sequitur. notum illud *τυφλός, ἀδύντος*, id est cæcus via dux.

S I Q V I D] id est, an aliquid: vt Graci *εἴπει*: vt alibi admoniuimus.

P R O P R I V M F E C I S S E] in rem tuam vertere, tibiasciscere, vendicare, *σφρετείσεν*.

S I T E G R. Q V I E S] si te otioſa vita delectat, &c.

P R I M A M S O M N V S I N H O R A M] somnus vñque ad solis ortum. si te delectat (inquit) vita quies, tranquilla, secura: sequitur deinceps, si te puluis, strepitus querit, id est, ab omni strepitu vibano remota, &c.

S I T E P V L V I S, S T R E P. Q V E R O T A R. &c.] que sunt in vrbe Roma propter crebra, quæ in ea sunt, vehicula.

S I L A D I T C A V P.] quidam libri manus habent, si lader, &c.

F E R E N T I N V M] oppidū Hernicorum infrequens, & incelebre.

N A M N E Q U E D I V I T. C O N T. G. S.] immo pleriq; diuines æratussissimè ac miserrimè viuunt. Quis autem in diuitiis vitâ beatam vñquam possum esse dixit, nisi aut qui nñquā gustauerit verissimas & sincerissimas voluptates; aut qui nihil aliud habeat, quo delectetur, quâ bona externa: aut qui sit egenissimus, careatq;

rebus omnibus ad victum necessariis, & victum mendicare cogatur: nam talem hominem nō sit mirum in diuitiis sumnum bonum collocare.

N E C V I X. M A. Q V I N A. M O R. F E F.] Gracè locutus est Latino sermone. sic enim illi loquerentur, διὰ τὴν γενέμενον τε τὸν ταρέν, qui natus & mortuus latuit, id est, cuius orus, & interitus fuit hominibus incognitus atque obscurus: vel quem neq; natum, neque mortuum esse quisquam mortaliū sciuit, sic enim loquitur M. Tull. epist. ad Pap. Petru lib. 9. cuius princ. *D u a b u t u s*, &c. quos ego non modo Reges appellatos, sed omnino natos nesciem. Respexit autem illud Epicuri λαθε βιώσας: quod improbat, & refellit Plutarchus in libello, εἰ καὶ λαθεται τὸ λαθε βιώσας, eodem pertinet Horatianum illud in epist. ad Loll. 2. infallit semita vita. sic Eurip. Iphig. in Aulide, Ζηλος Μαρθρώδες αὐλιδων βίον Εγείρεται ἀγήνας, ἀγήνης τὸς δὲ πηγῆς Ηραντίων. quorū versuum hec ferè sententia est. fortunatum autem eum iudico, qui ignotus, in honoratus, inglorius cursum vitæ confecit: eos vero, qui honores adepti sunt, minus fortunatos puto. Sententia contraria in Medea, Εἴη δὲ μόντε θεούς τὸ δέοντος, Μήτη Οφέλος τῷ λαθεται περισσοτερος. Ei μόνος τὸν γένετο μοι, id est, Verum neque auro mi domus resulget, Neque Orpheo cantare dulcissimam, nisi houore gloriique magnam claram.

B E N I G N I V S] liberalius, largius, laetus: vt alibi docimus. huic loco similis est illi satyri. 2. lib. 2. *επειδητοις* *ατα Imbecilla volerit*.

A C C E D E S S I C C V S A D V N C T V M] tu pauper, & tenuis te ad amicitiam copiosi & diuitis applicabis. vñctum, id est, vnguento delibutum, & ita diuitem. Terent. in Phorm. *Tene a symbolum venire unctum, arquelantum ē balneis, &c.* vel dic esse *ἀλληλοεύσαι*.

S I P R A N D E R E T O L V S P A T I E N T E R. &c.] Diogenes Laertius hoc Diogenis in Aristippum dictum, & Aristippi responsum sic referit in Aristippo, & Diogene, *πατέσσοντα ποτε αὐτὸν λάχανα πλειστον Διογένης ἔστω καὶ φυσικὸν εἰ ταῦτα ἐμάθετε περιπέτεροι, τόντον δὲ τυπεῖν καὶ διεργάτες τὸ δὲ καὶ τοτε, εἰσαγόντες*, id est, præterea omnia, *τὸν ταῦτα λάχανα ἐπλύνειν, τοὺς δὲ λάχανα ἐπλύνειν, id est, præteremunt quoniam eum olera lanans Diogenes cassillatus est, his verbis: si hac in cibum adhibere deditis, tyrannorum aulas non coleres; ille autem, at tu inquit si hominum conuentuamē & congreffū vñscives, olera non laures. Fuit portò Aristippus Socratis discipulus, & ab eo fluxit Cyrenaica disciplina, vixit enim molliter, sumtuose, voluptarie, omni vñquentorum, vestium, mulierum luxuria conquista, vitam beatam in vna voluptate locans, eaque præsente, similierte, atque asōti, neque memoriam præteriorum voluptatum, neque spem futurarum quicquam existimans ad se pertinere. M. Tull. lib. 3. de orat. ad Qu. Fratrum ab Aristippo, quem illa magis voluptarie disputationes*

tationes delectavant, Cyrenaica philosophia manauit.

F A S T I D I R E T J A S P E R N A R E T O R, R E S P U E R E T. E P I S T. A D I U L. F L O R. H O C L I B. F A S T I D I R E T A C M, E T R I V O S A U F U S A P E R T O S.

Q V I M E N O T A T] Diogenes, qui mihi turpem notam inuitit.

M O R D A C E M C Y N I C U M] recte & aptè mordacem dixit, cùm de Cynico, id est, quasi cane loqueretur. Nam & Plautus mordacem canem dixit quodā loco, & Laertius in Cynici vita scribit, eum interrogatum, quid faciat, quamobrem canis nominetur, respondisse, se iis, qui largiantur, adulari: non largienteis allatrate: improbos mordere. sic ille, τὸς μὲν διδύντας στραγγόν, τὸς δὲ μὴ διδύντας ὑλακτόν, τὸς δὲ πονηρός δάκρυν. Idem Horatius mordaces sollicitum dicit Oda 18. libri 1. & mordax ferrum Oda 6. lib. 4. & mordace, pro eo, quem Graci φιλεπιπνητὸν & φιλόφορον, & κακήροπον, & κερτουμον, id est, reprehendendi, & vituperandi cupidum, & conscientem, & maleficum, appellant, sat. 4. lib. 1. Linidus & mordax videtur ibi.

E L V D E B A T] risu & ioco refellet. sumptum à gladiatoriis. Sic M. Tull. principio actionis prima in Verr. *magnas accusatoris minas, magnam expectationem iudicis, ad nostrum arbitrium libidinēque eludentis*.

S C V R R O R E G O I P S E M I H I risum moueo diuitibus, vt mihi prosim, & iucundè viuam, tu scrandore ludum, & voluptatem populo præbes, pihilque tibi ex ea re queritur.

E Q V. V T M E P O R T. A L A T R E X] prouerbiū est Græcum *ἰππίος με φέρει, βασιλεὺς τρίφη*, regem aurem appellant Latin etiam eū, qui parasitos, atq; adeo viros honestos alit. Terent. in Phorm. *immo enim nemo satius pro merito gratiam regi refert. Tene a symbolum venire unctum, atque lanatum ē balneis, atq; sumum ab animo: cum ille & c. sumum absumitur, dum tibi sit, quod placeat & c. legē annot. ad illud Od. 36. lib. 1. non alio rege.*

T V P O S C I S V I L I A R E R V M] hunc locum restituī, fecutus auctoritate triū librorum Vatic. & Iann. Torn. Rain. Card. & eorum, quos postea in Gallia vidi. Cleric. Nicotianorū, Russardinorū. dictum est autem *vilia rerum, vñ vñ rerum, amara curarum, angusta viarum, & similia, quæ notauius ad Od. 12. lib. 4.*

D A N T E M I N O R] tu inferior es, qui tibi dat. **Q V A M V I S F E R S T E N V L E**] id est, quamvis ita te iactes, atque ostentes, quasi nullare egere videaris.

C O L O R] vel vñstus, vel vite genus. sic Laert. *τὸ δὲ ἐρεβός αριστούσας τὸ παραχρήστης γένος, καὶ τρεπτός, καὶ πεσαντες τελεταρειας αριστούσας*, id est, poterat autem Aristippus se & ad locum, & ad tempus, & ad personam accommodare, atque omnem vite statum conuenienter, apicque simulare. sat. 1. lib. 2. *Quisquis erit scribam, vita color.*

T E N T. M A I O R A, F E R C P R A E S. A Q V V M] id est, quærentem quidem maiora, seu

meliora: præsentibus autem ferè cōtentū: præsentia & quo animo ferentem, sic Isocr. ad Dem. *ζέργε μὴν ζε παρόπλε, ζητε δὲ ζε βελτίω, id est, ama quidem præcentia, leu & quum animum præsta in præsentibus, sed quare meliora.*

C O N T R A, Q V E M D V P L I C I P A N N O, &c.] Diogenem Cynicum, qui patenter panno duplice vñstir, ac velutin duplice panno διπλόδια interpretantur nōnulli. Instuit autem primus Diogenes Cynicus pallium duplicare, vt refert Laert. his verbis: *πόροι ζερπερ η περιστάτως τελεταρειας διπλόδιας παρατάσ, Σερνιος ad illum locum Virg. Αenid. 5. duplē ex humeris reiecit amictum: profert hunc locum.*

M I R A B O R, &c.] id est, mirum mihi erit, si nona viuendi ratio eum decebit: quasi dicat, vix adduci possum, vt credam, futurum, vt conserva, & commutata vita ratio eum deceat.

V I T A V I A] vita institutum, vita genus, & vt loquitur ipse, vita color.

A L T E R] Aristippus non expectabit, dum habeat amictum purpureum, sed qualibet veste amictus, per mediū forum ambulabit. Itaq; refert Diog. Laert. ei dixisse Platонem, vel (vralij) Stratoniem, σολ μάρο δέδειται καὶ γλαυκίδε φορεῖς, ζερπερ, id est, tibi soli datum est & clamydem gestare, & pannum lacertum, lib. Iannock. habet euitabit.

N O N I N C O N C I N N V S] non inconcinne, non inuenustè, non indecorè: vel non incōcinnus, id est, non indecoram speciem præ se ferēs, σολ καρπον, non deformi specie.

V T R A M Q V B] nunc cultu ornatiore, nunc forido, humilique vñstir vñtut, personam ferre etiam Liuius dixit lib. 3. ille finis Appio aline persona ferenda fuit: suo iam inde vñtere ingenio crepi.

A L T E R] Diogenes Mileſiam vestem reiicit ex optima lana. Virg. Geor. 3. quamvis Mileſia magno vñllera mutentur. Est autē Mileſius vrbs Atia, in qua optimè lana nascenuntur & tingebantur. Sic ferē inter se comparat Diogenē Cynicū, & Aristippū Tirins Max. λόγῳ λέγε, οὐδὲν εἰ ζελού ζέσιον, τὸ τοῦ Διογένες θυλάκιον οὐ καὶ βακτηρια: ἀλλ' εἴτε πουτε ταῦτα δεξιελημένον, Σαρδαγαπάλε εἴτε λεπτοδιπλητρον, οἱ Αετιπότοις οὐκενος παρφεύσι απειπχόμενος, οὐ πύρων ζειόμενος, οὐχ ιπτον τοῦ Διογένες ζερπερον, &c. id est, Nilim enim habet emulatio[n]e, aut admiratione dignum Diogenis lacenus, & baculum: sed licet etiam his amictum, Saradanapalo esse miseriorē. Aristippus ille vestem purpureā gerens, & vñguensis delibutus, nihilō Diogenē lapientior, ac temperantior erat, &c.

C A N E P I V S, E T A N G. V I T A B.] vitabit accerimē. prouerbialiter dictum. Plaut. Mercat. nempe vñrū ruris est tuis, quam dudum dixeris te odisse aequē, atque angueis. Theoph. libro, qui inscribitur, οὐδὲν ζερπερον, cap. ζερπερειας, ζερπερον δέ οὐδὲν μη απτα, ἀλλ' ζερπερον η ζερπερον, id est, mo-

res igitur non simplicis, sed insidiosos, vitare magis oportet, quam vipers.

I N E P T V S] ineptus ad omnem fortunam habitum, vel ad vitramque personam, vel ineptus simpliciter.

R E S G E R . E T C A P T . O S T E N D . & C .] qui in rep. gerenda verantur, & qui res magnas & laudabiles gerunt, siue domi, siue belli, diuinis prope modum honoribus sufficiunt, & proxime ad Deos accedit. sic Pindarus εἰδεις θεού, ait ex cerraminibus, aut ex militari laudem, & gloria maximam comparati: ex ceteris autem studiis, atq[ue] attributis eam dumtaxat quemque mercede ferre, que ad ventrem explendit, famemq[ue] propulsandam valeat. Pindati verba sunt hæc, μηδὲς γέρας ἀλλοις ἔσθιεν τοῦ ἔργουτον γλυκύς, μηδέστερα τὸ ἔργον τό', οὐδὲ δέ τοι τοῖς πόνος τερψίαις. οὐδὲ αὐτῷ αἴθροις, οὐδὲ πολεμίσων καρτερούσιοις, εὖ ἀπορθεῖσι, καρδες ὑψώνταις, πολιτεύονταις ζευρούσιοις, οὐδὲ πάνταις, id est, merces enim alius alia dulcis ob sua facta ho minibus queritur, ouium pastori, & aratori, & aucipi, & mercatori per mare currēti, & ex mari viētū paranti. Sed vanquisque eō spectat, eoque suos omnes conatus confert, ut fame horribilem à ventre propulset. Qui verò vel in cerraminibus circensibus, vel in bello & in acie gloriam insignem consecutus fuerit, ab omnibus laudatus, maximum lucrum facit, nempe ciuiū & peregrinorū linguae florēt. hoc igitur significat Horatius: res gerere bellicas, aut virbanas propemodū ad deorum immortalium laudes ascensum patat: εἴτη, hoc omniū serum humānarum primum, & præcipuum quiddam: secundū est a principibus, & clarissimis in rep. ciuib[us] diligi, atque in eorum amicis numerari.

A T T I N G I T S O L . I O V .] est proximum sedi Iouis: proximè accedit ad diuinitatem.

N O N C V I V I S H O M . C O N T I N G . & C .] sic Græci efferunt, Οὐ πάντος ἀνθρώπου εἶδος οὐδὲς, huic proverbio locus est, cum significare volumus, esse difficile, & operosum ad rem aliquā peruenire valde ostendat, & exceptendam, nam et autem (vt vult Strabo) à Corinthisiorū deliciis, illecebris, ac luxuria. vide quæ nota scholia Aristophanis in Pluto de scortis Corinthiis: & qua Enstat, ad lib. secund. Iliad. & quæ Aulus Gellius lib. i. cap. 8. de Laude meretricie, & Demosthenes rhetore. Eodem pertinent & ea, quæ Dion Chrysostomus ait, oratione Διογένης: οὐ πάντος απότης, non longè à principio, εἴδεις γέροντος Διογένης οὐδὲ τούς λιθοφάγους. Cuius erat ipsas: id est, videbat enim Diogenes plurimos homines eō conuenire propter portus & meretrices.

S E D I T , Q V I T I M . N E N O N S V C C .] qui timuit, ne ex potenteris amicitia nullū fructum perciperet, quietuit, neque periculum face re voluit.

Q V I D ? Q V I P E R V ē N I T , F B C I T N E] id est, quid? qui, quod voluit, consecutus est, seitne fortiter, an non? viriliter, audaciter, fortiter.

A T Q V I H I C E S T , A V T N V S Q Y A M , & C .] atqui, aut in hoc, aut nusquam positum est id, de quo queratur.

H I C O N V S H O R R E T] qui ad principum amicitiam aspirare non audet, non putat se tanto oneri parem esse, veterisque ne optimatur, id est, veteratur, ne non succedat conatus.

H I C S V B I T] alter subit hoc onus, & ad extreum perseverat.

A V T V I R T V S N O M E N I N A N E E S T] id est, aut dicendum est virtutem esse mera verba, λόγος, seu λόγη, & ὕροι, & inanis philosophorum Stoicorum commēta, & ita nihil ad vitam beatam pertinere: aut, si quid in ea pôderis inest ad vitam beatam, consentaneum est, vi rum bonum, & experientem, honorem & virtutem, râquam suâ virtutis præmia, expeditum. Vide quæ annotata sunt suprà ad illum locum, virtutem verba putus, epistol. 6. quibus additæ exempla ex Terentio & Plauto. Terentius Phormio ne. Phæd. Faneratum tibi pulchritudines. Dor. logi. Plaut. quodam loco, non vendi logos. Sic autem Graci loquuntur, λόγον ἔνει, nonen, seu verba esse, pro, nullius bona frugi esse, seu inutilē esse, vt ad illam epistolam 6. notauimus.

A V T D E C V S] aut honorem, & ornamenti, non, ut alii honestum. sup. Od. i. lib. 1. o & preſidum, & dulce deus meum.

E T P R E T I V M] i. præmium, seu mercede. Cato oratione ad equites: maiores seorsum, si quis diversum pretium parauerit bonis atque strenuis, &c.

R E C T E P E T I T] recte, id est, iuste & meti tō: γελῶς ποιῶν. Sed Passeratus noster putabat esse legendum recte: quod quia nusquam reperi, vulgata scriptura retineo. Cum his Horatianis congruent illa Ciceronis ex libro 3. de rep. Vult planè virtute honorem, nec est virtutis viles illa merces: quam tamen illa facile accipit: exigit non acerbe, sed si aut ingratu vniuersi, aut inuidi multi, aut inimici potentes suis virtutem premiis spoliant: ne illa se tamen multa solariis oblectat, maximè suo dôrō se ipse sufficiat. Contrà lib. i. de legibus. Ergo item in istitia nihil expedit præmij, nihil pretij: per se igitur expeccit: eademque omnium virtutum causa, atque sententia est.

E X P E R I E N S] id est, prudens, & vsu peritus. sic vituit eadem voce M. Tull. lib. 4. Accusatio nis. Promi hominis, & experientis & in primis gratiis.

R E G E S V O] amico magno, amico poterio re. sic sup. epist. 7. ad Maecenat. 2. r̄ixque, patr̄ique Auditiorum. Instituit amicū inferiorem, eique præcepta dat, quo pacto se se aduersus poteritorem gerere debeat: ostendens, modestiam, pudorem, patiētiam tenuiori amico fructuosiore esse, quam impudentiam, festinationem, proca citatem in petendo: cuiusmodi quædam repre hendit

hendit M. Tull. in Trebatio lib. 7. Nam primorum mensum litteris tuis vehementer commouebat, quod mihi interdum (pace tua dixerim) leuis in urbis, urbanitasque desiderio, interdum piger, interdum timidus in labore militari, sive autem (quod à te alienissimum est) subimpudens videbare, tanquam enim syngrapham ad imperatorem, non epistolam attulisses, sic pecunia ablata domum redire properabas, &c.

P L V S P O S C . F B R .] id est, plus accipient à potentiore amico, quam in is, qui poscit.

D I S T A T S V M .] differt, interest, utrum cum pudore sumas, an, &c.

A N R A P I A S] an impudenter petendo extorques.

A T Q V I R E R V M C A P V T] id est, at qui hæc erat totius rei pars maxima, & præcipua, hæc origo, nempe rem suam bene gerere, locuplerati, & ditari.

I N D O T A T A M I H I S O R O R E S T , & C .] aliud exponit inferioris amici peccatum, quo is cum superiore amico vna iter faciens, vel queritur difficultatem iūteris, vñque alperitatem, & frigoris acrimiam, & pluviā: vel simulat fæciāturam fecisse in itinere, nempe cistā suā esse effractam, & viatica sibi esse sursum adēnta, &c.

S V R E N T V M] oppidum in Campania: Brundisium autem in Calabria est.

E T S V B D V C T A V I A T I C A] id est, aut plorat sibi furtim esse ablata viatica, quæ non sunt ablata.

N O T A R E F E R T M E R E T R . A C V M .] imitatur illius meretricis astutias, & calliditatis, quæ configebat nunc sibi catellā esse eruptam, nunc periscelidem, id est, cruris ornamenti. si male exemplum est apud Plautum in Truc. aut petit aurum, quod confusa paululæ est, aut emita ancilla, aut aliquod vasum argenteum, Aut vasum encum aliquod, aut lectu dapsili, aut armariola Græca, aut aliiquid semper, quod pereat, debet amans scortu suo. & Quid. lib. 1. de arte. Quid, cām mendaci damnō mafissima plorat: Elapsusque cana fringitur aure lapisi?

C A T E L L A M] parvulam catenam. T. Linus lib. 39. Quintius alter prator suis equites catellis, ac fibulis donavit.

S E P E P E R I S C L .] periscelis, ornamentum cruris. vox mera Græca est.

V T I M O X N V L L A F I D E S D A M N I S] ita saepe mentiens inferior amicus, hoc assequitur, vt, cūm vera dicat, ei nō creditur, nulla fides adfit, id est, nulla fides habeatur, fides derogerur veris damnis, & veris doloribus. Nā hæc damna erant simulata ac falsa, & ploratus faiſi, atque confici.

V R I S Q V E D O L O R I B V S] Od. 37. libt. 1. Mentemque lymphatam Marotico Redegit in veros timores.

N E C S E M E L I R R I S . T R I V .] nec is, qui semel irrisus fuit ab eo, qui in triuio sibi crux fractum esse, cum fletu, & lacrymis metietur, orans, vt se quasi claudum attolleret, fidē ei iterum haberet.

P L A N V M] planus vox est Greca, qua & M. Tull. vitur in Cluentiana. significat autem falacem, & qui in fraudē alterum inducit. sic Cic. de Staleno iudice, hic ille planus improbisimus, quia in iudicario p̄fus, contrahit frontem. Theoct. εἰ ἀλεῖσθαι, id est, escam, qua inescantur p̄fices, πάντας appellat idem εἴρης διάπειρος. οὐδέ τι πλάνα. Athen.lib. 14. duos nobileis planos commemorat Cephisidōrum, & Pantaleōtērum: ac de posteriore hæc à Chrysippo lib. 5. Σὺ τὸ καλὸν καὶ ἱδοῦς scripta esse tradit. ὁ δὲ Πάνος Pantaleōn τελευτὴν μέλλων εἰσέπερν τὸν καλόν, οὐδὲν εἰπαττῆσεν φύσεις μονώ αὐτῷ λέγει, οὐδὲ κατεργάσθη τὸ γενοῖο, ὥστε μάτιον ἔπειρον κοινὴ σκάπτοτας αφθόνη εἰπαττῆσεν, id est, planus autem Pantaleon, cum iam iam effet moriturus, utrumque filium seorsum decepit, cum uni diceret se ei soli aperire, ubi aurum condidisset, ac defodisset: ita ut illi ambo postea vīla fidientes, se à patre decertos effenserint.

L I C E T I L L Y P L V R I M A] licet planus ille vberit lacrymetur: licet per Osirim Agyptiorum Deum iuret. Herodotus in Euterpa, Osirim scribit eundem esse, atque Dionysium. Idēmque scurit Tibull.lib. 1.eleg. 7. Primus aratra manu sollertia fecit osiris, &c. De Osiride multa Plutarchus in lib. de Iside & Osiride.

T O L L I T E] tollite, erigite, vt episto. ad Pisones, non sit, qui tollere curer. vel tolle equo, aut vehiculo, vt saty. 6.libr. 2. quem tollere rheda vellet iter faciens, quod minus placet: quamvis ita loquatur & M. Tull. epist. ad Qu. Fra. lib. 2. sed me factum est iniusta verecundia, vt te proficiens non tollerem. Idem offic. 3. optauit, vt in curru patris tolleretur. T. Luinius li. 23. ann. fancio vehiculis tolli, portarique iubet.

Q V A R E P E R E G R I N V M, V I C I N I A] id est, vicini quād maxima voce possunt, reclamant illi plano, cuius fallacias habent cognitas: quare peregrinum aliquem, nempe qui te non norit, vt ei facias facias. nam nos quidem, qui te nouimus, inducere, seu fallere amplius non potes.

EPIST. 18. AD LOLLIUM. 2.

ARGVMENTVM.

Quæ ad conseruandam amicitiam facienda sunt, quæ item vitanda, ac præsertim quomodo quis erga potētiorem amicum gerere se debeat, Lollum docet. Initium autem sumit ab iis qui dum tenere modum non norunt, vel scurrarum portiū quād amicorum fungi officio videtur, vel asperitate agresti (quam libertatem meram & virtutem veram haberi volunt) vtuntur. Postrem d. eum ad quārenda illa ex quibus tranquillitatem vita consequi possit, horretur.

A *I*bene te noui, metues liberrime Lolli, Scurrantis speciem præbere, professus amicum.

Vt matrona meretrici dis̄par erit, atque Discolor: infido scurra distabit amicus.

Eth huic diuersum vitio vitium, & prop̄ maius,

Asperitas agrestis, & inconcinna, grauiisque:

Quæ se commendat tonsa cute, dentibus atris,

Dum vult libertas mera dici, veraque virtus.

Virtus est medium vitiorum, & * utrinque reductum.

Alter in obsequium plus aquo pronus, & *imi

Doris or lecti, sic nutum diuitis horret:

Sic iterat voces, & verba cadentia tollit,

Vt puerum saeo credas dictata magistro

Reddere: vel parteis minimum tractare secundas.

Alter rixatur de lana sape caprina.

Propugnat nugis, armatus: scilicet * ut nō Sit mihi prima fides: & , verè quod placent, vt non

Acriter elatrem: prætium etas altera sordet.

Ambigitur quid enim? Castor sciat, an Docilis plus.

Brundisium Numic I melius via ducat, an AppI.

Quem damnoſa Venus, quem præcepſ a lea nudat:

* Gloria quem ſupra vireis & vefit, & vngit:

Quem tenet argenti ſitis importuna, famaſque:

Quem paupertatis pudor, & fuga: diues amicus

Sape decem vitiis instructior odit, & horret.

Aut,

Aut si nō odit, regit: ac, veluti pia mater, aprum Plus, quād se, sapere, & virtutibus effe priorem

Vult: & ait prop̄ vera: * mihi contendere noli:

Stultitiam patiuntur opes. tibi parvula res est.

* Arcta decet sanum comitem toga. deſine mecum

Certare. Entrapetus, cuicunque nocere volebat,

Vestimenta dabat pretiosa. beatus enim iam

Cum pulchris tunicis, sumet noua confilia, & ſpes:

Dormiet in luce: ſcorto postponet honestū

Officiū: nummos alienos* pafset: ad imum Thrax erit: aut olitoris aget mercede cabbulum.

Arcanum neque tu ſcrutaberis ullius umquam:

Comiſſumque teges & vino tortus, & ira.

Nec tua laudabiliſtudia, aut aliena reprendes:

Nec, cū venari volet ille, poēmata pāges.

* Gratia ſic fratrum geminorum Amphionis, atque

Zethi diſiluit: donec ſucepta ſeniero

Conticuit lyra, fraternalis ceſiſſe putatur

Morib us Amphion. tu cede potētiſ amici Lenibus imperiis: quotiēque educet in agros

Ætolis onerata plagiſ iumenta, canēſque:

Surge: & inhumana ſenior depone canēa:

Cenes ut pariter pulmenta laboribus emta:

Romanis follenne viris opus, utile fama,

Vitæq; & membris: præſertim cū vaſreas, &

Vel cursu ſuperare canem, vel viribus

aprum

Posſis. adde, virilia quod ſpeciosius arma

Non eſt, qui trac̄et. ſcis quo clamore co-

rona

Prælia ſuſtineas campeſtria. denique ſeu

Militia puer, & Cantabrica bella tulisti

Sub duce, qui templis Parthorum ſigna

refixit:

Et nunc, ſi quid abeft, Italis adiudi-

cate armis.

Ac, ne te retrahas, & inexcufabilis abſis:

(Quamuis nil * extra numerum feciffe,

modūmque

Curas interdum nugaris rure paterno.

Partitur linteis exercitus: Actia pugna

Te duce per pueros hostili more* refertur.

Aduersarius eft frater. lacus, Adria: do-

nec

Alterutru velox victoria fronde coronet.

Consentire ſuis ſtudiis qui crediderit te,

Fautor utroque tuum laudabit* pollice ludum.

C Protinus ut moneam (ſi quid monitoris eges tu:)

Quid de quoque viro, & cui dicas, ſaþe videto.

Percunctatorem fugito. nam garulus idem eft:

Nec retinent patula commiſſa fideliter aures:

Et ſemel emiſſum volat irrevocabile verbum.

Non * ancilla tuum tecur ulceret villa,

puerue

Jura marmoreū venerandi limen amici:

Ne dominus pueri pulchri, caræve puella

Munere te paruo beet: aut incommodus

angat.

Qualem commendes, etiam, atque etiam affice: ne mox

Incutiant aliena tibi peccata pudorem.

Fallimur: & * quondam non dignum

* tradimus. ergo
Quem sua culpa premet, deceptus omittet
 tueri:
 Ut penitus notū si tentet crimina, serues,
 Tuteris que tuo fidentem presidio: * qui,
 Dente Theonino cùm circumroditur:
 ecquid
 Ad te pòst paullo ventura pericula sentis?
 Nam tua res agitur, paries cùm proxim⁹
 ardēt:
 Et neglecta solent incendia sumere vireis.
 Dulcis inexperis cultura potentis amici:
 Expertus metuit tu, * dum tua nauis in
 alto est:
 Hoc age: ne mutata retrorsum te ferat
 aura.
 Oderunt hilarem tristes, tristēmque iocoſi:
 Sedatum celeres: agilem, nauūmq; remisiſi:
 Potores bibuli media de nocte Falernī
 Oderunt porrectā negatēm pocula: quāuis
 Nocturnos iures te formidare vapores.
 * Deme supercilios nubem, plerumque mo-
 defus
 Occupat * obscuri ſpeciem, taciturnus
 acerbi.
 Inter cuncta leges, & percunctabere
 doctos,
 Qua ratione queas traducere leniter auū:
 Ne te ſemper inops agitet, vexetque cu-
 pido:
 Ne panor, & rerum mediocriter utiliū
 ſpes:
 Virtutē doctrina paret, naturāne donet:
 Quid minuat curas: quid te tibi reddat a-
 micum:
 Quid pure tranquillet: honos, an dulce lu-
 cellum,
 An ſecretum iter, & fallentis ſemita
 uitæ.
 Me quoties reficit gelidus Digentia ri⁹:
 Quem Mandela bibit, rugofus frigore
 pagus:

A Quid ſentire putas? quid credis amice pre-
 cari?
 Sit mihi quod nunc eſt, etiam minus: * &
 mihi viuam,
 Quod ſuper eſt cui, ſi quid ſuper eſſe volū-
 diſ:
 Sit bona librorum, & prouixa frugis in
 annum.
 Copia, ne flūitem dubia ſpe pēdulus hora.
 Sed ſatis eſt orare Iouem, qui donat, &
 aufert,
 Det vitam, det opes: * aquum mi animum
 ipſe parabo.

M E T V E S] id eſt, vitabis, nolles, cauebis, mil-
 lies ad monūmus, lege annor, ad Odam 2.lib. 2.
 ibi, illum ager penna metuente ſolui.
 S C V R R . S P E C . P R . & B .] ſpeciem præ te-
 ferre hominis pabuli cauſi aſſentatū, ſic loqui-
 tu: Brutus ad Cicero, in epiftolis ad Brutum, in
 ea, cuius initium eſt, Particulam litterarum, qui po-
 tes intueri, que geſteris, ſimil & iſta vel probare, vel
 ita demifere, ac facile pati, ut probant, ſecundum prebaſe:
 quamquam vulgo legitur habet: & Iul. Cæſ. libi.
 3. de bello Gallico, ſecundum, atque opinioneum pugna-
 tum preberent. & T. Luuius libr. 3. Annalium, Re-
 man prima luce venientes procul ſpectaculum hoſtium pre-
 buere. Icura eſt, ut ſup. diximus, qui pabuli cauſi
 potentiori alii aſſentatur, & riuſum mouet. θω-
 πολέμος, & θεοτον vocans Græci, neque ve-
 rō muicū interēt inter ſcurram, & aſſentato-
 rem, quem illi θάλασσa nominant: aut, ſi quid
 interest, Horatius tamē hoc loco ſcurram pro
 aſſentatore accipit. Quemadmodum autem hic
 poëta ſcurram, id eſt, aſſentatorem, ab amico
 diſtinguit, ac ſeparat, ita M. Tull. ſcurra ab ora-
 torie faceto, & urbanio lib. 2. de oratore ad Qu.
 fratr. his verbis, Temporis igitur ratio, & ipſius di-
 cicitati moderatio, & temperantia, & raritas diſtor-
 rum diſtinguit oratore à ſcurra. Iam verō quid in-
 terſit inter aſſentatorem & amicum, & quomo-
 do alter ab altero diſcerni poſſit, ſcripserunt
 Plutarχus, & Maximus Tyrius, oratione 4. &
 Themistius iunior, oratione 3. Postremo aſſen-
 tatoris mores pulcherrimè deſcripſit Theophrastus in libello, qui inſcribitur, θῆτοι ξε-
 ρίηπες.

V T M A T R O N A M B R E T R I C I D I S P .] ſic
 epift. ad Pilon. Effatire leueſ indigna tragedia ver-
 ſus, & ſeftis matrona moueri inſa diebus, Intererit Sa-
 tyrus paullum pudibunda proterius.

D I S C O T O R] vel diſſimili vestitu, vel diſſi-
 milis ſimplicerit, ego tamē illo modo mālo. ma-
 trona enim alio genere yeſtis ſtuntur, aliū-
 que

que etiam in veſtitu colorē fortassis vſurpat, quām meretrices.

I N F I D O S C V R R A E] deeft ſic, eſt enim hīc
 aſta nādois, ſeu redditio ſimiſitudinis, inſido au-
 tem, id eſt, θεῖτις, ſeu cui non eſt credendum, neque fidendum.

E S T H V I C D I V E R S Y M V I T I O] ſic
 Aristot.lib. 2. de morib. ad Nicomach. φίλον, id
 eſt, amicū, ſeu affabilē, medium conſtituit
 inter eum, qui omnia loquitur ad voluptatem,
 numquāmque alterius orationē improbar, aut
 refellit, quem & peccor, id eſt, blandum, ſeu pla-
 cendi ſtudioſum appellat: & eum, qui in omni
 ſermone & cōgreſſu acerbum, atque inſuauem
 ſe prebat, quem δοτεγη, & δυπολον nominat,
 & prop̄ autem reponſi, ſecutus libros vteres.

I N C O N C I N N A] inueniuta, illepidā, inſua-
 uis, à ſociate, & conuictu hominum aliena.

Q V A S E C O M M E N D A T T O N S A
 C V T E] qua ex corporis horrore, aſperitate,
 ſquallore, illuſuie, immunditiae, laudem aſcupa-
 tur. Quia, qua rontentur, hiſtura, & pilosa ſint
 necelle eſt, iccirco per rōſam cutem, totius cor-
 poris horridam quandam, & hiſtutam aſperita-
 tem ſignificat. M. Anton. Muretus dicebat, ic-
 circo per tonsam cutem immūditiam, & ſqualo-
 rem ſignificari, quia eo tempore Romani ne-
 que barbam, neque capillum condebat, p̄iæter
 immundos, & ſordidos homines: quod puto
 eſte falſum. nam contrarium eſt verum, ut
 per ſpicuum eſt, cūm ex multis aliis locis, tūm
 ex hiſ ſe rōſibus Horat. epift. ad Pilon. Nanſiſce-
 tur enim p̄iū, nomēnque poēta, ſi tribus Anti-
 cyri caput inſanabile numquam Torsori Lito com-
 miserit: & iis, qui ſunt ſat. 3. lib. 2. dij te, D. maſippe,

C deeque Verum ob confiſſum donent tonsore. Qui autē
 putant hoc loco legendum, tonsa haud cœre, fal-
 luntur.

V I R T U S E S T M E D I V M V I T .] ſic A-
 ristot. virtutes omnes dicit eſſe μετόντας, id
 eſt, mediocritates, & (vtr ita dicant) mediterrates.

E T V T R I M Q V E R E D V C T V M] ab v-
 troto extremo remotum.

A L T E R I N O B S B Q V I V M P L V S A-
 Q V O] aliter ille, ſue aſſentator, ſue ſcurra, plus
 & equo officio ſus, ita ut facile apparet, arceſſitā,
 & de industria quaſitam, & ſimulatam eſte bla-
 ditiam.

I M I L E C T I] in quo ipſe accumbit, eſt enim
 imus leetus vel inſima pars lecti, vel leetus inſi-
 mus, minūſq; honorificus, in quo videlicet diſ-
 combunt infeſtiores amici, quod declarat locus
 Sueton. in Auguſto, Neque cenauit umquam, niſi in
 imo leetto aſſiderent. Plautus in Sticho, ſic tu me du-
 dum effimi ſabelli vi. ibid. Ergo oratores populi,
 ſummati viri, ſummi accumbent, ego inſimia inſimus.
 imi igitur lecti derisorem ſic accipio, qui te, & e-
 iuſdem loci, ordinis que homines derideat. ſolēt
 enim aſſentatores, & ſcurra de ſe, quām maximē
 fieri potest, detrahere, ſuāque omnia extenuare,

m i m v m] histrionem, aliās mimus fabula eſt

paullò obscurior, ac licentior, quam comœdia, quales erant Laberij mimi, & tñ μυηθητα appellata: quia ea imitatur & sermones obsecnos, & facta indecora, ac turpia.

A L T E R] agrestis ille, & inconcinnus.

R I X A T V R] nonnulli legi volunt rixator, & delectant comma post vocem caprina: à quibus difsentio.

D E L A N A C A P R I N A] de re nihil. notum prouerbium est.

P R O P V G N A T N V G I S] id est, pugnat pro nugs, quod est, nugs defendit, armatus proinde ac si pro aris, ac focis pugnandum sit, caue ita coniungas, armatus nugs, quod vulgo faciunt, neque est, quod quisquam hoc loquendi genus improbus, propugnare nugs, nam apud veteres in verbis compotitis non solebat prepositio repeti, ut adigere iusurandum, & adigere arbitrum dicebant, non ad arbitrum. & ita M. Tull. 3, de Offic. arbitrum illum adegit, quicquid sibi ea de re facere oportet ex fide bona, & in Topic. aqua pluvia arcenda adigere arbitrum non possum. & pro Roscio Com. Quæ cùm ita sint: cur non arbitrum pro socii adegeris Roscius, quero, id est, ad arbitrum, seu ad prætorē adegeris. Virgil. Æneid. 9. Quoniam Italiā, quæ vos dementia adegit: Horat. de arte poët. neu quid medios intercīmat actus. ita propugnare nugs valer, pugnare pro nugs, vel, si quis malit, propugnare pro nugs.

S C I L. V T N O N S I T M. P R. F I D. E T V E R E, &c.] Totius huius loci hæc sententia est, Scilicet, ait agrestis ille, (est enim μύηθητα) si quis mihi alteram ætatem, id est, vel adolescentiam, vel alteram vitam, seu ætatem logiore, quam natura, & fata ferant, mercedis, & pretij loco promittat, vt ne liberè dicam, acriterque defendam, & obtineam, quod mihi reuera placet: ego reiiciam, ac respuam, vt statius diceremus, nolim merere alteram ætatem, vt nō liceat mihi, quod verè placet, defendere, & vt non mihi in primis fides habeatur. sic enim loquitur Plautus in Menæchmis, Neque hodie, ut te perdam, mereor deum diuitias mihi. Idem Mostell. quid merear, quamobrem mentiar? id est, quid est, quod tanti faciam, vt eo accepto mentiri velim? sic & M. Tullius orat. de signis, Quid arbitramini Rheginos, qui iam ciues Rom. sunt, mereri velle, ut ab iis marmorei Venus illa auferatur? Idem lib. 2. de Finib. quid merearū igitur, ut te dicas in eo magistratu omnia voluntatis causa facturum esse? Itetur Plautus Bacchid. quadringentis Philippis filius me, & Chrysanthus circumduxerunt: quem quidem ego ut non excruciem, alterum tantum auri non meremam. [Idem aliter in Casina, Tribus non conduci possum libertatibus. Cum ego illis hodie comparem magnum malum.] Tibullus aurem proprius accepit ad hoc genus Horatianum eleg. 9. li. 1. Tum mihi iurabas nullo te diuitias auri Pondere, non gemmis vendere welle fidem: Non, tibi si pretium Campania terra daretur: Non, tibi si Bacchi cura, Falernus ager. Iam quod Horatius alteram ætatem posuit, pro grā-

di, & amplio pretio, videtur in eo Homerū esse imitatus, apud quem λα. Phœnix negat Achilli se vlla conditione pasturum, vt ab eo distrahat: non, si Deus ipse sibi promittat senectutem absterga, atque ablata, adolescentiam, & pubertatem. Sic Homerū, Ως ἀν ἔπειτ' Σπόλοι, φίλοι τέκοι, οὐχ ἐλόμους Δείπτεσθ', οὐδὲ εἰπει μοι Τροπογόνη θεὸς αὐτὸς Γῆρας Σπολέστος, θίσει νέαν ηὔσοντα. fortasse vero nascunt referenda ad illam de Phœne fabulam, qui, cùm Venere ex Chio traiecerit, hanc mercedem operi, officiique tulit, quod ex rugoso, arido, imbecillo, ac debili sene, nitidus, & firmus, & integratate iuuenis effectus est. Iolaus item, cùm apud inferos, & iam mortuus, cognovisset, Eurysteū ab Atheniisibus Heraclidas ad supplicium deponere, optauit à Diis inferis, vt sibi liceret reuiniscere, rantis per dum illum interficeret. quo imperato, Eurysteōque imperfecto, ad inferos bis mortuus reuersus est, ali⁹ dicunt non mortuum reuixisse, sed utrare iam confecta, & corpore vieto, iterum pubuisse, deinde Eurysteo imperfecto, iterum senem factum esse. Huc quoque ascribere licet notissimam de Pelia fabulā, quem promiserat Medea se ē sene, iuuenem puberem, ac florentem effecturam: de quo vide ad sat. 5. lib. 2. Præterea Pherecydes, & Simonides scripsisse dicuntur, Iasonem à Medea recoctum, iuniorēmque, quam erat antea, esse factum. Idemque de Ælone eius patre Græcus quidam poëta scribit, his versibus: Αὐτίνη δὲ Αἰσθάνεται θύμον τέρποντα, Εἴρης Σπολέστος εἰδήποτε παρπάτοσι, Φαρμακεῖ πόλλον εψόσεται ζεύσιον λέσσον, id est, statim autem Iasonem puerum reddidit pubescentein, senectute absterga atque abrasa, ingenio sollerti & mente docta, cùm medicamenta multa coxisset in aureis leberibus, qui versus existant in argumento Medea Eurip.

S O R D E T] nihil sit à me, nihil penditur. suprà epist. II. Cunctane pre campo & Tiberino sumi-nes fordini?

A M B I G I T V R Q V I D E N I M ?] οὐδὲ μηδεὶστεταξα, quæ enim de re cōtrouersia est? nempe de nugs, de rebus minimi ponderis.

C A S T O R S C I A T, A N D O C I L I S P L V S] Castor & Docilis par gladiatorum. alij, histriones fuissent volunt.

N V M. M E L. V. &c.] Numicia via, an Apia, de via Numicia (sic enim legitur in vulgaris cod.) nihil compri. neque hanc viam Publius Victor, qui scriptis de regionibus, & locis vrbis Romæ, vsquam cōmemorat, cùm ceteras vias enumeret. in codice quidem Tornesiano sine vlla litura scriptum est Minuci, non Numici: & item in Russardino, & Nicotianis, & aliis quibusdam, de Minicia via autem meminit M. Tull. lib. 9. epist. ad Attic. epist. cuius principium est, Natali die tuo, &c. cohorteisque sex, qua Alba fuissent, ad Curtium Minicia transiisse, &c. vt mihi fiat

fiat verisimile legendum h̄c esse Minici via, nisi cui forte secunda syllaba nominis Minici videbitur esse longa, quod ratio postulat. sed fortasse aut iidē erat Minicij, qui Minicij: & dici potest, hanc viā Miniciam esse nominatam à Minicio, & legendū apud Cic. Minicia via, nam apud Publ. Victorem quidem suspicor in nomine Minicia, litteras esse præpostero, consuēto que ordine locatas, & pro Minicia totidem litteris legendum esse Minicia, veritatem iudicet lector. Nam dotti quibusdam video nō esse dubium, quin sit ex hoc loco reponendū apud Cicer. Numicia, quomodo me testor scriptum reperire in duabus codicibus Memmianis. Sed ne iis assentias facit codex Tornesianus earundem epist. in quo est litteris plenis scriptum Minicia.

D A M N O S A V E N V S] infra epist. ad Aug. lib. 2. damnosa libido.

P R A C E B R S A L E A] epithetum aptissimum ad aleæ iactum.

N V D A T] pauperat, vt loquitur Plautus, & item noster Horat. sat. 5. lib. 2. Contentū cassū nuce pauperet, &c.

G L O R. Q V E M S V P. V I R E I S, &c.] eum, qui ostērātionis, & gloriæ causa, vestitus vtitur sumtuosore, vnguentōq; largiore, aut cariore, quam facultates ferant.

Q V E M T E N. A R G. S I T I S] quem constrictum teneri argenti, seu pecuniae cupiditas, & appetitio, sit & famæ tralatio.

I M P O R T V N A] quæ desiderantem conquisci non sinit, quæque à portu quodammodo prohibet, vt suprà Od. 16. lib. 3. Importuna tamen pauperes abeat.

P A V P E R T A T I S P V D O R] parsimoniae, vel paupertatis pudorem ait esse pessimum M. Porcius Cato apud Liuium lib. 34. annalium. Sic ex vulgi opinione dixit Horat. Od. 2. 4. lib. 3. Magnum pauperes opprobrium ubet Quiduis et facere et pati. codem pertinet illud epist. 1. lib. 1. vides, que maxima credis Eſſe mala, ex quum censum, tūpēque repulſam Quanto deuiles animi, capitique labore.

D I V E S A M I C V S] ordo verborum hic est, diues amicus saepe multis partibus vitiōsior inferiori amico, quāvis hic amicus inferior, talis sit, qualē eum descripsit, nempe Veneri deditus, aleator, ostentator, & gloriōsus, pecuniae cupidissimus, &c. eum odit, ab eōque abhorret, ac refugit; aut, si non odit, &c.

P I A M A T E R] pia, id est, cui deberur pietas, vel que magis diligit filium, quā à filio diligitur, cuius est piē & colere parentis.

A C V I R T U T I B. E S S E P R I O R E M V V L T I] vult eum esse meliore, quam se. sic multi sunt hodie, qui suos familiareis ac ministros volūt esse temperateis, modestos, ac frugi, cùm sint ipsi dissolutissimi, ac nequissimi: in quos cōuenit illud Varronis, quod refert Gellius lib. 15. cap. 19. Si quantum opera sumiſti, ut tuus pistor bo-

num faceret panem, eius duodecimā philosophia debet: ipse bonus iampridem esset factus. Nunc, illū qui norunt, volunt emere milibus centum: qui nouit, nemo centuſi. Sunt & qui amicos quidem bonos viros, & virtute præstantes esse volunt, ipsi autē sunt nequissimi: quos reprehendit M. Tullius in Lælio, his verbis, sed plerique peruersi, nē dicam impudenti, amicum habere tamē volunt, quales ipsi esse non possunt: quæque ipsi non tribuant amicos, hec ab iis defiderant.

M I H C O N T E N D. N O R I, &c.] hæc loquitur potentior amicus. significat autē Horatius, diuites existimare sibi aut omnia licere, aut certè plura, quam tenuibus. Itaque Aristoteles scribit Rhetor. 2. ὅπισθιον δὲ πλεῖον εἶδι, id est, stultas esse diuitias. & Isocrates Arcopagitico, συντετάχτω, καὶ αὐτοὶ λόγῳ τοῖς πλεῖστοις, καὶ ταῖς διωτέσσιν αὐτοῖς, καὶ μετὰ ταῦτα ἀστατικα, id est, uno ordine incedūt, & vna ambulant cùd ibi & porcībus amentia, & cum ea intemperantia. & Plautus in Sticho, Secundus fortunam decent superbie. Iam torum hanc locum, securi veteres libros & Vaticanos, & alios, restitui, cùm anteā legeretur, mea contendere nolit. s. p. Est autem Horatianum, mihi contendere, pro eo, quod est, meū contendere, sic Virg. Daphn. Montibus in noctis fulo ibi certet Amynas, plura collegimus exēpla ad Odam 6. lib. 1. ibi. viridique certat Baca Penafio.

A R C T A D E C. S A N. C O M. T O G A] vtebatur laxioribus, & amplioribus togis diuites, quam tenues homines, vt suprà Od. 4. epod. Vide ne sacram metiente te viam, Cum bis ter vlnarum togas, ut ora vertat huc, & huc cunctum Liberima indignatio: hoc igitur dicit, vestitus parui pretij, nō sumtuosus, decet amicum inferiorē, qui modō sit sane mentis.

E V T R A P E L. C V I C V M Q.] stulto diuiti, & improbo, orationē affingit sapientem, & veram, vt tanto apertius demōstret, diuitias homini, præsertim prauo, & insipienti, nocere potius, quam prodeſſe, sed illud præterea, & quidē precipue docet, non eadem licere inferiori amico, quam superiori. Arbitror autē, h̄c designari volumonium illum Eutrapelū, ad quē exstant epist. M. Tull. lib. 7. due pofremæ: quem cōmemorat & epistola quadam ad Papir. Pætum, libr. 9. & Philipp. 13. qui fuit Antonij intimus.

B E A T V S B N I M I A M] diues factus, beatissimus: vel qui sua opinione sit beatus.

S V M E T N O V A C O N S I L I A] suscipiet per se, & nemine consulto, noua consilia. aliud forrassē est capere consilium.

E T S P E S] repeate διὸ κοντεῖ sumet: noua sperabit.

D O R M I E T I N L V C E M] dormire in lucem est inertium hominum, aut certè otiosorum, securorum, & solitorum, vt suprà epist. ad Scænam, si te grata quies, & primam somnus in horam Delectat. & sat. 6. lib. 1. Deinde eo dormitum non sol-

bicitus, mihi quod cras surgendum sit manet.

N V M M O S A L I E N O S P A C E T] pecuniam alienam accipiter grandi fanoire. nam ita fit, ut nummi alieni pascantur, & crescant, pecuniaque pecuniam pariat, ex quo τόπος à Græcis est appellatus. translatum videtur à pecudibus, quæ pascuntur.

A D I M V M] ad extremum, tandem.

T H R A X E R I T] gladiator erit. vel se se au-
torari patietur, ut deponget in ludo. M. Tull. oratione de prouinciis consulat. Cuius iter in pro-
tuinciam fuit eiusmodi, ut rex Ariobarzanes consulem
vestrum ad eadem faciendam, tanquam aliquem Thra-
cem, conderet. Horat. sat. 6. lib. 2. Thrax, an Gallina
Syro par? In quibus libris reperi scriptum. Trex
erit: in nonnullis Threx erit.

C O M M I S S U M Q U E T E G E S] sic saty. 4.
lib. 1. commissa tacere Qui nequit, hic niger est. saty. 3.
ciusd. quid faciam, si furtum fecerit, aut si Proddiderit
commisa fidei? & commissa simpliciter intelliguntur
arcana, & consilia alterius fidei commissa, ut
hic, & infra ead. epist. Nec retinent patula commissa
fideliter aures. & in epist. de arte poët. Ille tegat com-
missa. Isocrates appellat λόγων φύσις τεθνάς,
ad Demonicum, his verbis, μάλλον τίπει τοι τὸν λόγων, ή τὰς τὸν λεγούσας φύσις τεθνάς.
M. Tull. Tuscul. 2. in cultu iusta potest ab homine
propter vim doloris emittante commissa, prudente confessus?

E T V I N O T O R T V S, E T I R A] torquē-
tur enim homines quodāmodo vino, & ira, id
est, vino & ira explorantur, & spectantur, & βα-
στικόν, sintne fidi. nam poti, & irati arcana
sibi commissa interdum enuntiantur. Iam hominū
ingenia vino explorari cōstat: ut Od. 21. lib. 3. τὸ
lone tormentum ingenio admones. Plurimique duro, &
de arte poët. Reges dicuntur multis vngere cululis,
Et torqueare mero, quem per se siffrē laborant, An sit ami-
cita digna. hoc ergo dicit: neque potus, neque
iratus occulta tuae fidei credit, apertus.

N E C, C U M V E N A R I V O L E T I L L E,
&c.] infierior amicus totum se ad nutum, & vo-
luntatem potentioris infletere, & torquere debet. Itaque danda ei opera est, ut illius studia omnia amare, ac probare videatur. nam quemad-
modum morum, & animorum, ita & studiorū
similitudo amicitionem cōglutinat: dissimilitudo,
inimicitias concitat: idq; declarat exēplo gemi-
norum fratum Amphionis, & Zethi.

P O E M A T A P A N G E S] scribes versus,
cūm, &c. pangere propriè figere est: itaque dicun-
turi rustici pangere plantas, & terminos, nisi quis
dicat non minus propriè dici pangere versus &
carmina, quām plantas, quia veteres, qui in cera
scribebat, versus in cera figere nō immerito di-
ci poterant. sic Lucret. libr. 1. Te sciam studeo scri-
bundis versibus esse, Quos ego de rerum natura pangere
conor. Idem ibid. Deinde quid obscura de re tam inci-
da pango Carmina. Horat. episto. ad Pisones. Nunc
satue est, dixisse, ego mira poēmata pango.

G R A T I A, SIC F R A T R V M, &c.] Ze-

thus & Amphion gemini fratres, ingenio, & in-
stituta ratione vita, & studio, multum inter se
dissimiles fuisse dicuntur. hic enim fuit philosophus, idēmq; musicus: ille pastor à Musis, & phi-
losophia alienissimus: hic comis, suavis, cōmo-
dus: ille agrestis, seuer, insuavis, & inhumanus,
qua ex dissimilitudine factū est, ut amicitia, ca-
ritasque illa fraterna facilè inter eos dissoluere-
tur. Zethum à musica admodum alienum fuisse
declarat Stratonicī hominis facetissimi iocu-
s in musicū quandam Zethum nominat, ut scribit
Athen. lib. 7. Ζέθης δὲ τὸν κηρυκίου διεγίνοντας
μάντεις μάντεις, μάνται, ἐφη, οὐ, περιστρεψαντες
μάντεις λαλεῖν, οὐτε τὸν ἀμφοτιπάτον τὸν
μάνταιν εἶναι, εἰ σαυτὸν ἀντ' ἀμφίφορον Ζέθην
γέλειν, id est, cum Zethus citharista de musica
difficeret, tibi soli (inquit) minimè omnī cō-
venit de musica verba facere, qui quidē nomen
tibi asciueris à musis alienissimum, si te ipsum pro
Amphione Zethū nominas. Ex Platone quoq;
facilè intelligere licet magna saepe fusile inter
fratres illos iugria. apud quē Callicles moleste
ferens se à Socrate cōvinci, et vīparit in Socrate,
quaē Zethus in Amphionē apud Euripidē,
paullū immutata. sic enim ille in Gorgia ex Eu-
ripidis tragœdia quadam, quaē non exstāt. καὶ
διεστέλλειν τεπονέλαιναν δέσποτον τὸν Ζέθην τοὺς τὸν
Αμφίφορον Εὐερπίδην, τὸν ερυθρόστον. καὶ γέρει
ἄττα ποιεῖται επείγοντας τοὺς τὸν Ζέθην, οἷα
περ Σάνειον τοὺς τὸν ἀδελφόν, ὅπερ ἀπέλειται
τὸν Σώκρατες, οἷον δέ τι τοῦ θητεμέλειοθεα, Καὶ φύον
ψυχής τοῦ γεννήματος ἔχον, περιφύομεν την. Αργε-
τεπτεις μερφώματι τοῦ οὔτε τὸν δέντες βελάριο
τραχεῖται ανορθόστας λόγον οὔτε εἴδος καὶ πι-
θανὸν ἀλάβοις, οὔτε τὸν δέλλον γεννήματα βέλει-
μα βουλεύσασθαι. Καὶ τοι δέ τοι φύει Σώκρατες (καὶ
μοι μηδὲ ἀπεθεόμην εἴναι, περιφύομεν την. Αργε-
τεπτεις μερφώματι τοῦ οὔτε τὸν δέντες βελάριο
τραχεῖται ανορθόστας λόγον οὔτε εἴδος καὶ πι-
θανὸν ἀλάβοις, οὔτε τὸν δέλλον γεννήματα βέλει-
μα βουλεύσασθαι. Καὶ τοι φύει Σώκρατες (καὶ
μοι μηδὲ ἀπεθεόμην εἴναι, περιφύομεν την. Αργε-
τεπτεις μερφώματι τοῦ οὔτε τὸν δέντες βελάριο
τραχεῖται ανορθόστας λόγον οὔτε εἴδος καὶ πι-
θανὸν ἀλάβοις, οὔτε τὸν δέλλον γεννήματα βέλει-
μα βουλεύσασθαι. Καὶ τοι φύει Σώκρατες (καὶ
μοι μηδὲ ἀπεθεόμην εἴναι, περιφύομεν την. Αργε-
τεπτεις μερφώματι τοῦ οὔτε τὸν δέντες βελάριο
τραχεῖται ανορθόστας λόγον οὔτε εἴδος καὶ πι-
θανὸν ἀλάβοις, οὔτε τὸν δέλλον γεννήματα βέλει-
μα βουλεύσασθαι. Καὶ τοι φύει Σώκρατες (καὶ
μοι μηδὲ ἀπεθεόμην εἴναι, περιφύομεν την. Αργε-
τεπτεις μερφώματι τοῦ οὔτε τὸν δέντες βελάριο
τραχεῖται ανορθόστας λόγον οὔτε εἴδος καὶ πι-
θανὸν ἀλάβοις, οὔτε τὸν δέλλον γεννήματα βέλει-
μα βουλεύσασθαι. Καὶ τοι φύει Σώκρατες (καὶ
μοι μηδὲ ἀπεθεόμην εἴναι, περιφύομεν την. Αργε-
τεπτεις μερφώματι τοῦ οὔτε τὸν δέντες βελάριο
τραχεῖται ανορθόστας λόγον οὔτε εἴδος καὶ πι-
θανὸν ἀλάβοις, οὔτε τὸν δέλλον γεννήματα βέλει-
μα βουλεύσασθαι. Καὶ τοι φύει Σώκρατες (καὶ
μοι μηδὲ ἀπεθεόμην εἴναι, περιφύομεν την. Αργε-
τεπτεις μερφώματι τοῦ οὔτε τὸν δέντες βελάριο
τραχεῖται ανορθόστας λόγον οὔτε εἴδος καὶ πι-
θανὸν ἀλάβοις, οὔτε τὸν δέλλον γεννήματα βέλει-
μα βουλεύσασθαι. Καὶ τοι φύει Σώκρατες (καὶ
μοι μηδὲ ἀπεθεόμην εἴναι, περιφύομεν την. Αργε-
τεπτεις μερφώματι τοῦ οὔτε τὸν δέντες βελάριο
τραχεῖται ανορθόστας λόγον οὔτε εἴδος καὶ πι-
θανὸν ἀλάβοις, οὔτε τὸν δέλλον γεννήματα βέλει-
μα βουλεύσασθαι. Καὶ τοι φύει Σώκρατες (καὶ
μοι μηδὲ ἀπεθεόμην εἴναι, περιφύομεν την. Αργε-
τεπτεις μερφώματι τοῦ οὔτε τὸν δέντες βελάριο
τραχεῖται ανορθόστας λόγον οὔτε εἴδος καὶ πι-
θανὸν ἀλάβοις, οὔτε τὸν δέλλον γεννήματα βέλει-
μα βουλεύσασθαι. Καὶ τοι φύει Σώκρατες (καὶ
μοι μηδὲ ἀπεθεόμην εἴναι, περιφύομεν την. Αργε-
τεπτεις μερφώματι τοῦ οὔτε τὸν δέντες βελάριο
τραχεῖται ανορθόστας λόγον οὔτε εἴδος καὶ πι-
θανὸν ἀλάβοις, οὔτε τὸν δέλλον γεννήματα βέλει-
μα βουλεύσασθαι. Καὶ τοι φύει Σώκρατες (καὶ
μοι μηδὲ ἀπεθεόμην εἴναι, περιφύομεν την. Αργε-
τεπτεις μερφώματι τοῦ οὔτε τὸν δέντες βελάριο
τραχεῖται ανορθόστας λόγον οὔτε εἴδος καὶ πι-
θανὸν ἀλάβοις, οὔτε τὸν δέλλον γεννήματα βέλει-
μα βουλεύσασθαι. Καὶ τοι φύει Σώκρατες (καὶ
μοι μηδὲ ἀπεθεόμην εἴναι, περιφύομεν την. Αργε-
τεπτεις μερφώματι τοῦ οὔτε τὸν δέντες βελάριο
τραχεῖται ανορθόστας λόγον οὔτε εἴδος καὶ πι-
θανὸν ἀλάβοις, οὔτε τὸν δέλλον γεννήματα βέλει-
μα βουλεύσασθαι. Καὶ τοι φύει Σώκρατες (καὶ
μοι μηδὲ ἀπεθεόμην εἴναι, περιφύομεν την. Αργε-
τεπτεις μερφώματι τοῦ οὔτε τὸν δέντες βελάριο
τραχεῖται ανορθόστας λόγον οὔτε εἴδος καὶ πι-
θανὸν ἀλάβοις, οὔτε τὸν δέλλον γεννήματα βέλει-
μα βουλεύσασθαι. Καὶ τοι φύει Σώκρατες (καὶ
μοι μηδὲ ἀπεθεόμην εἴναι, περιφύομεν την. Αργε-
τεπτεις μερφώματι τοῦ οὔτε τὸν δέντες βελάριο
τραχεῖται ανορθόστας λόγον οὔτε εἴδος καὶ πι-
θανὸν ἀλάβοις, οὔτε τὸν δέλλον γεννήματα βέλει-
μα βουλεύσασθαι. Καὶ τοι φύει Σώκρατες (καὶ
μοι μηδὲ ἀπεθεόμην εἴναι, περιφύομεν την. Αργε-
τεπτεις μερφώματι τοῦ οὔτε τὸν δέντες βελάριο
τραχεῖται ανορθόστας λόγον οὔτε εἴδος καὶ πι-
θανὸν ἀλάβοις, οὔτε τὸν δέλλον γεννήματα βέλει-
μα βουλεύσασθαι. Καὶ τοι φύει Σώκρατες (καὶ
μοι μηδὲ ἀπεθεόμην εἴναι, περιφύομεν την. Αργε-
τεπτεις μερφώματι τοῦ οὔτε τὸν δέντες βελάριο
τραχεῖται ανορθόστας λόγον οὔτε εἴδος καὶ πι-
θανὸν ἀλάβοις, οὔτε τὸν δέλλον γεννήματα βέλει-
μα βουλεύσασθαι. Καὶ τοι φύει Σώκρατες (καὶ
μοι μηδὲ ἀπεθεόμην εἴναι, περιφύομεν την. Αργε-
τεπτεις μερφώματι τοῦ οὔτε τὸν δέντες βελάριο
τραχεῖται ανορθόστας λόγον οὔτε εἴδος καὶ πι-
θανὸν ἀλάβοις, οὔτε τὸν δέλλον γεννήματα βέλει-
μα βουλεύσασθαι. Καὶ τοι φύει Σώκρατες (καὶ
μοι μηδὲ ἀπεθεόμην εἴναι, περιφύομεν την. Αργε-
τεπτεις μερφώματι τοῦ οὔτε τὸν δέντες βελάριο
τραχεῖται ανορθόστας λόγον οὔτε εἴδος καὶ πι-
θανὸν ἀλάβοις, οὔτε τὸν δέλλον γεννήματα βέλει-
μα βουλεύσασθαι. Καὶ τοι φύει Σώκρατες (καὶ
μοι μηδὲ ἀπεθεόμην εἴναι, περιφύομεν την. Αργε-
τεπτεις μερφώματι τοῦ οὔτε τὸν δέντες βελάριο
τραχεῖται ανορθόστας λόγον οὔτε εἴδος καὶ πι-
θανὸν ἀλάβοις, οὔτε τὸν δέλλον γεννήματα βέλει-
μα βουλεύσασθαι. Καὶ τοι φύει Σώκρατες (καὶ
μοι μηδὲ ἀπεθεόμην εἴναι, περιφύομεν την. Αργε-
τεπτεις μερφώματι τοῦ οὔτε τὸν δέντες βελάριο
τραχεῖται ανορθόστας λόγον οὔτε εἴδος καὶ πι-
θανὸν ἀλάβοις, οὔτε τὸν δέλλον γεννήματα βέλει-
μα βουλεύσασθαι. Καὶ τοι φύει Σώκρατες (καὶ
μοι μηδὲ ἀπεθεόμην εἴναι, περιφύομεν την. Αργε-
τεπτεις μερφώματι τοῦ οὔτε τὸν δέντες βελάριο
τραχεῖται ανορθόστας λόγον οὔτε εἴδος καὶ πι-
θανὸν ἀλάβοις, οὔτε τὸν δέλλον γεννήματα βέλει-
μα βουλεύσασθαι. Καὶ τοι φύει Σώκρατες (καὶ
μοι μηδὲ ἀπεθεόμην εἴναι, περιφύομεν την. Αργε-
τεπτεις μερφώματι τοῦ οὔτε τὸν δέντες βελάριο
τραχεῖται ανορθόστας λόγον οὔτε εἴδος καὶ πι-
θανὸν ἀλάβοις, οὔτε τὸν δέλλον γεννήματα βέλει-
μα βουλεύσασθαι. Καὶ τοι φύει Σώκρατες (καὶ
μοι μηδὲ ἀπεθεόμην εἴναι, περιφύομεν την. Αργε-
τεπτεις μερφώματι τοῦ οὔτε τὸν δέντες βελάριο
τραχεῖται ανορθόστας λόγον οὔτε εἴδος καὶ πι-
θανὸν ἀλάβοις, οὔτε τὸν δέλλον γεννήματα βέλει-
μα βουλεύσασθαι. Καὶ τοι φύει Σώκρατες (καὶ
μοι μηδὲ ἀπεθεόμην εἴναι, περιφύομεν την. Αργε-
τεπτεις μερφώματι τοῦ οὔτε τὸν δέντες βελάριο
τραχεῖται ανορθόστας λόγον οὔτε εἴδος καὶ πι-
θανὸν ἀλάβοις, οὔτε τὸν δέλλον γεννήματα βέλει-
μα βουλεύσασθαι. Καὶ τοι φύει Σώκρατες (καὶ
μοι μηδὲ ἀπεθεόμην εἴναι, περιφύομεν την. Αργε-
τεπτεις μερφώματι τοῦ οὔτε τὸν δέντες βελάριο
τραχεῖται ανορθόστας λόγον οὔτε εἴδος καὶ πι-
θανὸν ἀλάβοις, οὔτε τὸν δέλλον γεννήματα βέλει-
μα βουλεύσασθαι. Καὶ τοι φύει Σώκρατες (καὶ
μοι μηδὲ ἀπεθεόμην εἴναι, περιφύομεν την. Αργε-
τεπτεις μερφώματι τοῦ οὔτε τὸν δέντες βελάριο
τραχεῖται ανορθόστας λόγον οὔτε εἴδος καὶ πι-
θανὸν ἀλάβοις, οὔτε τὸν δέλλον γεννήματα βέλει-
μ

chia tollunt in numerum, versus que tenati forte per seruum. Idem in Sileno, *Tu vero in numeris Faunoque, ferisque videres Izdere*, cuius contrarium est extra numerum. Lucr. libr. 5. *Atque extra numerum procedere membra mouentur Duxiter*, & duro terram pede pellere matrem. M. Tull. parado. *οὐτα τὰ δύο πρ.* *bifilio si paulo se mouit extra numerum, aut si versus pronuntiatus est syllada una brevior, aut longior, exibilatur, & exploditur, similiter extra modum valet sine modo, non seruato modo. Cice. de orat. ad Q. Frat. vox extra modum absita. numerus autem ad πόθυον seu metrum refertur, modus ad cantum: ut epist. de arte poët. *Accedit numerisque, modisque licentia maior*, & in modum valet modulatè, non numero, seu εργάσιον, quāvis ita Muretus explicet apud Catull. in carmine in nupt. Iulia & Manili.*

P A R T I T U R L I N T R E I S] id est, diuidit nauiculas inter se, vt duæ sint adversarie classes, una, quæ similitudine classis Casarianæ prebeat, altera, quæ Antonianæ. fuit autē hæc naus nauialis ferid commissa ad Actium promulgatorum Epiti.

A C T I A P U G N A T E P U C E P E R P V B R O S, &c.] hæc scilicet siebant quidem à Lollio, eo consilio, vt Augusto gratum faceret, cùm Actiacæ victoriæ memoriam puerorum pugna ludicra renouauerat: sed ramen fortasse ad historiam referenda sunt. Narrat enim Dion. lib. 50. pueros, qui Romæ erant, Antonio clade pugnæ Actiacæ præsignificasse. Nam diuini inter se nemine subente, cùm se altera pars Casarianos, altera Antonianos dicerent, inter se confixerunt ad duos dies. ad extreum autem vici sunt, qui Antoniani appellabatur. Verba Dionis Græca nō ascribā, satis est mihi locū indicasse.

R E F E R T U R] simulatur, representatur.

V E L O X V I C T O R I A] Vel hoc ad histriam referendum est: Nam tradunt Plutarchus, Florus, alij, victoriæ illam Actiacam fuisse certissimam: vel ad victoriæ naturam, quæ ferè velox est, sic saty. i. quid enim? concurredit, aut citatores venit, aut victoria leta.

N E M O X I N C V T I A N T A L I E N A, &c.] verbum incendi graviorem quædam perturbationis iustum animo illatum significat, per tralationem sermonis, nam incitare proprie est, quatando, & commouendo inferre: vt incitare plagam. ex quo incitare dolorem, timorem, tremorem, desiderium, amorem, vt suprà diximus in episto. ad Villicum.

F A L L I M V R] dum commédamus indignū, quia nobis cōmēdetur, vt pote qui sit improbus. E T Q Y O N D A M] nonnumquam, aliquando, interdum.

T R A D I M V S] commendamus alteri, vt suprà episto. ad Claud. Ner. vt tibi se landare, & trahere coner.

P R O T I N V S V T M O N E A M, &c.] Protinus, cōtinuitatem significat, inquit Varro. hoc igitur dicit. Continuato sermone, vt temoneā, video & quid, & de quo, & cum quo loquare. Silegemus Protenu, facilior erit lectio. nā prot-

nus valet porro tenus, deinceps, consequenter. (si q. y. d. m. o. e. g. t. v.) hæc sunt includenda interpositionis nota.

P A T V L A A V R E S] percontoris videlicet, qui ea ab aliis sciscitur, & exquirit, quæ ad alios continuò perferat, & renuntiet.

C O M M I S S A] arcana & occulta fiduci commissa, vt sopra.

V O L A T U R] eccl. Homerus verba ferè semper pennigera, aut (vt ita dicam) pénata, seu alata nominat. Nam passim apud eū occurrit hoc, ἔπεια περίπτετα περιπτέται: id est verba volatilia locutus est.

N O N A N C I L L A T V V M I E C. V L C. &c.] id est, vide, ne vlliū puellæ, puerive amore capiari in ædibus porterioris amici. sup. ad Od. 1. lib. 4. admonuinus, iecur sedem libidinis esse.

M A R M O R E V M] ex limine & vestibulo ædium marmoreo, ædium magnificētiam, & ornatum.

N E D O M I N V S P V. P V L C H. C A R E V E, &c.] In tibi cueniat alterum è duobus malis, vel vt impetres, quod amas, tibique illud ipsum magni beneficij loco numeretur, vel reūl fam feras, & ita porteriorum amicū illiber. acem se erga te præbuſſe queraris.

C V T I N C O M M . A N G.] aut te angas, si se incommodum erga te, dum tibi, quod amas, acque expertis, denegat, præbeat. *incommodus*, vel nomen est verbum adiuuans; cuiusmodi exēpla sunt apud hunc poëtam innumerabilia: vel dic *incommodū*, id est, quia se in te præbeat incommode & illiberalē, denegando tibi munus patrum, puellam, scilicet, aut puerum, cuius amore captus sis, & ita subintelligeret ὥ: quod sit.

Q V A L E M C O M M E N D E S, &c.] utrilibet præceprum, diligētissimumque retinēdum, cui non diffimile est illud Theognidis, Μίνωτ ἐπαγόνος, ἀφ' ἦντης ἄνδρα στρατιών. Οργή, & ποθον, καὶ τερπον θῆται. id est, ne vimquā quemquam prius laudaueris, quām planè noueris affectus, ingenium, mores.

N E M O X I N C V T I A N T A L I E N A, &c.] verbum incendi graviorem quædam perturbationis iustum animo illatum significat, per tralationem sermonis, nam incitare proprie est, quatiendo, & commouendo inferre: vt incitare plagam. ex quo incitare dolorem, timorem, tremorem, desiderium, amorem, vt suprà diximus in episto. ad Villicum.

F A L L I M V R] dum commédamus indignū, quia nobis cōmēdetur, vt pote qui sit improbus. E T Q Y O N D A M] nonnumquam, aliquando, interdum.

T R A D I M V S] commendamus alteri, vt suprà episto. ad Claud. Ner. vt tibi se landare, & trahere coner.

E R G O, Q V E M S V A C V L P A P R E M E T, &c.] ergo si acciderit, vt is, qui fuerat abs te commendatus, tanquā vir bonus, & integer, cum

cūm eum talēm esse putares, sua culpa in periculum adducatur, tum tu tua spe fallis, define cum tueri.

V T P E N I T V S N O T V M, &c.] ratio est superioris versus. define (inquit) illum, qui tuam spem fecellit, tueri, vt amicum hominem tibi perspectum, & cognitum, falsis criminibus circumventum, atque oppressum, omni studio, & acerbitate contentionis & salua existimatione tua, subleues, tegas, ac defendas.

D V M T V A N A V I S I N A L T O E S T]

id est, dum in cursu es, tralatio est.

H O C A G E] in hanc curam incumbe. hoc agere loquendi genus Latinis usitatum est, quod valer negotiū suscepsum accuratè administrare: attentū esse in re aliqua, aut in sermone, qui habetur: totum suum studium, & cogitationē in vna re ponere. Teren. in Andr. *hoc ne agis, an non?* D. ego vero istuc, ibid. ipsum adeò prefō video cum Dauo. hoc agit in Eunucho. Chr. alias res agit. P. istuc ego quidē, sic Xenophon. Ελλυμ. δ. ποδὸς χρέας αὐτῷ αὐτῷ σύμμορτος οὐδεὶς ἀνθραῖς τοις ἐπιτρέψεις, τοτὲ ἐποραθεῖ, id est, neque enim vincebat eū corporis volupates: sed semper quodcumq; negotium suscepisset, hoc agebat. Horat. Saty. 3. lib. 2. vt viuas agitur, vigila: hoc agit. Plautus Mil. gloriol. hanc agit rem, res subitaria est. Plutarch. in Cōriolano scribit, cūm magistratus, aut pōtifices sacrificabant, p̄ræconē magna voce clamare solitū esse, hoc agere, quibus verbis iubebat animum ad sacra attrēdere, nullūm quē omnino opus alienum interponere. verba Plutarchi sunt hæc, ὅταν γέρους αὐτοὺς, η λέπης τραχῶν πτυχή θείων, οὐ κακούς τραχεούς, μεγάλης φωνῆς βοῶν, οὐ ἄγε. σημερεῖ δὲ η φωνή τοῦ τραχεῖ, τραχεῖς κελεύσαται τοῖς ιεροῖς, καὶ μηδὲ ἐρνοῦμενταλεῖ μετατρέψει. id est, cum enim magistratus, aut sacerdotes aliquam rem diuinam faciunt prodiit p̄ræco magna voce clamans, hoc agere, significat autem vox, τοτὲ τραχεῖ, iubens attendere ad sacra, & nullum opus intermisere.

A G I L E M, N A V U M Q V E] hominem ad audiendum promittum, ac paratum, ad res agendas aptum, δραχμέων, τραχτεῶν: vt sup. epist. i. Nunt agilis fio.

R E M I S S I] ignavi, desides, ἀνεψθοι, iterates.

P O T O R E S B I B V L I] bibuli cohæret cum nomine potores: estque numeri multitudinis.

V A P O R E S] quidam libri veteres habent repores.

D E M E S V P E R C I L I O N V B E M] aufer è vultu tristitiam, atque immoderatè securitatem, quæ cōtracēt, ac sublatro superciliosum significatur: quod Græci τὸ τραχεῖον διφέρονται. superciliorum nubem, appellant. & ita Euripid. in Hippol. coron. ex quo δραχμέων τρεῖς, id est, superciliosi, Græcis appellantur feueri, tristes, superbiti: & τραχτεῶν συναφρυνούμενοι Eurip. in Alcestid. dixit vultū superciliosum, seu superciliosum obductum, & ἀριστερῶν τραχεῖς, id est, tollere superciliosum, prouerbij locū obtinet tūm apud Græcos,

tum apud Latinos, pro eo, quod est, vultu tristitiam quandam praese ferre. Diphilus comicus apud Athen.lib.2. Τός δρός ὀφρύα, συνπίλεις γέλων, Τός τ' ἀθετη τολμάν π, τός δελλών, θερσιν. id est, eum, qui supercilii tollit, adducis ut rideat: imbecillum, ut aliquid audeat: timidū, audacem reddis. & ita Catull. Ad Ianuā mulieris impudica. Preterea addebat quandam, quē dicere nolo Nomine, ne tollat rubra supercilia, id est, ne sublatō supercilium significet, le mihi iratum esse, ne grauiter, & iniquo animo ferat, συνεφῆ etiā appellatur à Græcis is, qui supercilij nube. i. contractione, tristitiam quandam praese fert, ex quo verbum συνεφῶν, & συνεφῶν ὄμψατα, apud Euripidem in Electra. & Sophocles in Antigone disertē γεφίλιας ὀφρύαν nominat, a pectus mæstum, ac tristē. Sic Sophocles γεφίλιας ὀφρύαν διεργάται τέτοιο εὐωτα παπειαν. id est, nubes autem superciliorū super cruentam faciē deformat, irrigas lacrymis formosam genam. sic Cicero in orat. in Pison. οὐδέποτε quidem illud, sed tamen urbana, ac faceē. Pisonē interrogatum quid seueriter de suo cōsulatu, ait respondens altero ad frontem sublato, altero ad mentem depresso supercilio, crudelitatem sibi non placere, significans, ac describens eius ineptiam, atque importunam seueritatem, quam in eadē oratione frontis nubeculam appellat. Idem de eodem in orat. pro Sextio. Tanta erat granitas in osculo: tanta frontis contrastio, ut illo supercilio, tanquam Atlante calum, annis illis niti videretur. Demosthenes in orat. οὐδὲ πεπονθεῖ τός ὀφρύς, videret accipere pro eo, quod est, plus aequo libi artogare, & gerere se insolēter. sic ille τότε μέντιον παρέχει εὔνοιαν ἐπειδὴ δὲ μέντη εἴργασι κακή, τός ὀφρύς ανέστη. id est, tunc quidē modestū scipium præbēbat: posteaquām autē maxima mala effecit, supercilia sursum extulit. & οὐδέγει τός ὀφρύς, id est, cōtrahere seu conduce supercilia, apud Aristoph. in Pluto, tristitiam & mæstiam significat. Quemadmodum autem sublatum, & contractū supercilium tristitiam, & seueritatem significat, sic remissum & laxum, hilaritatē. Pindarus οὐδὲ Πιθ. οὐδὲ οὐλαρὸν γελῶντος ὀφρύς. id est, hilario teplidam ridens supercilium. & Euripid. Iphigen. in Aulide remittere supercilium. Μέτεος νέος ὀφρύς τ' ἔκτενος φίλοι. id est, remittit nunc supercilium, & oculum carum extendito. Idem in Cyclope. Silenus. Ως οἰκπάτην ἀνέληκε βουλούμενος, Πάντοι κακλάποιν ἀπίδει, βοσκηματα, Ριφατ' εἰς ἀλημένη λευκόδεις περιφέας ἀπο, Απάξ μεθυθεῖς, καταβαλόν τε τας ὀφρύς. Ως, δις πίνων μη γένθε, μεγέτων id est, Nā calice vnum exaurire velim, pro eo omniū Cyclopū datis pecudibus, mēq; ipsum ex rupe Leucade in mare præcipitē agere, semel ebrius factus, superciliisque demissis, ac deictis. Hom. Ιλ.ο. de lunone, οὐδὲ οὐλαρον Χέλεον, οὐδὲ μέτωπον ἐπ' ὀφρύσι κακάσιν Ιάνθη. id est, illa autem quidem capite: Tu autem deinde cum intellexeris

lexeris, &c. & Εἰδούσης τοι κεφαλῆς θητεύοντος μη, id est, Siverō, age, tum ego tibi innuam. Terent. Adelph. ne mora sis, si innuerim, quis pugnus continuo in mala hereat. M. Tull. pro Quintio. non modo enim pollicitus erat in Gallia, sed Roma quoridie, simulatque sibi hic innusset, numeraturum se esse dicebat. vbi corrupte, & mendosè legitur in lib. vulgaris, annusset, annuere enim est eius, qui se asserint alteri, & quipiam approbare significat. Exportare frontem, animi remissionem, atque hilaritatem significat. Teret. A delp. mitte iam istac: da te hodie mihi: Exporte frontem. Plaut. Casina. prius ego te porrectiore fronte volo mecum loqui. Explicare frontem idem valet. sed ab Horatio ponitur pro eo, quod est hilaritas, & laetitia cauam præbēre. Od. 29.lib.3. Mundus que pars sub Lare parvum Cenae sine aulae est ofro sollicitam explicere frontem. Idem satyr. 2. libr. 2. Hæc venerata Ceres, ut culmo surgeret alto Explicitur vino contrache seria frontis, contraria frontem contrahere. M. Tull. in Cluentiana. Hic ille planus improbusius questu indicatio passus, contrahit frontem. [Plautus in prologo Amph. Quid contraxisti frontem?] Et consulcare frontem, quo virtutis Plaut. in Prol. Bacch. Item capere frons dicitur ei, cui frons contrahitur. Plaut. in Epid. quid illuc est, quod illi caperat frons seueritudinem? Frontem ferre gestus homini quipiam ægræ ferentis, & indignantis. Cic. ad Att. lib. 1. puto te in hoc aut rissif, aut ingenuissi, ut frontem ferias. Idem in Bruto, nulla perturbatio animi, nulla corporis: frons non percussa, non femur. Dionys. Halicarn. lib. 10. ἀρχαρογον. οὐδὲ παροτρεπτα, καὶ κατηφεύς τοι οὐκειστοντες ferentes frontes, & alpetus tristeis praeferebant. Frontem, vel os perficiuntur dicitur eum, quem significare volumus nihil pudore. Cic. Tusc. 3. quam tu idem, cum os perficiuntur, soles dicere ex quo hominem ferrei, & durri oris dicere solemus, id est, impudentem. Idem pro Quinct. homini pro amicitia familiarius dixi, mihi videri ore durissimo esse, qui presente eo gestum agere conatur. Idem de orat. lib. 2. quoniam sole sapientiam eorum impudentiam, qui agunt in cena gestum presente Rofio. Idem in Pisonem. si os tuum ferreum senatus concilio verberari noluisti. Catull. in quādam. Quod si non aliud potest, rubore ferreo canis exprimamus ore. Terent. in Eunuch. os durum. Iterum M. Tull. lib. acc. 4. nostis os hominis, nostis audaciam. Idem lib. 9. epist. ad Varr. Misit autem ad te quattuor admonitores non nimis verecundos, nosti enim profecto os huius adolescentis Academiae. Idem epist. 5. lib. 12. epistol. ad Attic. princip. O stultitiam, nisi mea maior esset, singularem. Quod autem os, in hanc rem ἐγρον abs te? Ita enim legendum esse ostendimus in notis Ciceronianis: quod & Turnebo venit eodem tempore in mentem, cum ei librum epist. ad Attic. manuscriptum, vtendum dedisset, eodem referendū est illud Afinij Galli in M. Pomponium Marcellum, grammaticum veterē, quē cōmemorat Suetonius in libello de illistr. Theocr. εἰδ. β. Καὶ μέτασταν ἀπορεύονται οὐκαντα πηγας, Εγενέτηται κατηφεύς. Et cum me aspergisset ferreus ille, & omni affectu humano carens, defixis in terram oculis sedebat in sella, seu in lecto. & Apoll. ἀρρονευτ. lib. 3. H. καὶ εἰς οὐ-

A dīos ἀγέ ποδῶν πάρος ὄμιστον ἐπίπεδον, Αἴδην πορφύραν τὴν σφίσι, id est, dixit, & in solū, tēu terram illa ante pedes oculos deficerunt, in duas partis cogitatione distractas, vel cū aliqua molestia, ut apud Eurip. Med. δέ τὸν ὄμητον ἐπίπεδον, οὐτ' ἀπαλλάξον τὸν περιόδον, id est, neque oculum attollens, neque a terra os remouens. Interdum admirationem quandam, & stuporem significant. vt Virgil. Aeneid. 1. *Dum stupet, obtinetque heret, defixa in uno.* Idem lib. 7. *I libris illo-
nei dicitur defixa Latinus obtutu tenet ora.* Horat. ep. ad Nomicium, *Defixa oculi, animoque & corpore sorpet.* T. Liuius lib. 2.1. *vitraque simul obiecta res ocu-
li, animis immobileis parumper eos deficit.* Idem lib. 5. *Gallos quoque velut obstupfactos miraculum vitorie tam repentina tenuit,* & ipsi paucore defixi primū ste-
terant, velut ignari, quid accidisset, deinde, &c. Inter-
dum animum in aliqua re confirmatum, & perseuerantem, vt cū Hom. δένωσι. oculos Vlyssi-
sis cum cornibus, aut ferro comparat, qui Penelopa virum suum præsentem quidem, sed non dum agnitus deflescente, ac multis cum lacrymis deficerante, ne tantillū quidem ingemuerit, aut illacrymarit. Οφθαλμοὶ δὲ ὡσεὶ κέρας ἔσταινε, οὐδὲν πόσις Ατεῖμας εἰς βλεφάρους, οὐλαὶ δὲ ὅγε δάκρυα κεῦται, id est, oculi autem vt cornua sta-
bant, aut vt ferrum, immobiles in palpebris, illa autem dolo lacrymas occultabat. Horat. Od. 5. lib. 3. & virilen Tornu lumi posuisse vultum. La-
crys tum gaudium, tum dolor, & luctus expri-
mit, gaudium, vt δένωσ. π. Ως ἀρά φονίσας ιόν
κεῖται, καὶ δὲ παρεῖναι Δάκρυν τῆς χαμαζε, id est, sic igitur locutus filium osculari est, ex geniis autem lacrymam misit in terram. & δένωσ. Ι. Penelopa Vlyssen agnoscens. Δάκρυσσα δὲ
ἐπειτ' ήνδε μάραθον, καὶ φίλος δὲ κέρες Δειπνοῦ θάλλη, id est, illacrymata autem postea rectā ad eum cucurrit, manus autem collo implicuit Vlyssen. ibid. de Vlysse. Ως φάτο· τῷ δὲ ἐπι μᾶλ-
λον ὑφίσιον, ὥρος γροι. Κλεψε δὲ ἔχον δλο-
χον θυμαρίαν κεῦται εἰδίκεια, id est, sic locutus est. εἰ autem tanto magis desiderium flevit iniecit. Ille autem plorabat habens uxorem ea sci-
tem, quae vito effusa grata, & iucunda. [Xenop. lib. 7. ἐλλήνων. τὸν μὲν τοῦ σπέρματον ἐφαστὸν α-
κοντίλας, ἀρεταρίδης ἀπὸ ἔγκροντον πάσιας κλαίειν, οὐτοκούν τούτῳ γαρ οὐ λύπη δάκρυν
δέται. Idem eod lib. taletum fleetum, talēmque rīsum D]
κλαυστρόντα nominat vno [vocabulo Gra-
co: sic illi ἔνθα] θεάσασθαι παῖδες έπει τοις σω-
τηλας τοῖς μὲν αὐθεντας δέξιοι εὐδόναις ἀλλήλους, τοῖς δὲ γυναικας πτῶν τε φερούσαις καὶ ἀμαχε-
ρά δάκρυσσοις παῖσσαις δὲ τοῖς παρθένοις τοτε γα-
τω ὄνται κλαυστέλωσι εἰχει. Terent. Heautont. ubi
dicimus redisse te, & rogare vni veniret ad te, mulier te-
lam deferit continuo, & lacrymā oppleret os totum fibi: ut
facile scires, desiderio id fieri vici. Idem Adelph. Dem.
oh, lacrumo gaudio. Virg. lib. 6. En. alacri palmas v-
erisque tetendit. Effusaque genia lacryma. Liuius lib. 5.
anno. Certatim patribus, plebique manare gaudio lacry-

3. eiusd. Pindarici fontis qui non expalluit hancius, id est, qui non extinxit. Capilli arrecti etiam metum significant. i. &. Op̄θαι δὲ τρίτες ἔται τὸν τὸν γνα-
μοῖσι μέλεα, id est, arrecti autem pili steterunt in membris flexibilibus. Virgil. Aeneid. 2. & 3. obſupui, steterintque comæ, & vox fauicibus hastis. Plato in 1ōne. ὁρῶν δὲ τρίτες ἔται τὸν τὸν φό-
λων, id est, recti autem pili stant ob metū, seu pra-
metu. Manum ad os apponere significat aliquid di-
ci, quod is, qui dicat, ab aliis exaudiri nolit. Cœl. ad Cic. lib. 8. & Domitius, cū manus ad os apposuit. Cordis latratus significat iram effervescentem. δένωσ. de Vlysse iam iam interitum procis me-
ditante, κραδίν δὲ οἱ ἐνδυ οὐλέσκει, id est, cor au-
tem ei intus latrabat. Nam cor ira sedes est, vt alibi annotauimus. Femoris percussio, index dolori. Hom. i. &. αὐτῷ Αχέλευς Μηρὼ πληγά-
λων πατροσοληνα πεσοτεπεν, id est, At Achiles
femoris percussis Patroclum allocutus est. &
δένωσ. Ωμέλει δὲ ἀρέπεται, καὶ ἀ πεπλήγε-
το μηρὸν Χεροὶ καταπλεύσασ, id est, miferum se
exclamauit, & sua femora percussit manibus
pronis. & i. &. Διν πατρὸν φύλαξε τε, καὶ ἀ πε-
πλήγετο μηρὸν Αίστος ὑρταριδης, id est, Tunc se
miserum clamauit, & sua femora percussit Εβίσιος
Hyrtacides. Plutarch. lib. εἰς εὐταρκῆς η κεκλι-
τεῖς πανοδαιμονίαν. Θυμὸν δὲ οὐκ ἀπέστησε
δυσφοροῦτα μελανοῖς, μὴ βούτης, μὴ δὲ τὸ πε-
ριγένειαν λαβέσθαι, τὸν μηρὸν κρεσου: οὐτοις περό-
στην η κεκλιτεῖς σιδηροι βιαστέρει: id est, ira
autem effervescenti, & agra aliquid ferenti pro-
pter aliquod factum, quod infestū nolit, num-
quam perfusa erit, vt non clamet, & non capillos
laceret, aut femur percussat: ita & igne & ferro
violentior vitiositas est. Plaut. in Milite glor. di-
gitis rationem computat, feriens femur dexterum. Idem
in Trucul. hoc uide: dentibus frenidit: sic femur, licet
huc etiā ascribere illud M. Tull. in Bruto, quod
suprà produxitum, frons non percussa, non femur.
Idem Tusc. 3. mulieres lacerationes generum, pecto-
ris, feminum, capitis percussio. Inflare buccas, quod
Graci dicunt. Ως γνάθες φυσοῦ, est irascens.
Hor. sat. 1. Quid canse est, merito quin illi sup-
per ambas iratus buccas infleret: videtur esse & insole-
centis, vt apud Demosth. Ως γνάθες γνάθες φυ-
σοῦ. Mordere labra, minantis. Hom. δένωσ. α. & οἱ
δὲ αρά πάντες δέλλεις εἰς κέλεσι φυτεῖς, id est, il-
li autem omnes dentibus labra mordentes, seu
mordicus labra tenentes, idem significat inter-
dum caput mouere, vt suprà diximus. Ridere labris
significat rīsum simulatum, vt i. &. εὐθάλεια
Χείλεον, id est, illa autem risit labris. Tale est il-
lud de Vlysse. δένωσ. οὐ μελιστε δέθυμος Σαρδονίου
μάλα τοιον, id est, subfrustis autem animo Sardo-
nium quendam rīsum, & δένωσ. σ. de Penelopa.
Αλεξίον δὲ γνάθασθε, ἐπει τὸ φάτο, id est, fru-
stra & sine caufa, vel non ex animo risit, & locuta est. Non dissimile illud est, ridere malis alienis. Homer. δένωσ. v. de procis, οἱ δὲ δένωσ. γνάθ-
μοῖσι γνάθαν ἀλληπιποιούσι, id est, illi autem ma-

Aγένεμπον, ιστρένω σε τῷ δέ γορέαν, καὶ σου γερέου, διέτελεν εἰδώλων, id est, Agamemnon, supplicia ad tua genua accido, & per tuum mentum te oro, & per tuam dexteram beatam. & ἡλ. de Thetide, Καὶ δέ πάροις αὐτῷ καθέκετο, καὶ λίθος γονίας Στρυχή, διεγέρη δὲ αὐτὸν αγγεῖον εἰς τούτον, id est, & ante eum sedebat, & genua eius laevi prehendit: dextera autem mentū retigit. οὐδὲν δέ Τουλέαν νῦν τὸ τέλος γένεται, αὐτὸν δέ πάροις, id est, Quare nunc ad tuā genua accedo, si forte velis, &c. & ἡλ. α. ἀγγή δέ τοι τούτον Χερσόνησον Αχιλλίον λάζε γονίαν, καὶ καὶ χείρας, id est, πορεψε autem cùm flarer, manus Aenillis genua prehendit, & osculatus est manus. T. Liuius lib. 45. Summittentēque se ad pedes suos, nec attingere genu passus, ex quo γενάσθε, quod idem ferè valer, quod supplicare. ibid. Καὶ τότε δέ τοῦ θράνου διέργοντο οὐρώποι Ήταν πολλὰ δέσμοις γενέθλιος, id est, Et tunc præter littus mari latè meantis ibam precibus deos fatigans, & genua flectens. Osculabantur autem etiam veteres os, & manus, & superiores inferiorum, & inferiores superiorum, tum in salutationibus, tum in gratulationibus. δέλος. α. Vlysses Laertem patrem osculatur, Κύνεδε μηδείας θείαλιθος, id est, Osculatus autem est eum circum hærens, affilios. ibid. Vlysses Dolius dextram osculatur. Ως αὐτοῦ, Δόλιος δέ δέσμοις καὶ χειρεσίαις, Αμφοτεροῖς δέ δέσμοις καὶ χειρεσίαις, id est, Sic locutus est: Dolius autem recta ibat manibus ambabus expansis. At Vlysses osculatus est ei iuncturam manus. Plurarch. in Caron. Vtic. Εἰσποντεῖσθαι τὴν ιδιαίτερην τοῖς ποσὶ, ή βασίζοι, καὶ γενεφίλεσταν τοῖς χειρεσίαις, id est, cùm subiectent vestimenta pedibus, qua ingredetur, & manus oscularuntur. Cogn. Tacitus de Neroni, ad genua ipsius adiuvui, & dexteram osculus fatigare. Vlysses Telephachum filium osculatur, δέλος. Ως αὐτοῖς οὐδὲ καὶ οὐδετέρα, id est, sic locutus filium osculatus est. Eumenius & Dolius Vlyssis serui, caput et humeros domini osculantur: & item Vlysses illorum, δέλος. καὶ μέσον ἀγαπαῖσθαι καὶ περαλίν τοῖς ὄμοις. Ως δέ αὐτοῖς δέσμοις καθαλάς, καὶ χειρεσίαις ἐκναστεῖ, id est, & osculabantur amplectentes caput et humeros. eodem modo autem Vlysses eorū capitū & manus osculabatur. Etia manus tangebant. Patercul. salutationis noua quædam exsultatio, & manus contingendi cupiditas. Virg. Eneid. lib. 7. Pars mibi pacis erit, dexteram tergitisse tyranni. [Lucr. lib. 1. tum portas propter abena Sigma manus dextram ostendunt attenuari. Sepe salientum tactu præterque meantum. nam etiam signorum ad portas virium positorum manus tangebant, & osculabantur & qui ex vrbe exhibant, & qui peregrinè in vrbum redibant.] Pedibus terram percute, vim doloris significat. δέλος. de Iro, αὐτὸς δέλος δύναται. Δακτύλον πολὺ γάγαν, id est, compresit autem denteis pede terram calcitrando pulsans. Idem ferè pedem suppoldere, nisi forte

gestus est indignantis, & grauiter ferentis. Cic. Bruto, nulli pedum suppollo. Idem lib. 1. de orat. ad Qu. Frat. Quid multa pedem nemo illo in indicio suppolist. Trahere pedibus, est indignis modis accipere, & contumeliosè tractare. Homer. i. l. a. Πλάτονος τετραγωνὸν διπλὸν διεπεπλεύσθε πεπλεύσθοι, id est, deiecit eum pede prorectum à pavimento diuino. & δέλος. Εἰλέκτης οὐκ επεπλεύσθοι λαβὼν ποδές, οὐκέτι αὐλίοις, Αἴθοντες τε θύεις, id est, trahebat autem eam ex veltibulo pece prehensum, donec peruenit ad aulam, & porticus foreis. & δέλος. π. Vlysses Telemacho precipitat, ne, etiam si se procul pedibus trahant, eius rei pœnas reperat, eóve facto commoneatur, sed potius tacitus ferat. Εἰ δέ μὲν ἀπικόστι δύμοις κατέχει, σὺν δὲ φίλοις καὶ τετλάτῳ τὸν οἴτεστι κακοῖς παρχόντας εὖσι, Ηὐ δέ περ καὶ δύο ποδῶν ἔπικαστοι θύεις, id est, si autem me ignominia & contumelia afficiunt in domo: tuus animus in pectore ferat dum in me mala à procis ingeruntur, quamvis me per domum pedibus foras trahant. Et qui cadunt in acie apud Homerum, trahunt pedibus vel à suis, ut sepeliantur, vel ab aduersariis, ut spoliennent, & obiciantur feris: à suis, ut ἡλ. α. Λ. Καὶ δέ πιοι δύμαντα κατέχουσι τοῖς ὄπεσιν. Εἰλέκτης ποδές μεμάσθαι, &c. ab aduersariis, ut ἡλ. α. Λ. Ως εἰπον ποδές εἰλέκτης καὶ κρατερός οὐρώπου Ηρας ιδομενεῖς, id est, sic locutus pede eum traxit in prælio heros Idomeneus. & δέλος. Εἰλέκτης γέρον περθύει, Αμφοτεροῖς δέσμοις δέλος καὶ ποδές ἔλαχι. sic Virgil. de Caco lib. 8. Eneid. Pedibusq; informe cadaver Protrahitur. Cic. ad Attic. lib. 4. fratrem meum, & te si habeo, per me istu pedibus trahantur. νοῦν εὐφοριστοῦσαν possum. Idem ad Volumn. lib. 7. epist. Nam de iudicis quod quereris, multo labore minus: trahantur per me pedibus omnesrei. T. Liuius lib. 34. hinc vocem Diagnosis solebat εἰπεῖν, πονοεῖν, non equi insidientem, sed pedibus trahitum tyramnum deberet relinquere tyranidem. Tremor corporis metum, & ignaniam significat. δέλος. de Iro cum Vlysses certamen ineunte. στρατεῖς δέ τε τρεμεότοι μέλεοσι, id est, carnes autem circa membra contremiscebant, ibid. de eodem. Τῷ δέπι μᾶλλον τὸν τεσμόνος λύνθε γῆγε, id est, ei autem etiam magis ac magis tremor in membra penetrauit. Horat. Ode 23. lib. 1. Εἰ κορε, & genibus tremit. Hom. i. v. Εἰ δέ τοι δειλός ἀπός, &c. vt sup. pag. 308. versu 55. sed hæc fuerit, (vt ait Thucyd.) οὐκολὴ λόγος. nunc ad pensum nodum exsultatio, & manus contingendi cupiditas. Virg. Eneid. lib. 7. Pars mibi pacis erit, dexteram tergitisse tyranni. [Lucr. lib. 1. tum portas propter abena Sigma manus dextram ostendunt attenuari. Sepe salientum tactu præterque meantum. nam etiam signorum ad portas virium positorum manus tangebant, & osculabantur & qui ex vrbe exhibant, & qui peregrinè in vrbum redibant.] Pedibus terram percute, vim doloris significat. δέλος. de Iro, αὐτὸς δέλος δύναται. Δακτύλον πολὺ γάγαν, id est, compresit autem denteis pede terram calcitrando pulsans. Idem ferè pedem suppoldere, nisi forte

Occvpatis obscuris speciem] obtinet, & præ se fert speciem hominis suam sententiam, sicutq; consilia nimiliū occultantis, hominis teclit, quem καρκίνον appellavit Graci. TACIT. A. C.] taciturnus præ se fert speciem hominis acerbi, hoc est, immixtis, & inhumani. LEGES, ET PERC. D.] discit ex libris doctorum, qui scripsierunt, & quæres ex doctis, qui adhuc viuant.

TRAD. LENIT. Α. V.] placide, quiete, tranquillæ ætatem agere, nonnulli libri manu scri- habent,

habent, transfluere.

NE TE SEMPER IN OPS] magia est hic librorum inter se dissensio. Nam alij habēr, vt vulgati ferè omnes, Ne te semper, &c. & prox. versu, Ne paucor, &c. quomodo edendum curauimus; alij, Non te semper, &c. & item proximo versu, Non paucor, &c. alij, Num te semper, &c. & prox. versu, Num paucor, &c. quam postremam scripturam reicio.

IN OPS C V P.] cupidas, quæ numquam expletur; quæ semper desiderat, semper egit. suprà Od. 16. lib. 3. **M**AGNIS INTER OPS IMP.] qualia sunt bona fortuna: quæ (vt ait Terent. Heaut.) perinde sunt, ut illius animus, qui ea posidet: Qui vicit, ei bona illi, qui non vicit recte, mala.

VIRTVT. DOCTR. P. NAT. NE DONET] quæstio est à veteribus laxe, & multum agitata, utrum virtus sit διδαχτην, id est, doctrina confiter, necne. Plato in Menone, ἀλλ' ἔγως εἶνον τοὺς διδαχτας, οὐδὲ πρότιμοι τοῦ πρωτοτοκοῦ, καὶ σκέψεις, ποτέροις δέ διδαχτας, οὐδὲ πρότιμοι τοῦ πρωτοτοκοῦ. id est, At equidem illud libetullimè, quod rogam, tam primum, & cōsiderant, & audierim, virtus ad virtutem aggregi oporteat, ut sub doctrinā cadentem, an ut natura, an ut aliquo modo hominibus contingentem. vbi videtur ad extremum probare, eam nequa à natura inseri, neque doctrina queri, sed diuinis hominib; euenerit: idēmq; disputat in Protagora. Xenophon verò φύει (inquit) κράτησον ἄπαντας τοὺς διδαχτας ἀπόρων τοῖς περίσσοις καὶ προστατεύοντας, id est, id, quod natura valet, & viger, omne est optimum. Multi autem homines virtutibus doctrina parti laudem consequi studuerūt. Idem vnde decimo ait, id, quod natura nobis est infustum, nihil facilius cōmutari posse, quād leonis, aut vulpis ingenium mutari solet, sic Pind. τὸ γάρ οὐρανός οὐδὲ αἴρει ἀλόπηκας τοῦ εἰλέκτου λέοντας. Οὐαλλάξιον οὐδέ. Idem Nem. tertio carm. demonstrat, eum, qui arte, ac doctrina sola naturatur, in utramque partem vacillare, ac titubare: eum verò, qui naturæ bono fretus sit, recteque sentiat natura, certo semper in loco consistere. συγγενεῖ δὲ τις εὐδέλεια μέγα βέβαιος δέ διδαχτης, καὶ πλειόντων, ἀλλοτε ἀλλα πάντας οὐπερειν γετεῖα πολλοὶ μικροὶ δέ περταὶ ἀτελεῖ γενέται.

QVID MINVAT C V R A S] quibus animis fodinatibus, trāquillæ, & beatè viui non potest, minvatum autem posuit pro tollat, q; cuelat, vt sit λιτότης, seu εἰλέκτως.

QVID TE TIBI REDD. A M I C.] sibi amicum eum intellige, non, qui sit φιλωτός (est enim hoc nomen odiosum, & in vitio locū habet, nisi ita accipias, vt eleganter explicat Aristoteles libr. 9. de moribus ad Nicom. pro eo, qui optimā sui partem, id est, menrem colit) sed qui suauiter, & iucundè viuat, qui sibi faciat bene,

qui denique non imitetur senem illū Terentianū scipium excruciantem: qualis est avarus: viport qui bonis quæstis vti frui non audeat, sed iis parcat, r̄i quā lacris. sic sat. 2. li. 1. hic vix credere posis, Quād sibi non sit amicus. Sic igitur hæc explicō, quid te tibi reddam. id est, quæ res tibi a-nimum tranquillet, ut statim ipse interpretatur Horat. *et p. epi.*

QUID P. T R A N Q V I L L E T] videat esse ἐπεζηγωτις, seu ἐπιμνεῖα, id est, interpretatio eorum, quæ proxime dixit, quid te tibi reddam, ut dixi. tranquillet autem, id est, tranquillum efficiat: quo verbo vitat M. Tull. lib. 1. de Finibus, que [institutio] non modo nunquam nocet cuiquam, sed contraria semper aliquid cum via, atque natura, quod tranquillet animos, tum p̄e nihil earum rerum defuturum, quæ natura depravata desiderat, &c. Idem Topic, perorationis effectus hic debet esse, ut aut perturbentur animi, aut tranquillentur. Cornelius Nepos in vita Attici, Tranquillat autem rebus Reg. remigrauit Romanis, &c. Plautus Captiuius, Ille demum antiquis est adolescentis moribus, Qui nunquam vultum tranquillavit gratias.

HONOS, A N D V I C E L V C E L L .] imperia, & magistratus, an amplificatio rei familiaris, negotiatio, mercatura, de honore, & honoris studio audi Xenophonem in Hierone. καὶ γάρ μι δοκεῖ, ὃ οἴσω, τόποι Διαφέρειν αὐτῶντος, τόποι ἀλλων τῶν προσίσθια. επεὶ σπουδὴ τούτη ποτοῖς, καὶ ὑποτοῖς, καὶ ἀφροδιτοῖς πανταῖς ὁμοίως πλεονεῖαι ἔσται τοῦτο τὸ φίλοτομα, οὐτὶ ἐν τοῖς αλλότροις ζωοῖς ἀμφότεραι, οὐτὶ ἐν ἀπαύγοντι αὐτῷ ποτοῖς. Οἷς δὲ τοῦ ἐμφύτη πρώτης περιττοῖς, καὶ ἐπείγοντι ἔροις, οὐτοὶ εἰσὶ οὐδὲν οἱ πλεῖστοι τοῦτο τὸ φίλοτομαν. Διαφέροντες, αὐτὸς δέ, καὶ οὐκέτι αὐτῷ ποτοῖς νομίζειντοι. Ωτε έμοι μόνῳ εἰδότος δοκεῖτε λαύτα πατεῖσθαι τούτοις, & φέρετε τὸ τυχαίνει, ἐπείσθη πιπάδε Διαφέροντας τόποι ἀλλων αὐτῷ ποτοῖς, καὶ γάρ οὐδεμία αὐτῷ ποτοῖς οὐδὲν τὸ θεῖον ἐγκύρων δοκεῖ εἶναι, η η τοῦτο τὸ πιπάδε εὐφροσύνη, id est. Nam mihi videtur homo, οἱ Hiero, reliqua animalibus eo præstare, quod honorem expedit. quandoquidem cibo, & potio, & somno, & rebus Veneris omnes animantes videntur aquæ delectari. Honor autem cupiditas neque in animalibus rationis expertibus innascitur, neque in omnibus hominibus. In quibus vero honoris, & laudis amor fuerit innatus, hi iam plurimum à pecunib; differant, virisque, & non iam homines habendi sunt. Quare hæc omnia, quæ in tyranno sustinetis, ac toleratis, meritò mibi perfere videbim. Etenim nulla voluptas humana ad mentem diuinam propius accedit, quam ea, quæ in honore perfatur, iucunditas. De lucro multa quidem dici possunt, quoniam probabile sit, dulce ab Horatio dictum esse, sed hominis sit otio lectorum abundantis longum esse in re aperta. hoc tantum dicam, lucrum à Græcis κέρδε appellatum, quasi κέρδος, id est, cor delectans, notum illud lucri bonus odor ex re qualibet. Grauer autem, & præclarè Agio ille apud Plaut. Capt. Non ego lucrum

omne esse utile homini existimo. Scio ego: multis iam lacerum luculentor [al. lutulentor] homines reddidit. Est etiam vbi profecto dannū præstet facere, quam lucrum, cui consentaneum est illud Menandri: βέλτην οὐ τὸ κέρδος τὸ πᾶσι συστῆν: id est, optimum est non in omnibus lucrum spectare, & illud κέρδη πονητὰς ζημίας ἀεὶ φέρει, id est, mala lucra tem per fuit damnosæ. nefarium illud Tū μὴ διεγέγε τῶν δοκιμῶν ἀριστοῦ. Td. δ' ἐργα τὸ πᾶν δρώτος, εἴδη κερδεύεις, id est, vni quidem iusti optimi nem comparato: facta autem hominis omnia facientis, ubi quecumque facies, cui consentaneum illud Sophoclis. Τὸ κέρδος οὐδὲν τὸ πᾶν δεῖ εἶναι, id est, dulce lucrum est, etiam si ex mendacio proficiatur. lucrum igitur fortassis appellavit dulce, quia lucro omnes ferē capiuntur, ut testatur idem his verbis, Ως οὐδὲν αὐτεχθὼς οὐκέτι διερέει, άλλ' εἰσὶ τὸ κέρδος ἀπαρτεῖται τοῖς. Nam nihil reue ra quicquam incorruptum est: sed omnes lucro sunt infirmiores. [Itaque Bias Prienensis interrogatus quæ re facienda delectetur homo, lucro faciendo, inquit, Εργηθεὶς τὸ ποιῶν ἀθροποτέρων, κερδάμων, εφί.]

AN S E C R. I T E R] italatio est, ut & in hoc proximo, quod sequitur, & fall. sem. vite, nam per secretum iter, vita genus à luce forensi, & strepitu populi, & aulis principum remotum significat.

FALLEN TIS SEMITA VITÆ] vita ab aulis principiū, à forensi strepitu, ab aura populari remota: vita degendæ ratio obscura. vita fallens, idem, quod vita latens, obscura, incognita, ignorata, norum illud λάθε βιάσσεται. sup. annot. ad epist. ad Scævam. semita vita autem translationis est, ut dixi. sic sup. epist. prox. Mirabor vitæ via si consueta decebit.

ME Q U O T I E S R E F. G E L. D I G.] quoties (inquit) me recreat Dignitas, fluuius nō ita magnus, minimèque natigabilis, vt rivo, & fluui, similius sit, id est, quoties sum in meo fido Sabino: (cuius situs & forma supra descripti sunt epist. 16.) quid me cogitare, quid me à diis immortalibus precari credis?

QUEM M A N D. B I B I T] Mandelam, vicum, seu pagum fuisse in Sabinis apparet ex ipsius Horatij verbis: per quem, seu iuxta quæ Dignitas fluebat. de quo in epist. illa 16. Fons etiam dico dare nomen idoneum, vt non Frigidior, &c.

R V G O S V S F R.] frigore contractus. SENTIRE cogitare, seu iudicare potius, vel exultare.

P R E C A R I] εὐχετήσαι, optare, sic Catull. ad Furium. Et festinatio, quæ soles precari Centum, define nam sat es beatus. Nam εὐχετήσαι apud Græcos & pretes, & optata significant: & εὐχετήσαι res, quæ optari potius, quam sperari possunt: & εὐχετήσαι uia, apud Platonem, id est, optatis similia.

VT M I H I V I V A M] non potentioribus, id est, ut meo modo, meoque arbitratu viuam, non potentiorum.

S I Q V I D

SI Q V I D S V P E R E S S E V O L. D.] pulchra θηρίος ἐπευοῖς, seu ἐπανόψοις. Nam quis fecit, an adiuvant hodiernæ tempora summa [al. vita] Cratina dī superi: Oda 7. lib. 4.

P R O V I S A E F R V G. I N A N N.] prouisa in annū, non in multos annos. dixit enim suprà Od. xi. libr. 1. & spati breui spem longam refecit. sic autem loquitur Cæs. lib. 1. de bello ciuili, Multū erat frumentum prouisum, & coniectum superioribus temporibus. & Horat. de art. poet. Verbāque prouisam rem non invita sequentur.

NE F L. D V B. S P E P E N D. H.] id est, vt ne pendeam à bonis incertis, ac speratis, sed potius fruar præsentibus, ac paratis: vel ne semper incertus sim, pendens à futuris, sed potius præsenti vita iunctitate fruar, ac potiar.

SE D S A T I S E S T, &c.] dissentunt hīc libri veteres inter se. alii enim habent, sed satis est orare, &c. alii, Hac satis est, &c. utraque lectio probabili est.

QU I D O N A T, E T A V F E R T] Graci poetae Deos appellant δοτηρες: id est, largitores bonorum.

AX Q V V M A N I M.] animū æquabilem, moderatū, & præsentibus contentum, animi æquitatem, vide annotat. ad Od. 3. lib. 2. quibus adde aliud exemplum ex M. Tull. pro M. Marcello, hic tu modum tuae vita non salute Reip. sed equitate animi definies: Sic autem hic locus intelligēdus, & interpretādus est, non, ut ludimagister quidam nuper, homo ad risum mouēdum, quād ad docendum, aptior, multis audiētibus asseuerabat, virtutem, & iustitiam mibi ipse comparabo, quasi significer Horatius, bona externa, & fortuita à diis esse petenda, atq; opīdā: iustitia verò & ceteras virtutes, à nobis sumendas: vt est apud M. Tullium lib. 3. de nat. deorum. Num quis quid bonus vir esset, gratias diis egit umquam: at quid diues, quid honoratus, quid incolitus: Iouēm, optimum maximum ob eam rem appellant, non quid nos iustos, temerantes, sapientes efficiat, sed quid saluos, incolument, opulentos, copiosos. Non igitur eadem omni ex parte loquitur Cicero & Horatius: sed ille quidē bona fortuita à diis petenda, virtutem à nobis: Horatius autem quid ad primum quidem illud attinet, idem, quod Cicero dicit, bona externa à diis esse precibus flagitanda: quid ad alterum, & secundum, non idem loquitur, sed æquitatem animi, sive (vt ita dicam) æquanimitatem, & æquum esse à nobis promendam, & sumendam significat.

EP I S T. 19. AD C. C I L N I V M M A C E N A T E M.

ARGUMENTVM.

Prauum quorundam in imitandis poetarum virtutis potius quam virtutibus studiū reprehendit. Imitatores vocans seruum pecus, se contrā

vestigiis aliorum insisteret voluisse negat. Deinde rationem reddit, curij, qui librorum eius letatione domi delectarentur, cōsque laudarent, foris eos vituperarent.

PR I S C O si credis, Macenas docte, Cratino:

Nulla placere diu, nec viuere carmina possunt,

Que scribuntur aquæ potoribus. ut male sanos,

* Adscripti Liber Sayris, Faunisque poetas.

Vina ferè dulces oluerunt manè camænæ: Laudib; arguitur vini vinosus Homerus.

Ennius ipse pater numquam, nisi potus, ad arma

Profiluit dicenda. forū, putēalg; Libonis Mandabo fissis: adimam cantare seueris.

Hoc simul edixit, non cessauere poëtæ

Nocturno certare mero: putere diurno.

Quid? siquis vultu toruo ferus, & pede nudo,

Exiguæq; togæ simulet *textore Catonem:

Virtutemne representet, moreq; Catonis?

Rupit Hyarbitam Timagenis emula lingua:

Dum studet urbanus, tenditque disertus haberi.

Decipit exemplar virtutis *imitabile, q̄ si

Pallerem caſu, biberet exsangue cuminū.

O imitatores, seruum pecus: ut mili sapere Bilem, sapere iocū vestri mouere tumultus!

Liber per vacuū posui vestigia princeps:

Non aliena meo pressi pede. qui sibi fidet Dux, reget examen. Parios ego primus Jambos

Ostendi Latio, numeros, animosq; secutus Archilochi, non res, & agentia verba

Lycamen.

Ac ne me foliis idèo brevioribus ornas,

Quod timui mutare modos, & carminis

artem:

Ddd

Temperat Archilochi Musam pede māscula^s Sappho:

Temperat Alcaeus: sed rebus, & ordine disper

Nec sacerum querit, quem versibus oblitus atris:

Nec spōsa laqueū famoso carmine necit.

Hūc ego non alio dictum prius ore, * Latinus

Vulcani fidicen. iuuat immemorata fermentem

Ingenius oculūq; legi, manibūq; teneri.

Scire velis, mea cur ingratus opuscula lector

Laudet, amētque domi: premat extra līmen iniquus:

Non ego ventos & plebis suffragia venor

Impensis cenarū, & tritæ munere vestis.

Non ego, nobilium scriptorum auditor, & vltor, (dignor.

Grammaticas ambire tribus, & pulpita Hinc illæ lacrymæ spissæ indigna theatris

Scripta pudet recitare, & * nūgī addere pondus,

Si dixi: ride, ait: & Iouis auribus ista Seruas, fidis enim manare poëtica mella

Tesolum, tibi pulcher. ad hæc ego * nari bus uti

Formido: & lucentis acuto ne fecer ungui, (sco.

Dissipat ille locus, clamo: & * diludia po-Ludus enim genuit trepidum certamen,

& tram: Fra truceis inimicitias, & funebre bellum.

C R A T I N O] poëta comico, de quo sat. 4. lib. 1. Eupolis, atque Cratinus, Aristophansque poëta, &c.

N E C V I V E R E] nec diu viuere, id est, nec diu in manibus hominum versari. tralatio est. Quidam nolunt repeti γένος κώνων diu, à quibus dissentio. Est inquam, tralatio. sic Mart. vi eternus Genium debet habere liber.

Q V A S C R I B . A Q V A P O T .] id est,

qua scribuntur ab aquæ potoribus: vt Oda 6. lib. 1. scribēris Vario fortis, &c.

A Q V A P O T O R I B U S] ιδηπότρως, qui se vino abstinent, οὐδεπ τίνει: siccis, aquam bibentibus.

V T M A L E S A N O S] tanquam insanos, aut parvum sanos. Non celabo lectorē tamē, veteres interpres, vt hoc loco aceipere pro postquam, quod probat Simeo Bosius: vt sit hæc sententia. Postquam Liber retulit in numerū Satyrorum, & Faunorū poëtas Græcos ac Latinos, Vina fere dulces, &c. Vult enim, trevis versus, qui deinceps sequuntur, pendere ab illis verbis, vt male sanos. Ascripsit Lib. Sat. F. que p. quod mihi vix probari potest.

A S C R I P S I T L I B E R S A T Y R I S , &c.]

retulit in numerū Satyrorum, & Faunorum, qui vtrique vinosi sunt, poëtas, vt diuinos, & furiosos. Ascripsit autem habent duo cod. Vatic. Iann. Faēt. Torn. & alij manuscr. quinque, quos hic nuper in Gallia inspexi, duo Russar. Cleric. Nicot. vnum meus. quos secutus sum. Postremō ita legit Seruias in commentari. in Melibœum Virg. ibi, Paſtores hedera cres. orn. p. vulgati Ascribit. Satyrorum autem nomen sententia est ad poetas Græcos: Faunorum ad Latinos, vt recte putat Bosius. Itaque Homerum, poëtam Græcum & eum quidē principem, primo loco posuit: & sic responderet Satyris: Ennius, poëtarum Latinorum patrem, secundo: atque hic responderet Faunis.

L A V D I B U S A R G V I T Y R V I N I , &c.]

id est, crebra apud Homerum vini laudes, cum fuisse vinosum indicant. arguitur vinosus, id est, declaratur fuisse vinosus: laudibus vini, id est, eo quod crebro vini laudet, vinū laudat. Homerus sub persona Hecubæ, λ. ζ. Asp̄l δὲ κεκμιστός μένος οἴνος ἀλέξει, id est, Viro autem defari-gate magnas virtes vinum amplificat. mox sub Hectoris persona vituperat. Μή μοι οἴνος λέγε μελιφρονα ποτνια μῆτερ, Μή μ' ἀπογύψους, μένος δ', ἀλλές τε λάθεσθαι, id est, Ne mihi vīnum alioqui suave afferit, & veneranda mater, ne me debilitas, & ita virtutis & robotis sim immēmor. Quamquam respōderi potest ab Hectore vinum vituperari nō simpliciter, sed eo tempore, cūm hostis à mēnib. arcēdus est. Poeta quidem ipse quandocumq; aliena persona posita, ex sua loquitur, vinū semper laudat, nūc εὐώεξ, id est, forte efficiens, nūc μελιφρονα, id est, dulce, seu iucundum, nūc μένος οἴνος, id est, viribus conueniens, nūc αἴθοτα nominans.

E N N I U S I P S E P A T E R] cur patet an quia primus poëta Latinus: vt Lucr. lib. 1. Ennius vi noster cecinit, qui primus ameno Detulit ex Heliconē perenni fronde coronam Per gentes Italas. an propter antiquitatem, & ita commune omnium poëtarum veterum nomen est?

P R O S I L V I T] quidam libri manuscr. ha-bent profili.

F O R V M , P V T E Á L Q V E L I B . &c.] sic-cis hominibus suadebo, vt sele ad caufas agen-das conferant: vt in foro, tribunalibꝫque ver-sentur. Sed animaduerat lector quod mihi indi-cauit Bosius, hic esse formulam quandā editō-rū prætoris. Ita enim prætores edicere solebāt, verbi causa. Pacta conuentia, que neque dolo malo, neque aduersa leges, plebis facta, senatus consulto, edita, decreta principum: neque quo fratre cuique eorum fiat, fa-fita erunt, seruabo, & alibi. Argentario, ērve, qui ite-rum postulauerit, causa cognita edī iusbebo, & alibi. One-dolo malo facta esse dicentur, si de his rebus alia actio non erit, & in ista causa esse videbitur, iudicium dabo, & alibi. Quod cum minore, quām x v. annorum natu-ge-stum esse dicetur, vt queque ea res erit, animaduertam. Quæritur iam cuius hæc verba sint, Liberine, an Ennius, an Cratini, à cuius nomine & senten-tia hanc epistolam ordit. Simeo Bosius putat esse Liberi, seu Bacchi: veteres interpres, En-ni:ego olim putauit, Cratini: neque video quid melius dici possit. verumtamen non satis li-quet.

P V T E Á L L I B O N I S] locum, vbi ius dicebat Prætor in foro Romano. vide annotata ad illum locum sat. 6. lib. 2. ante secundum Rōsim orabat sibi adesse ad puteal cras.

M A N D A B O] frequentādum dabo, commit-tā. Significat iocans, homines siccōs, ad poëti-can inepitos effe ad res forensis, iudicāq; pre-toria aptiores. mandabo forum autem sic dictum, vt mandare partem, in lib. de art. poët. ne forte seniles Mandentur iuueni partes, ibidem malē si mandata lo-quaris.

A D I M A M C A N T . S E V .] adimam can-tandi facultatem tristibus, & siccis, & sobrios, &c. res series assidue meditantibus, ac tractantibus. dixit autem adimam cantare Græcorum exem-plō, ἀφαιρόσθαι τὸ φέρεν.

H O C S I M V L E D I X I T] simul vt hoc edi-xit sive Liber, sive Ennius, sive, vt probabilius est, Cratinus, nam, vt ingenue fatetur, à quo po-tissimum horū trium, hoc edictum esse dicam, statuere nequeo: & quod multis aliis in rebus enuenire solet, multo facilius possum quod alij dicunt, refellere, quām quod mihi probabile vi-detur, confirmare. Simeo Bosius putat, Liberum hæc edixisse. Vult enim, hæc verba, forum puteal q; Libonis, &c. que similitudinem & formulam edi-storum prætoris p̄ se ferunt, esse declarationē & explicationem superiorum illorum, vt male sanos. Ascripsit Liber Satyris, &c. proinde quasi Li-ber ita edicendo, forum, puteal que Libonis Mandabo siccis, adimam cant. sive, ascripsit poëtas Græcos Satyris, Latinos Faunis: quod mihi per-suaderi non potest. Nam primū longē aliud est dicere, Liber poetas Satyris & Faunis ascripsit, quod significat, Bacchum quasi cooptasse in collegiū Satyrorū, & Faunorū poetas: aliud mandare forum, & puteal Libonis siccis, &c. id est, reiōcere siccōs & sobrios, & aquæ potores, ad

NON C E S S A V . P O R T A] stultum in ho-minibus imitandi studiū notat, qui præstantiū virorum virtutis, non virtutes imitatur: vt qui sele optimos poetas futuros arbitrantur, si, quia Ho-merum, & Ennius vinosos fuisse traditū est, vi-nolenti se ad scribendum conseruant: aut si, quia poëtas animi quodam concitatos esse oportere aiūt nō nulli philosophi, iecirebāt quām maximē furorem, insaniām, similitudinē. Ingenium misera quia fortunatus arte credit, & ex-diuitiis sanos Heliconē poëtas Democritus, bona pars non vnguis ponere curat, Non barbam: secreta petui loca, balnea uitat, &c. M. Tull. in perfecto oratore, Ego autem (inquit) illas ipsos lauda, idque merito, quorū se isti imitatores esse dicunt: et si in eis aliquid desidero:

hos verò minimè, qui nihil illorum, nisi vitium, sequuntur, cùm à bonis absint longissime.

N O C T . C E R T . M E R O .] totam noctem cum æqualibus certatim potare.

P U T E R E D I V R N O .] repete mero. Sed cur non dixit putere diurnum, vt dixit suprà oluerunt vina?

E T P E D E N V D O .] Plutarchus in Catone Uticensi, πολλάκις δὲ ἀντίδηπος, καὶ ἀχρού εἰς τὸ δημόσιον ὕδρειον μετὰ δέκανον, i.e. aequaliter tunc in publicum prodibat à prandio.

E X I G U A Q U E T O G A T E X T O R E .] id est, exigua toga, vt sit μετανυσία, quemadmodum suprà epist. i. per capillos ab inæquali tonfore decurratos, capillos inæqualiter tonsos significat, quidam viri docti affirmant, scriptū eſt in quodam cod. antiquo teſquare, ego eam scriputram nusquam reperi.

C A T O N E M .] Uticensim, vt apparet ex Plutarcho.

R E P R A E S E N T E T .] repræsentare propriū locum habet in pecunia in diem debita, die praesenti soluēda, & diem promissi repræsentare, est promissum, antè quān dies aduenerit, vel cerē cūm aduenerit, exſolue, ex quo repræsentandi verbo vtrius pro eo, quod est, rem, quae ab eo, praesentem conſtruere, vt M. Tull. pro Sextio, erat eo tempore ſenatus in ade concordia, quod ipſum tem plū repræsentabat memoriam consularis mei. Cæſar lib. i. de bell. Gall. Itaque ſe, quod in longorem diem collaturus fuifet, repræsentaturum eſt.

R U P I T H Y A R B I T . &c. .] id est, dū Hyarbita Timagenis eloquētiā conatur imitari, dirupit ſe, ſcilicet nimium cōtendendo, & clamando. ſic M. Tull. epift. ad Marium lib. 7. His ego tamen diebus, ludi ſcenici, ne forte videar tibi non modo beatus, ſed nec liber omnino fuifet, diripi pene me in iudicio Galli Canini familiaris tui. ex quo diripi appellantur, ordo verborum eſt, lingua Hyarbita, & inula Timagenis, rupit Hyarbitam, cōuenit autem interdū hoc verbū in ſtultos, & indoctos imitatores, cūm ſignificare volūmus, eos nūquā eorum, quos ineptè imitantur, præſtatiā affe cuturos: ve hīc, & ſat. 3. lib. 2. ad extremum, cūm magis, atque ſe magis inflaret, non, ſi te ruperis (inquit) Par eiſ. vide quā ad eum locū annotauit. Timagenem commemorat Suidas, aſq; rhetorē fuit et Alexander, vel, vt alij volunt, Ēgyptiū, à Gabiniu captiuum Romam abductum: à Fausto Sylla filio redemptum: Roīnē rhetorīā docuisse, & ſophifticam fecisse, vſque ad Auguſti tempora vixiſſe: ad extremū interdictum ei effe docendi munere propter niniam orationis liberratem, & maledicentia, & ita reliquā etatē in agro quodam Tusculano egiffit, & vome re conantem à cena, interiſſe. [Commemorat & Quintilianus lib. i. cap. x. & Plutarch. apoph. Auguſt. & lib. πῶς ἄντις Αὐγούſτου. τὸν καὶ Τιμαγῆνος ἔπειται τὴν γεγονότα φιλίας, ἐλεύθε-

ρα μὴν οὐδέποτε φωνή ζεγούμενος ἢ δὲ τοῖς συμποσίοις, καὶ τοῖς τελεταῖς εἰργότε ωρῆς οὐδὲ λέπτους απονέσθ, ἀλλ' ὅτι ποιούσατο γαλοίου ἀργέοισιν, οἵτινες φιλίας, ὡς τερπνοὶ λοιδεῖας, ψευδοφέρομενος.] De Hyarbita nihil vñquam me legere memini.

T E N D I T Q U E] & dum contendit, vt ſuprà Od. 29. libr. i. Socraticam & domum Montare locis Iberis Pollicitis meliora tendit.

D E C I P I T E X E M P L A R . &c. .] id est, exemplar, in quo aliqua inſunt virtia cum virtutibus coniuncta, imitatorem plerumque inducit, vt virtutibus omiſſis, virtus imiteretur.

Q Y O D S I P A L L E R E M C A S V . &c. .] ſat. 3. aut argenti palle amore. & epift. i. libr. i. nulla palle cere culpa.

B I B E R E N T E X S A N G V E C V M .] pallo-

rem meum imitari ſtudentes. Cum inum exfan-

gue appellat, quia pallidum reddit, id est, veluti exſanguem. Dioſcor. lib. 3. de cumino, πέπεις δὲ καὶ γεραῖς ἔτι τὸ ὄντοτε πανθεῖον τε, καὶ συγχέοντος, id est, cum inum immutat colorē; pa-

llidum enq̄ue efficit, ſue bibatur, ſue illinatur. Vſque-

adē autem hor venum eſt, vt ſiqua mulier pur-

peum colorē faciei ceruſa, aut alio aliquo

fuco appinxerit, granis cumini maniſ ruborem

illum continuo amittat, & natum pallorem

recipiat. κυμινοφάρπαζον vocant Graci, id est, cu-

mini ſectorē, hominē illiberalem, ac preparcū,

κυμινοφάρπαζον, quod, cūm granum cumini ſit mi-

nūquā, inſignem parfumoniam pre ſe ferat,

ac declarat is, qui rem tantillā integrum impén-

dere, aut dare nolit, ſed diuidat. Theocrit. i. 3. .

quod inſcribitur ἐργατίνοις, Κάλλιον ὁ πιμελῆς

φιλόργυρος τὸς φαλός ἔβειν Μή' πιπόμης τὰς

χεῖρας κατατρίψω τὸ καρπον, id est, Honelitus

eit o procurator auare, lenteis coquere ne manū

incidas cuminum ſecans. vbi interpres εἴωθα μόρ-

τὸς ἔργα φειδώλες κυμινοφάρπαζον καθέν, id est,

ſolemus præparcos homines cumini ſectors

appellare, vtitur hoc nomine & Aristoteles lib.

4. de moribus ad Nicom.

O I M I T A T . S E R V . P E C . &c. .] non im probat Horatius imitationem, neq; ſimpliceret reprehēdit imitatores. Nam M. Tullius Demofthenem, & Isocratē imitatus eft; Virgilius Horatius, Theocritum, Hesiodum: ipſe Horatius Alceum, Pindarum, Sapphonem, Archilochum, Simonides, Stesichorū, Anacreontem, ceteros. ſed eos imitatores inſtituit, atque exigit, qui nimis ſeruūt imitationi, nec quicquam audent ab eo, quem ſibi propofuerunt imitādum, diſcedere, & quod deterriūt eft, viſiōſiſſima quæq; amulatūt. duo ſunt igitur peccata ſtultorū imitatorum, quæ his duobus nominibus, ſeruum pe- cū, vt opinor, ſignificantur: vnum, quod nimis religiosè, & pene dicam, ſeruiliter imitatur: alterum, quod ita tardifunt, & hebetes, & peruerſi, vt eorum, quorum ſimiles eſt, aut haberi vo- lunt,

lūt, virtia pro virtutibus imitentur: in quo pecu- dum ſimiles eſt, id eft, communis ſenſu, & iudi- cio carere videntur, quos ite notat M. Tull. lib. 2. de orat. his verbis, Tum accedit exercitatio, qua il- lum, quem ante delegevit, imitando effingat, atque ina- exprimat, non ut malos imitatores ſape cognoui, qui aut ea, que faciliſ ſunt, aut etiam illa, que inſigia ac pane uitiaſ ſunt, conſectantur imitando.

V T Q M .] quād. ſic ſuprà Od. 25. lib. 3. ut mihi dextio R. ipsa, & vacuum nemis Miras liber.

I O C V M .] riſum. ſat. 5. lib. 2. Ne quid tu perdas, neu ſis iocuſ.

V E S T R I T V M V L T V S .] vestri timores exanimes, vestrę conturbationes, & trepidationes. tumultus enim eft timor multus, vt ait M. Tull. Philip. 8. Quid enim eft aliud tumultus, niſ perturbatio ſāt, vt maior timor oriatur? Vnde etiam no- men dūctum eft tumultus.

L I B E R A P E R V A C V V M . &c. .] vacuum dicitur, quod à nemine occupatū eft, libera autem veftria respondent illi, ſeruum pecus, gloria- torū rigor Horatius, ſe veftria in vacuo poſuiffe, & quidē libera: id eft, ſe ſcriptionis genus a ne- minē adhuc occupatum, aut vſurpatum, liberē, & ſuo arbitratū ſecutum eſt, ſic Propert. lib. 3. Primus ego ingredior pura de fonte ſacerdos Itala per Gratiā Oρgiā ferre choros, ſic item Lucret. lib. 4. Α- uia Pieridum peragro loca nullius ante Trita ſolo, inuit integrō accedere fonte. Atque haurire: iuādīg, nouos decerpere flores, Inſignēque meo capiti petere inde coro- nam, Vnde prius nulli velarunt tempora Myſa.

P R I N C I P S .] primus, vt ſaþe aliaſ. annot. ad Od. 16. lib. 1. principiſimo.

R E G E T E X A M B E N T R A L A T I O A B A P I B U S .] de Archilochuſ ſup. ad Od. 6. epod. Pindarus eſt. β. πτ̄. Archilochuſ ſuam maledicentiam nocuile ostendit his verbis, καὶ δὲ λεγάν τε πεύγειν δέοντος, νεκαροπέαν εἶδον γέρας εἰς εἴσοδον τοῦτον. Εν ἀμαχανίᾳ Φοράρι Αργολοχογ, id eft, me autem oportet fugere morlūm inuitū, maledicen- tiam. Vidi enim, cūm longè abeſſem, ſaþe cōſiliij, & facultatum inopem maledicūm Archilochuſ. Interpunctio viſioſa hanc locum obſcu- rabat: quam ego ſuſtuli: & nomen diſpar ad Ar- chilochum refero, vt ita hæc ſententia, Archilochuſ, quem ego meis verbis exprimo, diſſimi- lius illi Archilocho, cuius verbiſ acerbifimi, & atrocifimi ſunt, neque ſocerum, querit, &c. Ly- cambe ſignificat.

P A R I O S E G O P R I M . I A M B . &c. .] en- cur ſe paullō antē dixerit principem, id eft, pri- mum veftria in vacuo poſuiffe, non enim nega- uerit Horatius ſe Græcos imitatum eſt: ſed ſuo iure gloriari potest, ſe primū eft Latinis verbiſ lyricos ſcripſiſe, quamvis eorum Græci fuerint inueniētores. ſic Ode ultima lib. 3, dicar ex humili- potens Princeps Solium, carmen ad Italos Deduxiſe modos.

P A R I O S] Archilochios. Archilochuſ enim Pariuſ ſuit. Iambis autem maximē vſus eft in epod.

N U M E R O S .] ποθύδον, vel metrum. translatē dixit epift. 1. libr. 2. Scd vere numerōque, modōque edicere vīte.

A N I M O S Q V E] vim, & acrimoniam: ſpiri- tū, φρόνιμα.

N O N R E S , E T A G E N T I A .] id eft, non materiem, & verba iis ſimilia, que Lycambe ad laqueum adegerunt. De Lycambe diximus in epod.

I V V A T I M M E M . F E R .] iuuat me, dum

Ddd iii

A C N E M E F O L I I S .] id eft, ac ne mihi ic- cīcō minorem laudem tribuas, quod numeros Archilochi, & legē carminis immutare nō ſum aulus, ego iamboſ Archilochi, quamvis nulla ex parte à me immutatos, carmine Sapphico tamē, & Alcaīco temperauit, nempe in libris carminū. nonnulli aiunt, Sapphonem quoq; & Alcaē ſcripſiſe iamboſ verbiſ, ſed Archilochi verbiſ buſ moderatores.

T E M P R . A R C H . M V S . P E D E M A S C . S A P P H O . &c. .] id eft, Sapphica carmina, que ſcripſi in libris carminū, ſeu odarū, ad exemplum Sapphonis: & Alcaīca, que ad Alcaī, tem- perant Archilochi iamboſ nimis acreis, & con- tumeliosiſ, quibus vſus ſum in lib. epod.

M A S C V L A .] vel quod ita puellas amaret, vt ſolent viri, quodq; cum eis tanquā mas, tem ha- beret: vel, quod ingenio mafcalo fuerit in eo, q̄ veniuitiſſimos & politiſſimos verbiſ ſcripſerit, neque in lanificio aliarum mulierum more atra- tem cōſumserit, aut operam poſuerit: vel quod animo forti ac virili fuerit in eo, quod ſe e pētra Leucade präcipitē in mare deiicere aua fit: quod magis placet Turnebo: mihi non iſtē. Pu- to enim mafculam dici ob id potiū, quod virili, & magis digna, non muliebria ſtudia colue- rit ac traxit.

S E D R E B . E T O R D . D I S P . N E C S O C . Q . V .] ordō eft, ſed Archilochuſ apud me rebus, & ordine diſſimiliſ Archilocho illi, qui ſocerum illam ad ſuſpendium adegit, non que- rit ſocerum, &c.

N E C S O C E R V M Q V A R I T . &c. .] de Archilochuſ ſup. ad Od. 6. epod. Pindarus eſt. β. πτ̄. Archilochuſ ſuam maledicentiam nocuile ostendit his verbis, καὶ δὲ λεγάν τε πεύγειν δέοντος, νεκαροπέαν εἶδον γέρας εἰς εἴσοδον τοῦτον. Εν ἀμαχανίᾳ Φοράρι Αργολοχογ, id eft, me autem oportet fugere morlūm inuitū, maledicen- tiam. Vidi enim, cūm longè abeſſem, ſaþe cōſiliij, & facultatum inopem maledicūm Archilochuſ. Interpunctio viſioſa hanc locum obſcu- rabat: quam ego ſuſtuli: & nomen diſpar ad Ar- chilochum refero, vt ita hæc ſententia, Archilochuſ, quem ego meis verbis exprimo, diſſimi- lius illi Archilocho, cuius verbiſ acerbifimi, & atrocifimi ſunt, neque ſocerum, querit, &c. Ly- cambe ſignificat.

Ó B L I N A T .] dedēcorer, inſamē reddat, igno- minia afficiat. verbiſ atris autem, id eft, verbiſ buſ conuolum, criminis, tristibus, moleſtis, iniacundis, acerbis.

H V N C] Archilochum: non, vt alij, Alceum.

N O N A L I O] non ab alio Latino Latinē ex- preſſum.

F I D I C E N] ego poēta Lyricus Latinus. vt Od. 3. libr. 4. Quod monſtror digito preteruntū Re- manē fidicen lyra. Latinus autem habent omnes cod. antiqui.

immemorata profero, legi oculis ingenuis, id est, hominum ingenuorum, & manibus teneri. cùm in vulgaris omnibus legeretur *ingenit*, ego auctoritatem duorum lib. Vatic. & Iann. Faern. Torn. & aliquot aliorum securus, *ingenit* excusendum curauit.

INGRATVS] qui cùm meorum librorum lectione domi delectetur ac iuueatur, gratia mihi non referat, sed foris & publicè non lauder.

PREMATE EXTRA LIMEN] foris virtutem, vel dissimulet se eorum lectione delectari: laudes meas taceat.

INIQVS] inimicus, insensus, malevolus.

NON EGO VENT PLEBIS, &c.] Solebant indocti poëta, & iudei locupletes, cenis sumtuosis, muneribus, fideiunctionib⁹, promissis, imperiis multitudinis afferens, atque approbationem emere, ut Horat. & hic: & in epift. ad Piso. ostēdit his verbis. *Si verò est, vñctum qui recte ponere posuit, Et p̄ponere leui pro paupere, &c.* Allegoria est à comitiis, aut petitione magistratum.

VENTOS A] mobilis. T. Licius lib. 42. quodam ventosum *ingenium* præcipites ad omnia nouanda agebat. sup. epift. ad Celsum. *Rome Tibur amem veniōs, Tibare Roman.*

VENTO R] capto, colligo, aucupor. alia est metaphorā.

IMPENSIS CENARVM] cenis sumtuosis, & opiparis.

ET TRITÆ MVNRE VESTIS] sic Pers. sat. 1. sc̄i comitem horridulum trita donare lacerma. tritam vestem intellige, non nouam.

NOBILIVM SCRIPTA AVD.] criticus, qui audio scripta nobilium poëtarum.

ET VLTOR] & qui eis vicissim mea tecito. sic enim eos vlciscor: vel qui castigo, & corrigo. vtraque explicatio probabilis est, nonnulli legi volunt, & actor. & ita se dicunt reperisse scriptū in uno libro manu scr. Ego primum vulgatā & receptam lectionem retineo, testificans me cùm libros manu scriptos, antiquissimos, numero 14 inspicerim, & consuluerim, in corum nullo reperiisse & actor: deinde, si quis querat ex me ecquid probem, hoc & actor, respondeo nō me æquè probare. neque tamen, si quis à me dissentiat, iccirco aut eum reprehendo, aut eius iudicio meūq; antepono.

GRAMMATICAS AMBIRE TRI-D bvs] p̄p̄nſare Grammaticos, vt mihi suffragentur, seu potius, vt meos libros suis discipulis ediscendos proponant. Etiam h̄c tralatio, seu allegoria est, ducta à comitorum ratione. Nam qui honorem petebant, tribus ambabant, & eos, qui in sua tribu gratia valebant, p̄p̄nſabant. *Tribus autem grammaticas posuit pro tribus grammaticorum: & tribus, pro turba, & multitudine.*

VLPITA] unde grammatici poëtarum recentiorum scripta recitabant, vel ab auctoriis recitata audiebant, & vel probabant, vel improbababant.

HINC ILLA LACRYMAE] prouerbium notissimum ex Andria Terent. vtitur M. Tull. in orat. pro Cælio. *hinc illa lacryma nimis ruma, & hac causa est horum omnium scelerum, atque criminum.*

SPISSIS INDIGNA TH. &c.] si dixi (inquit) scripta mea videri mihi frequēti hominum cōuentu, & corona non esse digna, ideōq; me pudore ingenuo, ne ea recitem, nugasq; magni æstiment, deterri, tides Horati. ait aliquis, *Ip̄bi⁹, id est, frequentibus, cœbris.*

NVGIS ADD. POND.] nugas venditare, & ostentare. in lib. de arte poët. *nugas, canore.*

RIDE S] εἰπωνεύην: dissimulatione vteris. vel derides.

LOVIS] Augusti. ista vni Augusto vis recitare: tua scripta vis ab vno Augusto legi, atque audiiri.

FIDIS ENIM MANARE] confidis te versus edere quovis melle dulciores. *manare mells,* genus loquendi ratioculum: vñtarius illud de arte poëtic. *Omne superuacuum pleno de pectora manat.* simile huic illud. ibid. *fillabit amicis Ex oculis rorem.*

TIBI PVLCHER] tuo iudicio bonus poëta: vel te vñrum delectare, tibi q; vni placere studens, de aliis non laborans.

AD HÆC] ad ea, quæ mihi ab illo dicta sunt.

NARIBVS VTIFORMIDO] ego non audeo in flexis naribus ea, quæ ille necū loquitur, irridere. *narum in flexo irridentium gestus est* vt sat. 6. lib. 1. *naso suspendis aduncō ignotos.* & satyr. 8. lib. 2. *Balatro suspendens omnia nafō.* Pers. nimis vñcis Naribus indulges: *puxatq; ēw* dicunt Græci. acutæ nares autem, lagaces, & ad odorandum celestes intelliguntur: & qui acutis naribus sunt, ingeniosiores habetur: vt contrā qui obtusis, pingues & hebetes.

ET LVCTANTIS ACVTO, &c.] & ne ille, qui mecum pugnat, me vngubus laceret, clamō, locum illum mihi displicere, videlicet theatrum.

ACVTO NE SECER VNGVI.] Licinius Caluus, *vaga candida nympha quod fecerit vngui.* Cariſsus lib. 1. grammat. institut.

ET DILVIDA POSCO] Porphyrio, seu Acro, docet his ipsi fert verbis, id temporis spatiū, quod tribui solebat gladiatoriis ad gladiandi intermissionem, intra dies munerum gladiatoriis, quibus pugnare debebant, diluidia appellari.

LVDVS ENIM GEN. TR. CERT.] gradatio, seu climax.

TREPIDVM] in quo trepidant ij, qui certamen inueniunt, eiusdem generis est illud, *Pallida mors, & similia.*

IRATRVCEIS, &c.] vt sup. Od. 16. lib. 1. *Ira Thyesten exitio grani Stravere, & altis urbibus ultima stetere cause, cur perire Funditus;* &c. truceis inimicities autem dicit, hoc est, tristis & horribiles, vel quodd inimici truci & saeuo in eos, quibus

quibus inimici sunt, aspeetu, ac vultu solēt esse. **ET FVNEB.** B. lugubre dixit Od. 1. lib. 2. *quod mare lugubris Igara bellis?*

A Me libertino natum patre, & in tenui re * **Maiores pennas nido extendisse lo-** quēris:
Vt, quantum generi demas, virtutibus addas.

Me primis urbis belli placuisse, domique: *Corporis exigui, præcanum, solibus aptū,* *frasci celerem, tamen ut placabilis effem.* **Forè meum si quis te percontabit a-** num:

Me quater vndenos sciāt impleuisse De- cembreis,

Collegam Lepidum quo duxit Lollius anno.

VERTVNVM, Ianūmque, liber spectare videris:
Scilicet ut profetes * Sofiorum pumice mü-
dus:

Odisti claveis, & grata sigilla pudico: *Paucis ostendi gemis: & cōmunia laudas,* Nō ita nutritus, fuge, quod discedere gestis. Non erit erit emissio redditus tibi. quid mis-
ser egis?

Quid volui? dices, ubi quis te laferit. & scis

In breue te cogi, cùm plenus languet * a- mator.

Quod si non odio peccantis despit angur: *Carus eris Roma, donec te deserat* atas.* Cōrectatus ubi manib⁹ sordescere vulgi Cæperis: aut tineas pasces taciturnus inerteis:

* **Aut fugies Vitcam: aut vincus mit- tēris Ilerdam.**

Ridebit monitor non exauditus: vt ille, Qui male parentem in rupeis protrusit a- sellum

Fratus, quis enim initium scriuare labo- ret?

Hoc quoque te manet, vt pueros elemen- ta docentem

Occupet extremis in vicis * balba senect⁹. Cū tibi sol tepidus plureis admouerit aureis:

VERTVNNVM] Deū, qui præst rebus cō- trahendis, ac vertendis, id est, permutandis: vel ab ame verso dictū, vel ab eo, quod anni ver- tentis poma percipiāt. de quo Propert. libr. 4. *Quid mirare mea tot in uno corpore formas?* Accipe Vertuni signa paterna Dei. *Tuscan ego, Tusca orior: nec panitet inter Prælia Volscinos deferuisse focos:* Nec me turbā inuict, nec templo latore eburno, Romanum satiū est posse videre. cetera lege apud Properti. Pro- pterea autem, quod hic Deus ad omnes figura- ras, ac formas opportunus erat, credebatur etiā menteis hominum & cogitationis in rebus e- mendis, ac vendendis vertere, immutare, ac va- riè afficere. itaque mobili ingenio, & inconstan- tes homines iratis Vertunis natos dicebāt, vt Horat. sat. 7. li. 2. *Vertunnis, quotquot sint, natus iniquis,* IANUM Q.V.E] Iani templum, vel Iani sta- tuum, cui proximæ erat librariorum columnæ: vel forum Romanum.

PROSTES] vñalis exponaris: à quo verbo- profibulum, locus, in quo prostare mulieres im- pudicæ, & scorta: & mulier profibula.

SOSIORVM PVM. MVND.] id est, libra- riorum pumice expolit. Sofij, libatij & bi- bliopolæ scriptores fuerunt, de quibus & lib. de arte poët. *Hic meret ara liber Sofis.* solebant enim & veteres illi libros pellibus tegere, & pelleis pumice expolite, atque exæquare. Catull. ad Varum, charta regia, novi libri, Novi umbilici, lora rubra, membrana Defæcta, plumbū, & pumice omnia aquata. idem in primo carm. ad Corn. Nepotem. *Quo dono lepidum, novum libellum Arida modò pumice ex- politum?* Tibull. lib. 3. eleg. 1. *Lutea sed nixum inuol- uat membrana libellum, Pumex & canas tordeat arte* comas. ex quo pumicare: quod valet pumice de- fricare, atque expolire. Catullus in Egnotium, hoc sibi soler manè Dentem, atque rufam pumicare gin- giuam. sic enim legitur hic versus apud Apuleiū,

vt admonet Adr. Turnebus noster.

O P I S T I C L A V E I S , E T G R A T A , &c.] A uti prodire in publicum: non vis domi contineti: odisti custodiam, claves ad claudendum comparare sunt: arque sic circō fortasse à claudendo dictū, vt κλεῖδες ωρθοὶ κλεῖσται.

P A V C I S O S T . G E M I S] regē fers, seu lamentaris, te à paucis legi, neque omnium oculis patere.

G E S T I S] cupis, in epist. de arte, gesit paribus colludere.

E M I S S O edito. ibid. Et semel emissum volat irrevocabile verbum, hoc dicit, vbi semel emissus à me fueris, & diuulgatus, non licebit tibi ad me reuerti.

N O N I T A N V T R I T V S] non ita educatus, id est, non eo consilio à me cōscriptus, vt in manus hominum percutires, est enim perpetua allegoria.

D I S C E D E R E] lib. vñus Vatic. & Tornes. & Clericanus, Nicotianus, Russardinus, meus, habent defendere.

E T S C I S I N B R . T E C O G I , C Ú M , &c.] & scis te cōplicari, & contrahi, cūm lector paullo antē tui cupidus, legēdo defēsus est: vel scis te non totum legi, scis multa à languido lectori præteriri, vt alij volunt, ego tamen priorem explicationem puto esse probabiliorem. T. Liuius lib. 39, loquens de commentario quodam, quem à Philippo patre acceperat Demetrius, Erant autem (inquit) de rebus singulis in breue coactacanſe.

P L E N V S] vel legendo defēsus, & satietate legendi affectus: vel, vt alij volunt, cibo satur: quod minus probbo.

Q V ò D S I N O N O D I O , &c.] i. Quod si non odio tui, qui me iniuit, & repugnare excere cupis, vaticinor, ac desipio, tantisper placebis Romæ, dum nouis eris, noui enim vulgo placere solent: vetera non item, licet autem hæc referre ad versus ipsos, seu potius ad chartas, & membranas, quæ posteaquam legentium manibus tractatae, sordeis contraxerunt, negliguntur, & vel à fineis, & blaptis exeduntur, vel falsamentariis, & pharmacopoliis ad suas merces inuoluntas, & integendas vñsi sunt, vel ex eis sunt opistographa epistolaram.

D O N E C T E D E S E R A T A T A S] donec confueris, atas, id est, juuentu.

A V T F U G I E S V T I C .] aut exsulabis, & ex Italico solo pellēris, tralato ab animatis, & ratione vntibus ad rem inanimam, fortasse significat hic volūtarium fugam, posteriorē verū necēssariam propter verbum *vinclus*: & hæc referenda sunt ad bellorum ciuilium calamitatem: vt prædicat Horatius, eos casus suo libro imminere, quos complures nobiles & noti Romani propter bella ciuilia subierunt, ac pertulerunt. Est autem Utica vrbs in Africā, in qua Catō minor mortem sibi conciuit: vnde dictus

Vticensis.

A U T V I N C T . M I T T . I L E R D .] solebant veteres, epistolam in tabulis, seu chartis cōscribere, cálque alia charta, quæ plenimque erat inut exarata, operire: deinde lino obligare: postrem ob signare, et autem charta, quibus litteræ int̄egabantur, appellabantur opistographa, quia à tergo inscriptæ declarabant ad quæ mitterentur. Significat igitur, homines ex libro suo integrumenta litterarum facturos. Sciēdū est autem, libros veterum vna tantum ex parte fuisse exaratos: sic circōque volumina dicebantur, quia in vnum conuoluebantur. Itaque ex eis opistographa facete licebat, quod non item ex nostris licet.

R I D E B I T M O N . N O N E X A V D .] ego, qui te totes frustè præmonuerim, vt ne in publicum prodites, ridebo. vt titus hoc nomine suprà epist. ad Loll. 2. Protinus ut monē, si quid monitoris egis tu, & de arte poët. monitoribus affer.

M A L È P A R E N T E M , &c.] Non parentem, prouerbii similitudinem gerit, cōnouent autem in eum, qui neque per se sapit, neque alteri bene consilenti, benéque præcipienti obtemperat. notum est illud Hesiodi, θεος μὴ πανάργειος, ὃς αὐτὸς πάντα νόηι φερεστάμενος, τοῦτο ἐπειγειται εἰς τέλος ηντὸν αὔμενα, &c. i. Optimus ille quidē est, qui per se mente, animoque Omnia perlustrat, qua finis meliora futura Postea ad exatā vñque nouissima tempora vita, &c. quod citat Aristot. lib. 1. de morib. ad Nicomach. T. Liuius vñsurat lib. 32. vt alijs annotauimus, protrahit autem excludendum curau duorum lib. Vatic. Rain. Cardin. Iannoct. Faēt. Torn. Clericanorum, Nicotian. Russard. auctoritatē secutus.

Q V I S E N I M I N V I T . S E R V . L A B .] nam *Inuitum qui seruat*, idem facit occidenti: epist. de arte poët. Terent. tamen Heaut. Atque hunc difficultem, *inuitum seruare* senem.

T E M A N E T] tibi impendet, tibi cœnturū est: vt Od. 28. lib. 1.

C Ú M T I B I S O L T E P I D V S , &c.] id est, cūm hora diei terra, aut quarta, quo tempore solis calor inualeat, plureis habueris auditores. Lucret. libr. 4. vt omne Humanum genus est auidum nimis auricularum.

M E L I B E R T I N O N A T U M P A T R E &c.] dices me patre libertino natum esse, vt sat. 6. lib. 1. Nunc ad me redeo libertino patre natum.

E T I N T E N V I R E M A I O R E S P E N N A S , &c.] id est, dices me in angusta, & parua re familiari natam, virtute tamen & ingenij præstantia tenuitatem, & humilitatem generis mai illustrasse, atq; extulisse, tractū ab auium pullis, qui paulatim plumis nascētibus vidos suos superant.

M E P R I M I S V R B I S , &c.] sic saty. 1. lib. 2. tamen me Cūm magnis vixisse inuita fatebitur usque inuidia, quos hīc primos vrbis dicit, primores populi appellantur sat. illa 1. lib. 2.

BELLi

B E L L I , D O M I Q U E aduerbia sunt, sic epiſt. ad August. in extr. belli spectata, domique Virtus. M. Tull. in Bruto, om̄is illis diuinis confliuis, quibus sapientia est Imperatorum sapientia salua cuitatio aut belli, aut domi.

C O R P O R I S E X I G V I saty. 3. lib. 2. longos iuvit, ab uno ad summum torus moduli bipedali.

P R A C A N V M] canum ante tēpus. foler autem præmatura canities accidere & iracundis natura, & calamitosis, diuturnoq; animi mārōe affectis, quod confirmat Pind. 1. d. φυρται δὲ καὶ νέοις εἰς αὐτοὺς πολλὰ θεαταὶ πατεῖσθαι εἰναι τὰς εοντας περίπολοι. id est, nascuntur autem etiam iuuenis cani crebriꝫ præter aetatis conuenientem tempus. Tradirum est ab antiquis, si quis mārōe affectus, & luctu graui oppressus non lacrymetur, præsertim aetate media, B fore vt statim canescat: in lacrymai possit, canitatem illam præmaturam vitaturum.

S O L I B V S A P T V M] locis apricis gaudem. id est, anno ab urbe condita 1000 XXXIII. cum igitur annus sit Horatius L. Manlio Torquato, & L. Aurelio Cotta coss. vt suprà cognovimus Od. 13. epod. Tu vina Torquate moue cōfide preffa me: hi autem cōsules fuerint anno ab urbe condita 1000 CCCCVI. relinquitur, vt Hor. Qu. Emilio Lepido, M. Lollio cōsulibus, annos quadraginta quatuor expluerit.

D V X I T] coniunctū habuit. neque huius verbi vis ad sorteis est referēda, vt vult Porphyrio. non enim sortibus, sed suffragiis siebant coss;

A Tull. ait lib. 1. epist. ad Attic. irritabileis animos esse optimorum sapientiū, & eodem placabiles: & esse hanc agilitatem, molitatemque natura plerisque bonitati. Idem epist. ad Qu. Frat. libr. 1. paulo alteri, si implacabiles (inquit) sunt iracundia, summa est acerbitas: fin autem exorribles, summa lexitas: quia tamē (ut in malis) acerbitas anteponenda est. Hom. 1. 1. γλῶς ἀκελέμεθα θύλανον, ἀκελέμεθα φρέσεα θύλαν. id est, sed placemur citius: placabiles autē sunt bonorum mentes. Eurip. Medea. Γυνὴ γλωσσος, ὡς Δώρος αῆτης, Πέριαν φυλάσσειν, ἢ σωτηρίας σφόδρα: quibus verbis significat, viros & mulieres iracundos facilius caueri posse, quam teftos, atque obscuros.

M B Q V A T E R V N D . S C . I M P L . D E C .] sciat me quadraginta quatuor annos compleuisse.

C O L L E G A M L E P I D . Q Y O D . &c.] id est, anno ab urbe condita 1000 XXXIII.

cum igitur annus sit Horatius L. Manlio Torquato, & L. Aurelio Cotta coss. vt suprà cognovimus Od. 13. epod. Tu vina Torquate moue cōfide preffa me: hi autem cōsules fuerint anno ab urbe condita 1000 CCCCVI. relinquitur, vt Hor. Qu. Emilio Lepido, M. Lollio cōsulibus, annos quadraginta quatuor expluerit.

D V X I T] coniunctū habuit. neque huius verbi vis ad sorteis est referēda, vt vult Porphyrio. non enim sortibus, sed suffragiis siebant coss;

Q. HORATII FLACCI EPISTOLARVM LIBER II.

EPIST. I. AD AVGUSTVM.

ARGUMENTVM.

Queritur de prauo Romanorum suę aetatis iudicio, poēmata è vetustate estimantur, & noua, non ob aliud quam quod noua essent, fastidientium: quum tamē multa sint in veteribus poētis reprehensione digna. Poētica studium non multis antē seculis Romæ colicceptum esse dicit: & fatetur quidem non minus indoctos quam doctos poēmata scribere, sed aliqua commoda hunc illorum errorem consequi, atque adeo, qualescumque sint, illo suo poēticæ studio ipsi reipub. vñiles esse ostendit. Poēsin initio rudem, non nisi serō ex Græcorum lectione expoliri cōpisse air, quum Græcia cōpta ceteras etiam artes agresti Latio intruit. Vulgi de comœdia, tanquam opere minimè laborioso, iudicium reprehendit: & quæ à scribendis fabulis multos deterrent, exponit. Postremò de poētis illis agit, qui non spectatoribus scribunt, sed lectoribus: & Augustum ad calcar illis addendum hortatur, eius de Virgilio & Vario iudicium laudans.



U M tot sustineas, & tanta negotia solus:
 Res Italas armis tuteris: moribus ornes:
 Legibus emendes: in publica commoda peccem,
 Si longo sermone morer tua tempora, Cæsar.
 * Romulus, & Liber pater, & cum Castore Pollux,
 Post ingentia facta, decorum in templo recepti,
 Dum terras, hominumque colunt genus: aspera bella
 Componunt: agros assignant: oppida condunt:
 Plorauere suis non respondere fauorem
 Speratum meritum. * diram qui contudit A
 hydram:
 Notaque fatali portenta labore subegit:
 Comperit inuidiam supremo fine domari.
 Vrit enim fulgore suo, qui prægrauat ar-
 teis
 Infra se positas: exstinctus amabitur idem.
 Præsenti tibi maturos largimur honores:
 Iurandisque tuum per nomen ponimus
 aras,
 Nil oritur alijs, nil ortum tale fatetis.
 Sed tuus hic populus sapiens, & iustus in
 uno,
 Te nostris ducibus, te Graiis anteferendo,
 Cetera nequaquam simili ratione, modiq;
 Estimatis: & nisi qua terris semota, sūj^q
 Temporibus defuncta vider: fastidit, &
 odit:
 Sic fautor veterum, ut tabulas peccare
 veranteis,
 Quas bis quinque viri sanxerunt, fiedera
 regum,
 Vel Gabiis, vel cum rigidis aquata Sa-
 binis,
 Pontificū libros, annosa volumina vatū,
 Dictitat Albano Musas in mōte locutas.
 Si, quia Græcorum sunt antiquissima
 queque.
 Scripta, vel optima: Romani pensantur
 eadem
 Scriptores trutina: non est quod multa lo-
 quamur: (duri.
 * Nil intra est oleam, nil extra est in nuce
 * Indignor quicquam reprehendi, non
 critici

Venimus ad summum fortunæ pingimus,
 atque
 Psallimus, & luctamur Achius doctius
 uncis.
 Si meliora dies, ut vina, poëmata reddit:
 Scire velim, pretium chartis* quotus ar-
 roget annus.
 Scriptor ab hinc annos centum qui déci-
 dit, inter
 Perfectos, veteresque referri debet, an
 inter
 Vileis, atq; nouos? excludat iurgia finis.
 B Est vetus, atque probus, centum qui per-
 ficit annos.
 Quid? qui deperiit minor uno mense, vel
 anno:
 Inter quos referendus erit? veteresne
 poëtas:
 An, quos & presens, & postera respue-
 etas?

Iste quidē veteres inter ponetur honeste,
 Qui vel mense breui, vel toto est iunior
 anno.
 C Vt permisso, * caudæq; pilos ut equinae
 Paulatim vello: & demo vnum: demo e-
 tiam vnum:
 Dum cadat elusus ratione ruentis acerni;
 Qui redit ad fastos, & virtutem estimat
 annis:
 Miraturque nihil, nisi quod* Libitina
 sacrauit. (merus,
 Ennius & sapiens, & fortis, & alter Ho-
 critici

Vi critici dicunt, leuiter curare videtur, A quia crasse
 Quo* promissa cadant, & somnia Py-
 thagoræ.
 Nauis in manibus non est: & menti-
 bus hæret
 Pene reces: adeò sanctum est vetus omne
 poëma.
 Ambigitur quoties vter utro sit prior:
 aufert
 Pacuinus docti famam senis: Attius alti:
 Dicitur Afrani toga conuenisse Me-
 nandro:
 Plautus ad exemplar Siculi properare B
 Epicharmi:
 Vincere Cecilius granitate: Terentius
 arte.
 Hos ediscit: & hos arcto stipata theatro
 Spectat Roma potens: habet hos, num-
 ratusque poëtas
 Ad nostrum tempus* LiuI scriptoris ab
 eo.
 Interdum vulgus rectum videt: est ubi
 peccat.
 Si veteres ita miratur, laudatque poëtas,
 Vt nihil anteferat, nihil illis comparet:
 errat.
 Si quædam nimis antiquæ, si pleraq; dure
 Dicere credit eos, ignauè multa fatetur:
 Et sapit, & mecum facit, & Ioue indicat
 aquo.
 Non equidem insector: delendaque car-
 mina LiuI
 Esse reor: memini quæ * plagosum mihi D paruo
 Orbilium dictare: sed emendata videri,
 Pulchraque, & exactis minimis dista-
 tia, miror.
 Inter quæ verbum emicuit si forte deco-
 rum, &
 Si versus paullo coccinnior unus, & alter:
 In iuste totum* dicit, * venditque poëma.
 * Indignor quicquam reprehendi, non

Compositum, illepidè ve putetur: sed quia
 nuper:

Nec veniam antiquis, sed honorem, &
 premia posci.

* Rectè, nécne crocum, floresque perambu-
 let Attæ.

Fabula, si dubitem: clamet periisse pudore
 Cuncti pene patres, ea cum reprehendere
 coner,

Quæ grauis Aësopus, quæ doctus Roscius
 egit:

Vel quia nil rectum, nisi, quod placuit si-
 bi ducunt:

Vel quia turpè putant parere minoribus:
 & quæ

Imberbes didicere, senes perdenda fati.

Iam, Saliare Numa carmen qui laudat,

& illud,

Quod* mecum ignorat, solus vult scire vi-
 deri:

Ingeniū non ille fauet, plauditq; sepultis:

C Nostra sed impugnat: nos, nostraque li-
 uidus odit.

Quod si tam Græcis nouitas inuisa fuisset,
 Quam nobis: quid nunc effet vetus? aut
 quid haberet, (vñs?

Quod legeret, tereretq; viritim publicus

Vi primum positis* nugari Gracia bellis

Cœpit, & in vitium fortuna labier aqua:

Nunc athletarum studiis, nunc arsit e-
 quorum:

Marmoris, aut eboris fabros, aut aris
 amauit:

Suspendit picta vultum, mentemque ta-
 bella:

Nuc tibi inibus, nuc est gauisa tragedis:

Sub nutrice, puellar velut si luderet infans:

Quod cupide petuit, * mature plena reli-
 quit.

* Quid placet, aut odio est, quod non mu-
 tabile credas?

EPISTOLARVM

Hoc paces habuere bona, vētique secūdi. ^A Torquet ab obscenis iam nūc sermonibus aurem:
 Rome dulce diu fuit, & solleme reclusa
 Manē domo vigilare, clienti^{*} promere
 iura,
 Castos nominibus certis expedere num-
 mos,
 Maiores audire, minori dicere, per quae
 Crescere res posset, minui daninosa libido:
 Mutauit mentem populus leuis: & calet
 uno
 Scribendi studio, pueri, patrésque seueri
 Fronde comas vincī cenant, & carmina ^B
 dicitant.
 Ipse ego, qui nullos me affirmo scribere
 versus:
 Inuenior Parthis mendacior: & prius
 orto
 Sole, vigil calatum, & chartas, & scri-
 nia posco.
 Nauem agere ignarus nauis timet, abro-
 tonum agro
 Non audet, nisi qui didicit, dare. quod
 medicorum est,
 Promittunt medici: tractant fabrilia
 fabri.
 *Scribimus indocti, doctique poēmata
 paßim.
 Hic error tamen, & leuis hæc infania
 quantas
 Virtutes habeat, sic collige. vatis auarus
 Non * temere est animus: versus amat:
 hoc studet unum:
 Detrimēta, fugas seruorum, incēdia ridet: ^C
 Non fraudem socio, puerōve incogitat
 ullam
 Pupillo: viuit filiquis, & pane secundo:
 Militia quamquam piger, & malus: viti-
 lis verbi.
 Si das hoc, paruis quoque rebus magna
 iuuari:
 Os tenerum pueri, balbūmque poëta fi-
 gurat:

Mox etiā peccus præceptis format amicis,
 Afferat, & inuidiae corrector, & ira.
 Recte facta refert: orientia tēpora nautis
 Instruit exēplis: in opem solatur, & agrū.
 Castis cum pueris ignara puella mariti
 Discret unde preces, vatem ni musa de-
 disset?
 Poscit opem chorus, & præsentia numina
 sentit:
 Calestis implorat aquas docta prece
 blandus:
 Auertit morbos: metuēda pericula pellit:
 Imperat & pacem, & locupletem frugi-
 bus annum.
 Carmine dij superi placantur, carmine
 Manes,
 Agricolæ prisci, fortes, paruoque beati,
 Condita post frumenta leuantes tempore
 festo
 Corpus, & ipsum animum spe finis dura-
 ferentem,
 Cum sociis operum, & pueris, & coniuge
 fida
 Tellurem porco, Siluanum lacte piabant,
 Floribus, & vino Genium *memorē bre-
 uis aui.
 Fescenina per hunc inuenta licentia mo-
 rem
 Versibus alternis opprobria rustica fudit:
 Libertasque recurrentis accepta per an-
 nos
 Lusit amabiliter, donec iam saevis aperta
 In rabiem verti cepit iocus, & per hone-
 stas
 Ire minax impunè domos, doluere crūto
 Dento lacifiti, fuit *intactis quoque cura
 Conditione super communi. quin etiā lex,
 Pœnäque lata, malo quæ noller carmine
 quemquam
 Describi. vertere modū, formidine fustis
 Ad benedicendum,

Ad benedicendum, delectandūmque re-
 dacti.
 Græcia^{*} capta ferum victorem cepit: &
 arteis
 Intulit agresti Latio, sic horridus ille
 Defluxit numerus Saturnius, & graue
 virus
 Munditiae pepulere, sed in longum tamen
 æuum
 Manserunt, hodiisque manent vestigia
 ruris.
 Serus enim Græcis admonuit acumina ^B chartis:
 Et post Punica bella quietus, querere
 cœpit,
 Quid Sophocles, & Theſpis, & Eschy-
 lus utile ferrent.
 Tentauit quoque, rem si dignè vertere
 posset:
 Et placuit sibi natura sublimis, & acer.
 Nam^{*} spirat tragicum satis: & felici-
 ter audet:
 Sed turpem putat in scriptis, metuīque ^C lituram.
 Creditur, ex medio quia res arcebit, ha-
 bere
 Sudoris minimum: sed habet comædia
 tanto
 Plus oneris, quanto venia minus. aſpice,
 Plautus
 Quo pacto parteis tutetur amantis ephēbi:
 Ut patris attenti, lenonis ut infidosi:
 Quantus sit Dorſennus edacibus in pa-
 rafuis:
 Quām nō aſtricto percurrat pulpita ſocco.
 Geſtit enim nummū in loculos dimitte-
 re, poſt hoc
 Securus cadat, an recto ſtet fabula talo.
 Quē tulit ad scenam ventoso gloria curru,
 Exanimat lentus ſpectator: ſedulus inflat:
 Sic leue: ſic paruum eft, animū quod lau-
 dis auarum
 ergo?

Subruit, aut reficit. valeat res ludicra,
 ſime
 Palma negata, macrum: donata reducit
 opimum.
 Sepe etiam audacem fugat hoc, terrēque
 poētam,
 Quod numero plures, virtute, & honore
 minores,
 Indocti, ſolidique, & depugnare parati;
 Si discordet eques, media inter carmina
 poſcunt
 Aut virſum, aut pugiles, hi nam^{*} plebe-
 cula gaudent.
 Verū equitis quoque iam migrauit ab
 aure voluptas ^{(na.}
 Omnis ad incertos oculos, & gaudia va-
 Quattuor, aut plureis aulaea premūtur in
 horas,
 Dum fugiunt equitum turme, pediūm-
 que ceteræ,
 Mox trahitur manibus regum fortuna
 retortis.
 Effeda festinant, pilenta, petorrita, naues:
 Captiuum portatur ebur, captiuua Corinthus.
 Si foret in terris, rideret Democritus, ſeu
 Diuerſum cōfusa genus panthera camelo,
 Siue elephas albus vulgi conuerteret ora:
 Spectaret populum ludis attentius ipſis,
 Ut ſibi præbētem mimo ſpectacula plura:
 Scriptores autem narrare putaret *afello
 Fabella ſurdo. nam^{*} quæ peruincere voces
 Equaluere ſonum, referunt quem noſtra
 theatra?
 Garganum mugire putes nemus, aut ma-
 re Tuscum:
 Tanto cum ſtrepitū ludi ſpectantur, &
 artes,
 Diuitiæq; peregrinæ: quibus oblitus actor
 Cū ſterit in ſcena, *cōcurrat dextera laua.
 Dixit adhuc aliquid? nil ſane. quid placet

Eee

Lana Tarentino violas imitata veneno. ^A Rettulit acceptos, regale nomisma, philippos.
Ac ne forte putes, me, quæ facere ipse re-
cusem,
Cùm rectè tractet alij, laudare * malignè:
Ille * per extentum funem mihi posse vi-
derur
Ire poëta, meū qui pectus* inaniter angit,
Irritat, mulcer, falsis terroribus implet,
Vt magus. & modò me Thebis, modò po-
nit Athenis.
Verùm age, & his, qui se lectori credere
malunt,
^B Quām spectatoris fastidia ferre superbi:
* Curam redde breuem: si munus Apollini
ne dignum
Vis complere libris, & varibus addere
calcar:
Vt studio maiore petat Helicona virētē.
Multā quidem nobis facimus mala sēpe
poëtae:
(Vt vineta egomet cædam mea) cùm tibi
librum
Sollicito damus, aut fesso: cùm lādimur, ^C
vnum
Si quis amicorum est ausus reprehendere
versūm:
Cùm loca iam recitata reueluimus irre-
uocati:
Cùm lamentamur, non apparere labores
Nostrōs, & tenui deducta poëmata filo:
Cùm speramus, eo rem venturam, ut, si-
mulatque
Carmina rescriberis nos fingere, commodus
ultrō
Arcessas, & egere vetes, & scribere
cogas.
* Sed tamen est opera pretium cognoscere,
qualeis
* Edituos habeat belli spectata, domique
Virtus, indigno non committenda poëta.
Gratus Alexandro regi Magno fuit ille
Cheril⁹, incultis qui versib⁹, & male natis
Rem tentare pudor, quam vires ferre re-
* sedulitas

* Sedulitas autē, stulte quē diligit, vrget:
Præcipue cùm se numeris commendat, &
arte.
Discit enim citius, meminitque libentius
illud,
Quod quis deridet, quām, quod probat, &
veneratur.
Nil moror officium, quod me grauat: at
neque ficto
In peius vultu proponi cereus usquam,
Nec prauè factis decorari versibus opto,
Ne rubeam pingui donatus munere: ^B &
vna
Cū scriptore meo capsa porrectus aperta,
Deferar in vicum vendentem tus, &
odores,
Et piper, & quicquid chartis amicitur
ineptis.
S V S T I N E A S] sustinere negotium, dictum,
vt sustinere iuris. Sallust. coniur. Catil. fortē libuit
attendere, quār res maxime tanta negotia sustinuerit.
R E S I T A L A S A R M. T Y T E R I S] libri
aliquot veteres habent, tuearis.
M O R I B U S O R N E S] bona & recta insti-
tutione, & disciplina, seu bonis institutis ornes.
L E G I B. E M.] leges enim ex malis moribus
narrā sunt, atque ad emēdationem peccatorum
voluntariorum & non voluntariorum compa-
ratā sunt. Od. 2.4. li. 3. Quid tristes querimonia, si nō
supplicio culpa reciditur? Quid leges sine moribus vana
proficiunt?
R O M V L. E T L I B. P.] Augustū cum Li-
bero, Castore, & Polluce, Hercule, Romulo cō-
parat, ostēditque melius actum esse cum Augu-
sto, quām cū illis, propertè quod illi post mor-
tem deniq; diuinos honores ab hominibus sint
cōsecuti. cū eis viuis de humano genere optimē
meritis nō sat magna gratiam retulissent:
Augustus autem viuis, vidēnsq; diuinis hono-
ribus à populo Ro. affiliatur: qua in re cūm po-
puli Ro. sapientiā, ac iustitiam magnopere pro-
bet, tūm negat etiā certe in rebus candem iudi-
dicandi prudentiam adhibere, quippe qui ve-
tura nouis omnibus anteponat, nihilq; magni ad-
modum estimet, nisi auctoritatē, & dignita-
tem quandam ætate comparat.
L I B E R P A T E R] Cur Dionysius, seu Bac-
chus, Liber pater à Romanis appellatur? an
quod libertatis patens & effector sit iis, qui bi-
bunt? Nam vulgō homines libertate dicēdi, &
audacia cōplentur in pociulis, & in ebrietate. an
quod libamina p̄tabuit? an à Dionysio Eleu-
thereo eo, qui Eleutheris Bœotia vrbe coleba-
tur? haec ex Plutarcho. *Pausaïoīs*.
E T C V M C A S T O R E P O L L.] Oda 3;
lib. 3. Hac arte pollux, & uigil Hercules Inniſus ar-
cū attigit ignea, &c.
P O S T I N G E N T I A F A C T A] posteaquam
maxima, & memorabilia facinora ediderunt:
post res fortissimè & præclarissimè gestas.
D E O R V M I N T E M P L.] M. Tull. lib. 3.
de nat. deorum, iam verò in Grecia multos habent
ex hominibus deos, Alabandum Alabandij, Tenedij
Tenem, Leucoteam, que suit Ino, & eius filium Pal-
monem; cuncta Gracia Herculem, Esculapium, Tyndarid.
u. Romulum nostri, alijsque complureis, quos, quasi
nouos, & ascriptios cunei, in celum receptos putant.
D U M T E R R. H O M I N U M Q V E C O L.
G E N.] dum viuit, & verfanter cū hominibus.
P L O R A V E R E] questi sunt, ingemuerunt,
dum car. sic saepe aliās: & pluribus locis iam ad-
monimus: suprà epistol. ad lib. *Paucis ascendi*
genis.
N O N R E S P O N D. F A V O, &c.] id est, eum
fauorem, quem à populo sperabat, non esse suis
in eum meritis parem. sic loquitur sat. 8, libr. 2:
et que Responsura tuo numquam est pars fama labori.
D I R A M Q V I C O N T V D I T H Y D R A M.]
Hercules, vt sup. Od. 4. lib. 4. Non hydra fecit cor-
pore firmior vincit dolentem crevit in Herculem.
N O T A Q V E F A T A L I P O R T. L A B. S.]
labores Herculis commemorat Lucre. procm.
lib. 5.
C O M P E R I T I N V I D. S V P R. &c.] nam
eius, qui inuidia laborat, interitu, extinguitur
inuidia, vt Od. 2.4. lib. 3. Virtutē incolument odimus,
sublatam ex oculis quarimus inuidi. Propert. lib. 3:
eleg. 1. Omnia post obitum singit maiora vetustas. Ma-
ius ab exequiis nomen in ora venit. Sic Demosthen.
τοῖς μὲν ζεῦσι πάσοις ὑπετί της ἡ πλέων ἡ ἀστ-
ταν φύσος· τὰς τεθεωτας δὲ οὐδὲ τὴν ἐφέρων
οὐδέποτε μετόν, id est, quis enim nefit, eos omneis,
qui vivunt, inuidia magis, aut minis laborare: mortuus
autem ne inimicoru quidem cuiquam odio esse: [Idē o-
rat, τοῖς τε θεοφόροις μετόν τὴν μηδὲ αλλωγά-
θον οὐκέτε της τεθεωτας δὲ οὐδὲ τοῖς κα-
λῶσι φρεσίον εποιεῖ τὴν οὐδὲ τὴν πετελευτή-
κότον οὐδὲν κτηματα εποιεῖ οὐδὲ τὴν φύσος αὐτοῖς
ἐπει τηνιαύτας σιατίς ται.]
V R I T E N I M F V L G. S V O Q V I, &c.]
id est, qui virtute, aut arte aliqua ceteris omni-
bus, qui eisdem artem, ac virtutem colunt, ana-
tecclit, illis acerbū dolum commouet, sibi
odium & inuidiā conflat. ignavis enim, inerti-
bus, miseris inuidet nemō: sed viris fortibus,
strenuis, industriis, ac fortunatis: vt sat. 3. libr. 2.
Inuidiam placare paras virtute relitta. nimio autem
splendore oculos præstingui, annotatum est ad
Od. 2. lib. 2.
Q V I P R A E G R. A R T E I S] qui artifices se
Ecc. ij

tim collapo, ipse quoque concidat. *oτε τίλω*, id est, acerualem argumentationē, quae interrogatio constat, appellat Stoici, cūm aliquid minoratim, & gradatim additur ei, quod ab aduersario concessum est, vel detrahitur. de quo M. Tull. Acad.lib. 2. *soritas hos vocant, qui aceruum officiunt unō addito grano: vitiosum sānē et captiosum genus*, ibid. tūm pāuis additū venit ad soritas, lubricū sānē, & periculōsum locum: *quod tu modō dicebas esse vitiosum interrogandi genus.* Idem de diuinat.lib. 2. aut quemadmodum soriti resistas? *quem si necesse sit, Latīno verbo liceat acerualem appellare.*

A D F A S T O S] id est, ad annos. in fastis enim consulū singulorum annorum; ceterorū que maiorum magistratum nomina prescribantur. Tūm appellatione consulū anni notabantur.

M I R A T U R Q V E N I H I L] & nihil magni aestimat: nihil admiratione dignum ducit.

N I S I , Q V O D L I B I T . S A C R .] nisi, quod sepultum, & mortuum est, de Libilita diximus sup. ad Od. 30. lib. 3; multaque pars mei fitabit Libitum.

V T C R I T I C I D I C V N T] critici sunt, grammatici, qui de scriptoribus, & scriptis iudicāt, *ωτο κρίνειν*, quod valer iudicare: ē qui bus erat Mecius Tarpa. Talis fuit Aristarchus inter Gracos.

L E V I T E R C V R A R E V I D E T V R , &c.] i. ita negligēter scibit, vt videatur oblitus esse, quid de le promiserit, ac somniariit. dicebat autē se somnia esse mortuū, & ex Pythagoræ sententia, animam Homerū in corpus suum immigraffet: quo se optimū poētam extirpise, vetusq; Homericis simileis cōsribete. Quod autem Luctetius ait lib. 1. non Homeri animam in Enij mortui corpus domicilium suum trāfūisse, sed speciem quādam ex Achētū in somnis viuo, & dormienti Enio obiectam esse, his verbis, *Εἰ σι πρατεια ταῦτα εἶσθαι οὐκέτι* Attius dicēbat plus habere magnitudinis, & grandiloquentiā, vt ita dicam: Pacuuius plus doctri næ, erat autem Attius multis annis Pacuuius minor. M. Tull. in Bruto. Attius isdem aliis ait, *επει γάρ τοι μηδεποτε φάγειν τοις αριστοῖς* Pacuuius docuisse fabulam, cūm ille oīoginta, ipse triginta annos natu res esset. idem M. Tull. in oratione pro P. Sextio, multos Attij versus profert, cūm que dīcīssimum poētam appellat.

D I C I T V R A F R A N I T O G A] dicitur Afranius poēta Romanus, seu Latinus cū Menandro cōparandus: seu ad Menandri scribendi genus prop̄ accedere. Afranius togatas scripti cōmēdias. eadem autem ratione appellantur à toga togatæ, qua à pallio palliatæ. de Afranio M. Tull. in Bruto. C. Titium, cuius orationes tam argutiarum, tantum exemplarum, tantum urbani tatis habent, ut pene Attico scripta esse videantur, studebat imitari L. Afranius poēta, homo perargutus, in fabulis etiam dīcīssimus.

P R O P E R A R E] cur properare? an quod negligēter & minus accuratè scripti sunt eius versiūs, sicut aliquid in somno tale, quale de Homero scribit Ennius: de quo videlicet sapiēsime vigilans solebat

cōgitare et loqui, &c.) De se porrō gloriōse prædicabat Ennius, versus veterum reprehendens. *Quos* (inquit) oīim Fauni, utique canebant, cūm neque Mulierum scopulos quisquam superaret, Nec dicti studioſus erat. Ante hunc. Ait ipse de se (inquit) M. Tull. in Bruto. nec mentitur in glorianto.

N E V . I N M A N I B . N O N E S T] Nauij scripta non teruntur manibus hominū. nam eu memoria tenent, neque egent ad iūmēto literarū. hæret in omnium animis perinde, ac si sit recens, *αδος* sanctum est, &c. fuit autem Ennio Næuius antiquior, vt declarant hæc verba M. Tull. in Bruto, quibus Ennius affatur. Nec verò tibi aliter videri debet, qui à Næuiu vel sumissi multa si faceris: vel, si negos, surripissi. A Næuiu sunt illa, que M. Tull. producit epist. ad L. Lucretium lib. 5. Placet enim Hector ille mihi Næuianus, qui non tantum laudari felicitur, sed addit etiam, à laudato viro.

A M B I G I T V R Q V O T I E S] quoties inter homines doctos controversia est uter vtrū, & quis cui sit anteponendus, vel quis cui præster, &c. sup. ad Od. 30. lib. 3; multaque pars mei fitabit Libitum.

A V E R T P A C D O C T I F A M S E N .] id est, Pacuuius cōsequitur, & obtinet laudem, atq; existimationem docti: existimatur ab omnibus doctus. M. Tull. lib. 3. de oratore. *Αρχεια id primum in poētis certi licet, quam sint inter se Ennius, Pacuuius, Attius disimiles.* idem citat hæc ex Pacuuius, lib. 5. de finibus. *Quin etiam fera (inquit Pacuuius) quibus abest ad praecaudum intelligendi astutia, sibi inicito terrorre mortis horrescunt.* Idem lib. 1. de Orat. ad Qu. Frat. nec quisquam est eorum, qui, si iam sit ediscendum sibi aliquid, non Teurom Pacuuij malit, quam Manianas venalium vendendorum leges ediscere.

A T T I V S A T T I] Attius referit nomen & existimationem alti & elati poētæ. Attius dicebatur plus habere magnitudinis, & grandiloquentiā, vt ita dicam: Pacuuius plus doctrinæ, erat autem Attius multis annis Pacuuius minor. M. Tull. in Bruto. Attius isdem aliis ait, *επει γάρ τοι μηδεποτε φάγειν τοις αριστοῖς* Pacuuius docuisse fabulam, cūm ille oīoginta, ipse triginta annos natu res esset. idem M. Tull. in oratione pro P. Sextio, multos Attij versus profert, cūm que dīcīssimum poētam appellat.

D I C I T V R A F R A N I T O G A] dicitur Afranius poēta Romanus, seu Latinus cū Menandro cōparandus: seu ad Menandri scribendi genus prop̄ accedere. Afranius togatas scripti cōmēdias. eadem autem ratione appellantur à toga togatæ, qua à pallio palliatæ. de Afranio M. Tull. in Bruto. C. Titium, cuius orationes tam argutiarum, tantum exemplarum, tantum urbani tatis habent, ut pene Attico scripta esse videantur, studebat imitari L. Afranius poēta, homo perargutus, in fabulis etiam dīcīssimus.

P R O P E R A R E] cur properare? an quod negligēter & minus accuratè scripti sunt eius versiūs, sicut enim in somno tale, quale de Homero scribit Ennius: de quo videlicet sapiēsime vigilans solebat

eo parteis, &c. Quām non ad stricto percurrat pulpita. Geſit enim nummum in loculos dimittere, post hoc, &c. An hoc referendum est ad versuum omnium rationem & naturā, qui pedibus cōstant, & iecirco currere dicuntur, sat. 10. princip. Nempe incomposito dixi pede currere cursus Lucili, &c.

qui secus: vel dic hoc modo, quia Diis probantibus, & fauentibus omnia recte sunt: iratis, secus.

Q V A] Liuij carmina.

P L A G O S V M] qui plagas multas, & graueis discipulis suis infligere solebat.

O R B I L I V M] magistrum, seu doctore meū, de quo Sueton. de claris Grammaticis. Fuit (inquit) nature acerbæ non modō in antisophias (quos omni sermone lacerauit) sed etiam in discipulos, vt Horatius significat, plagiū eum appellans, & Domitius Marcius scribens, si quis Orbilius ferula, scuticāque cedit, floruit ætate Ciceronis: vixit prop̄ ad centesimum ætatis annum, amissa iam pridem memoria, vt ex Bibaculi versu intelligere licet, orbilius ubinam est, litterarum obliuio?

E T E X A C T I S M I N I M . D I S T .] id est, perfectis, & perpolitis proxima: quod valet exacta, perfecta, exquisita, limata, &c. exigere dicimus ad perpendicularū, vt Verr. 3. de anteractis. Tu Veres hic quod moliare, nihil habes: nisi forte vis ad perpendicularū columnas exigere. Cælius ad Cic. lib. 8. ep. Nunc si ad illam summam fuerisatem legitimū ins exigeris, &c. & T. Liuius lib. 30. annalium. Notice ad vestras leges, atque instituta exigere ea, quæ Lacedamone sunt. & exigere ad vnguem dicebantur marmorarij, cūm marmorū cōmissuras vngue explorabant. ex quo exacta dicuntur à Latinis, quæ sunt probata, perfecta, accurata, summo studio, summóq; artificio elaborata, &c. & rursus ad vnguem factum, perfectum, & perpolitum: vt fat. 5. lib. 1. ad vnguem Fausti homo. & lib. de arte poēt. carmen non cōfinguit ad vnguem. Virg. Georg. 2. Nec secus omnis ad vnguem Arboribus positū scito via limite quadret. vbi Seruus notat, translationem esse à marmorariis, qui innuturas vngibus probant. Δόκων nominant Greci, quod Latini ad vnguem factum. [Huc pertinet illud Polyclerti dictū χαλεπότατον ἔντονος ὅρον, δια τούτης ὁ πηλὸς γένος, i. opus esse difficultissimum cūm lutum ad vnguem peruenit. Significabat difficile esse opifici, opus perpolite.]

E M I C Y T] excelluit, eminuit.

C O N C I N N I O R] venustior, elegantior, cultior.

D V C I T] producit, ostentat, jactat, nō rurēbet, id est, quasi in pompa producit. [In uno cod. manu scr. reperi claudat: vnde coniicere llegendum laudat.]

V E N D I T Q V E] vendit posuit, pro venditat. venditare autem, est velle vendere. At qui vendere vult mercem aliquam, eam laudat. Horat. infra epist. proxim. vbi plenus aquo laudat venale quia vult extrahere merces.

I N D I G N . Q V I C Q . R E P R . &c.] id est, indignè fero, aliquid reprehendi, non quia pingu Minerua, & sine lepore, aut veneri factum habeatur, sed quia nouum, & recens.

N E C V E N I A M A N T I Q V I S , &c.] id est, & indignor non veniam erratorum suorum an-

Eee iiiij

tiquis dori, quam si impetrarent, bene secum a-
etiam existimare deberet: sed praececum peti, vt
scriptotibus optimis, ac perfectissimis, sic M.
Tull. in orat. perfecto vereis infestatur, his ver-
bis, Ergo Ennius lucit vetera contemnentia dicere Ver-
bi, quod olim Fauni, utique carebant: mihi de anti-
quis eodem modo non licet, pro fortius cum dicturus no-
fin Ante hunc, ut ille, nec quae sequuntur, Nos ans re-
ferare, &c. idem ibid. non est eis satis non contemni;
laudari etiam volunt.

R E C T E. N E C N E C R O C V M, &c.] id
est, si dubitarem, utrum iure, & merito Attæ fa-
bulæ in scena recitentur, atq; à populo specten-
tur, dñe: se: fenes omnes clamarent me impuden-
tem esse, &c. hæc verba perambulet crocū & flores,

B E G I T] recitauit in scena: unde dicuntur acto-
res comedî & tragœdi.

[V E L Q V A E I M B. D I D. S. P E R D. F.] Petron. Arbitri. & quod vitro turpius est,
quod quisque perperam discit, in senectute cō-
fiteri non vult.]

P R E R A M B U L E T A T T A B. F A B V L A,] Quintius Atta, poëta togataru, sic cognomen-
to dicitur, quod atta, id est, virtuosus pedibus, aut
cruribus celer, aut quod plantis extremis ambu-
lando insisteret, & terrâ magis attingeret, quam
ambularet, quod mihi indicauit Err. Memmius
v.c. & admonuit Festus: qui docet, attas esse ap-
pellatos, eos, qui propter virtutem erum aut pe-
dum plantis insistant, & terram attingunt magis,
quam ambulant: quod cognomen Quintio poëta ad-
D I S T A T E N I M , &c.] id est, interest vtrū tua perdas, ac profundas luxurias ſorum, ac ne-potum in morem, an libenter ſumum facias, neque te querendi ſtudio excrucies, ſed potius, dum licet, iucundè viues.

A C P O T I V S , P V E R , &c.] pendent hæc ē ſuperioribus. ſignificat autem Horatius à ſimili, quemadmodū pueri diibū festis toro eo tempore, quod eis datur ad animoū remiſſionem, & oblationem, raptim fruſtūr, ſcientes, diebus profectis ſibi ad penfum p̄fūtiū, vſitatum que ſtudium, ac laborem eſſe reuertendum: ita & homines debet, dum per atatem licet, & dū vita ſupperit, quæ breuiflīm reuiniſt contineatur, animi tranquillitat, & hilaritat ope: am dare. ſic ſup. Od. 9. lib. 1. Donec vīrenti canities abeſt Morsa.

F E S T I S Q U I N Q U A T R I V S] Quinquatus dies, erant quinque ſelli Minerua: qualia apud Græcos πενταήμερα. Appellabātur autem Quinquatus, non Quinquaria. M. Tull. M. Ceilio lib. 2. epift. ſell. citius equidem eam de rebus urbaniſt ita tumultuof coniōnes, ita moleſta Quinquatus afferebantur.

C O R I M] interdum, nōrē, vt ſepe aliās.

E X I G V O , G R A T O Q V E F R .] ſic Lucr. lib. 3. brevis eſt hic fructus hominis: iam fuerit, neque poſt unquam reuocare licebit.

R A P T I M] ſic ſuprā Od. 13. libri. epod. rapi- mus amici Occiſionem de die, raptim valer celeriter, & quāſi rapiendo. vtitur Lucret. non ſemel, lib. 3. & raptim pluri peti aquora campi.

P A U P E R I E S I M M . D O M ,] alij ſic in- terpretantur: pauperies domus, immūda, id eſt, paupertas domus inelegans, ac ſordida longē abſit à me: vt domus fit patrij caſus: alij legunt à ſororibus, pauperies, immunda domus, vt domus fit recti caſus: alij legunt domus, & coniunctio legūt, Pauperies immunda, quod poſtremum non probo. D

E G O V T R V M N A V E F E R A R , &c.] id eſt, ſue magna, ſue parua nauē ferar, &c. Nā hoc loco vtrū, & an non interrogant: quod eſt admodum ratū, ac nouum, niſi quis hoc modo malit hunc verbum explicare, ego vtrū Nauē ferar magna, an parua (ſubintellige, nihil rēfert) ferar unius, & idem.

N O N A C I M . T V M . V E L I S A Q V Y . S . &c.] ἀληγορia eſt: cuius haec eſt ſententia: non ſumus admodum fortunati, nec opulent: non tamen valde inopes, aut pauperes, aut miseri ſumus.

S P E C I E] X̄muari, id eſt, persona, & décore A quodā externo, vt epift. ad Numic. lib. 1. ſi fortunatum ſpecies, & gratia preſbat, &c. M. Tull. lib. 1, epift. ad Qu. Fratr. tam ſpecies ipſa tam gratiosi li- berti, aut ſeru, dignitatem habere nullam potef. vide, quæ anno tauius ad illum locum, ſi fortunatum ſpecies, &c.

L O C O , R E] gradu, & pecunia, ſeu copiis rei familiaris.

N O N E S A V A R Y S] innuit, eū, qui beatè viuere cupiat, ab omni animi perturbatione va- cuum, ac liberum eſt oportere: neque ſatis eſt, ſi uno vitio careat: ſed ci operam dandam eſt, ſi fanus viuere velit, vt omneis animi morbos ra- dicis, &c.

B Q V I D ? C E T E R A I A M S I M V L] ſic ha- bent libri omnes veteres, longè (opinor) con- cinnius, & venustius, quam vulgati, num ſimil iſto, &c.

C A R E T T I B I P E C T V S] id eſt, tibinc animus ambitione vacuus & ſolarus & pectus pro animo poſuit, quia pectus animi ſedes eſt, vt alibi notauius. ſic ſuprā epift. ad August. Moreriam pectus preceptis format amicis.

I N A N I A M B I T I O N E] Satyr. 6. libr. 1. Vi- ta ſolitorum miſera ambitione, grauitate, Satyr. 3. lib. 2. quisquis Ambitione mala, aut argenti pallet amore, &c.

S A G A S] ſagæ mulieres, à ſigiendo, quod eſt acutē ſentire, ſunt appellatae, inquit M. Tull. vt anno tauius ſuprā ad Od. 27. lib. 1. Quæ ſaga, quiſ te ſolnere Thessalī Magus venenis, quiſ poterat Deo?

N O C T V R N O S L E M V R E S] nocturnas animalium species falſas. Lemures, lariae nocturnae, & terrificationes imaginum & bestiarum. Varro de vita pop. Rom. Quibus temporibus in ſacris ſabam ia- ciant noctu, ac dicunt ſe lemures domo extra ianuam eiſcere. ex Nonio. Soſipater autem lib. 1. Lemures (inquit) vix te vol deſperares, id eſt, nocturni dæ- mones.

P O R T E N T A Q V E T H E S S A L A] ἔργα, θεραπεία, miracula rerum, quæ edunt Thel- ſali carniſ. nibus, & venenis.

N A T A L E I S G R A T E N V M E R A S ?] id eſt, tui generis auctores, & incunabula tua liben- ter commemoratis multos enim ſuorum parentum, & ſui generis pudet, ac pœnitet. alij per na- taleis, annos, & atatem duntaxat ſignificari vo- lunt. Iam quia annorum multitudine propinquitate mortis denuntiat, plerosque pudet de an- nis ſuis conſitteri. nataleis autem ſubintellige dies. Vel dic nataleis integrū eſſe, vt vul. Seruus: qui ita ſcribit ad illum Virgilij verſum, Palæm. Phyl- lida mitte mihi, meus eſt natalis, iola: Sanè eom apud maiores natalis plenum fuerit, poſteritas natalis dies di- cere capit. Nam cum Horatius dixerit, Nataleis gratæ numeras: Iuuenalis ait, Natali, Coruine, die mihi dul- cior haclux.

S P I N I S D E P L V R I B V S] per spinas, & gritudines, angores, vitia deniq; animorum fi- gnificantur,

gnificantur, vt ſup. epift. ad Villicum lib. 1. Certe- mas ſpinas animōne ego fortius, an tu Euellus agro.

D E C E D E R E] decede de loco, & de via, ſeu de statione vita: da locum melioribus. ſup. Od. 6. lib. 2. ubi non Hymetto Mella decedunt. ſuccedere, & decedere inter ſe opponuntur. dicimus enim, decedere de prouincia, de vita.

I T E M P V S A B I R E T I B I E S T , N E P . L .] ſic Lucret. lib. 3. Nunc aliena tua tamē atate omnia mitte, Aequo animo, agendum, iam aliis concede: ne- ceſſe eft. Sed pauci ſunt, qui tanquam coniuia ſa- turi, decendant de vita, vt ait Sat. 1. lib. 1. in extrem. atqui nihil eſt tam ſecundum naturam, quam homini ſeni, emori.

L A S C I V A D E C E N T I V S A T A S] ado- leſcentia, vel iuuentia, quam magis decet delicias facere, & voluptatibus indulgere.

22 Lambinus Lectori.

Scio, viros huius etatis doctissimos & scriptissimos, & edidisse in hunc librum commentarios: quae res me sanè detergere debebat, ne quid meorum scriptorum huc admiserem. Verum, cum initio totum hunc poëtam explicare constituisse, atque in eam curam aliquot iam annos incubuisse, cuius mei consilij participes essent, & consilij homines mihi amicissimi, ijdēmq; eruditissimi: non existimauit, mihi hanc laboris à me suscepit partem, etiam si ab aliis esset occupata, prætermittere, aut deprecari licere, veritus né non nulli, si huius nominis solutionem aliis delegarem, neq; totū hoc & alienum egomet meis nummis dissoluerem: hoc quicquid est, acerbius à me exigerent, mecumque summo iure experientur, & ex syngrapha agerent. Verutamen eam moderationem in hac mei pensi parte persoluenda adhibere institui, vt vno tempore & iis satisfacerem, qui integrant à me huius artis alieni dissolutionem flagitarent, & eos non offendere, qui hoc reliquā à locupletioribus exigere malent: statuique mihi ingenuos, & candidos opifices imitados esse, qui posteaquam ad partem aliquam operis à se conducti, ac suscepti difficilem perueniunt, quam intelligent neq; se fatis cumulatè absoluere posse, & alios ornatiū, ac politiū, quām se, perfecturos esse, ad operis locatorē vtrō accedunt: denuntiant, atq; ingenuè fatentur se in hac operis parte minùs ei satisfacere posse: docent, alios esse præstatores, non solù omnibus notos, verū etiam nobileis, & claros, qui eam summo artificio elaborare, politissimāque arte perficer possint: demonstrant, eorum copiam esse pararam, atque in medio politam: suadent, vt iisdem conditionibus, eadēque mercede, & impensa, illorum opera vtatu potius, quām sua. Horum igitur exemplo humanissimos, optimosq; lectores, quibus me totum hoc pensum Horatianum debere non nego, oro, atque obsecro, vt me hāc de arte poëtica ad Pisones epistolam strictrum attingere sinant: horrō, vt integrā, plenā, vberem, ac perpolitā eius explanationem à Francisco Luisino, Iacobo Grisolio, Achille Statio Luisano, quem Romæ cognoui, alīisque doctissimis viris, petant: ab illorum fontibus se quantumvis magnā sitim expleturos esse confidat: meos riulos vel præterea, vel ita leuiter degustent, vt intelligent, eos nō sitionibus fauibus proluēdis, sed primoribus labiis modicē duntaxat irrigandis esse comparatos. De inscriptione autem huius libri, seu epistola ad Pison, de arte poët, paucis tibi, lector, sententiam quorūdam doctorū nostrā etatis virorum, & mēa aperiam. Illi igitur eam inter epistolās referendā, & ita inscribēdam censem, ad Pisones: nihil præterea à quibus dissentire difficile est. Nam, quia ad Pisones scripta sit, quemadmodum aliae ad Macēnatem, aliae ad Iulium Florū: vna, ad Augustū: aliae, ad alios, negari id quidem non potest. Neq; est, quod quemquam vel longitudi, vel argumentum moueat. De longitudine facilis responsio est. Epistola ad Augustum, epistola ad Iulium Florum lib. 2. longæ sunt. Platonis, & M. Tull. epistolæ quædam sunt lōgissimæ, quæ tamen non icircō epistolarum nomen amittunt. De argomento, suo quoq; epistola constat argumento: neq; debent esse inanæ epistolæ. Exempli causa, in prima epistol. lib. 1. hortatur ad studium philosophiæ, eius utilitatem demōstrat, vulgi opinionem sequi vetat. in secunda, arrepta ex Homero occasione, philosophiā quoque cōmendat: errare homines, qui multo maiorem corporis, & rerum externarum curam habent, quām animi: fruſtrā enim quārī cetera bona, eorumq; possessionē inutilē esse, nisi animus sit omni perturbatione, & motu à ratione atuerso, tanquā morbo, vacuus, & purgatus. eam, quā est ad Numiciū, licet ita inscribere, De finib⁹ bonorum. epistola ad Fuscum Arisium ita inscribi potest, De comparatione vita rufice, & tranquilla cum vita urbana, & turbulentia. epistola ad Augustum tota est de veteribus, & nouis poëtis. in secunda lib. 2. ad Iul. Florum primum exponit, quomobrem olim se se ad versus scribendos contulerit: deinde ad extrellum concludit satiūs esse omisso studio poëtico, & relictis versibus, ac nugis recte viuendi disciplinam colere, & perseguiri. Possem eodem modo singulas epistolās percurrere, & quōdnam sit cuiusque argumētum indicare, nisi vererer, ne alieno loco hāc videar inculcare. Sic igitur Horatius in hac ad Pisones epistola, cūm de omni poëtico genere disputatione, tūm maximē de comœdia, & tragedia utilissime p̄cepta dat, nos vt philosophus, sed vt poëta. Hāc in e ratio adduxit, vt putem cum multis doctis, primum hanc esse epistolam, deinde simpliciter ira esse in scribendam epistola ad Pisones. Quod si quis voler hāc addi, de arte poëtica, non reclamabo, modò idem facere licere in omnibus epistolis, fateatur. Ego interea ramen receptā consuetudinem, vulgique opinionem in eo secutus sum, quod hunc titulum de arte poëtica retinui: in altero, quod epistolam appellauit, doctorum sententiam approbaui.

Q. HORATII FLACCI
EPISTOLA DE ARTE
Poëtica ad Pisones.

HVMANO capiti ceruicem pi-
ctor equinam
Jungere si velit, & varias inducere plu-
mas,
Vndiq; collatis membris, ut turpiter atrū
Desinat in pīcē mulier formosa superne:
Spectatum admissi risum teneatis amici?
Credite Pisones, isti tabula fore librum
Persimile, cuius, velut ægri somnia, vanæ
Fingetur species, ut nec pes, nec caput uni
Reddatur formæ. *pictoribus, atque poëtis
Quidlibet audendi semper fuit aqua poten-
stas.
Scimus, & hanc veniam petimusque, da-
mūque vicissim.
Sed nō, vt placidis coēant immittia: nō vt
Serpētes anib⁹ geminētur, tigribus agni.
* Incepit graib⁹ plerumque, & magna
professus
Purpureus, latè qui splendeat, vnum, &
alter
Affixur pānus, cūm lucus, & arā Dianæ,
Et properantis aquæ per amēnos ambitus
agros,
Aut flumē Rhenum, aut pluuius descri-
bitur arcus.
Sed nunc non erat his locus: & fortasse
*cypressum
Scis simulare. quid hoc, si fractis enat
exspes
Naib⁹, ære dato qui pingitur? am-
phora cœpit
Institui: currente rota cur urceus exire?
Denique fit quod vis, simplex duntaxat,
& vnum.
Maxima pars vatuum, pater, & iuuenes
patre digni,
Decipimur ffacie recti. breuis esse labore?

Obscurus fio. *sectantem lauia, nerui
Deficiunt, animique: professus grandia,
turget:
Serpit humili tutus nimium, timidusque
procœlæ.
Qui variare cupit rem prodigaliter vna:
Delphinum filuis appingit, fluctib⁹ aprū.
In uitium dicit culpæ fuga, si caret arte.
* Æmilium circa ludum faber *imus &
vngueis
Exprimet, & molleis imitabitur ære ca-
pillos:
In felix operis summa, quia ponere totum
Nesciet. hunc ego me, si quid componere
curem,
Non magis esse velim, quām naſo vine-
re prauo,
Spectādum nigris oculis, nigrōque capillo.
Sumite materiam vestris, qui scribitis,
aquam
Viribus. & versate diu, quid ferre recu-
sent,
Quid valeant humeri. cui lecta *potenter
erit res,
Nec facundia deseret hunc, nec lucidus
ordo.
Ordinis hæc virtus erit, & Venus, aut
ego fallor,
Vt iam nunc dicat iam nūc debentia dici:
Pleraque differat: & præfens in tem-
pus omittat.
Hoc amet, hoc spernat promisi carminis
auctor.
In verbis etiā tenuis, cautusque serendis,
Dixeris egregie, notum si callida verbum
Reddiderit iunctura nouum. si forte ne-
cessē est
*Indiciis monstrare recentibus abdita
rerum, &
Fingere cincturis non exaudita Cethegis:
Continget, dabiturque licentia sumta
pudenter.

Et noua, fictaque nuper habebunt verba
fidem, si
Graco fonte cadent, parcè detorta. quid
autem
Cecilio, Plautoque * dabit Romanus,
admetum (ca,
Virgilio, Varióq; ego cur acquirere pau-
Si possum, inuide or? cùm lingua Catonis,
et Enni I
Sermonem patrium ditauerit, et noua
rerum
Nominia protulerit: licuit, sempérque
licebit,
Signatū p̄fente nota* producere nomen.
Ut filii foliis prōnos mutantur in annos,
Prima cadūt: ita verborum vetus interit
etas:
Et iuuenum ritu florent modō nata, vi-
gēntque.
Debemur morti nos, noſtrāque: * sine re-
ceptus
Terra Neptunus classis Aquilonibus
arcet,
Regis opus: sterilisve diu palus, apta-
que remis
Vicinas urbeis alit, et graue ſentit ara-
trum:
Seu cursum mutauit iniquum frugibus
amnis,
Doctus iter melius: mortalia facta peri-
bunt:
Nedum sermonum ſit honos, et gra-
tia viuax.
Multarrenaſtentur, que iam cecidere: D
cadentque,
Que nunc ſunt in honore vocabula, ſi
volet uſus:
Quem penes arbitrium eſt, et ius. & nor-
ma loquendi.
Res geſta regumque, ducumque, & triftia
bella (Homerus.
Quo ſcribi poſſent numero, monſtrauit

* Versibus impariter iunctis querimonia
primū,

Post etiam * inclusa eſt voti ſententia
compos.

Quis tamē exiguoſ elegos emiferit auctor,
Grammatici certant: & adhuc ſub indice
lis eſt.

Archilochum proprio rabies armauit
iambo.

Hunc * ſocci cepere pedem, grandesque
cothurni,

B Alternis aptum sermonibus, & populareis
Vincentem ſtrepitū, & natum rebus a-
gendis.

Mufa dedit * fidibus diuos, puerosque
deorum,

Et pugilem victorem, & equum certami-
ne primū,

Ft iuuenum curas, & libera vina referre.

Descriptas feruare vices, operumque co-
lores,

Curego, ſi nequeo, ignorōq; poëta ſalutor?

C Cur neſcire pudens praue, quām diſcere
malo?

Versibus exponi tragicis res comica non
vult.

Indignatur item priuatis, ac prop̄ ſocco
Dignis carminibus narrari cena Thyeste.

Singula queque locum teneant fortita
decenter.

Interdum tamē & vocem comædia tollit:

Iratūſque Chremes tumido delitigat ore.

Et tragicus plerumque dolet ſermone pe-
deftri.

Telephus, & Peleus, cùm pauper, & exſul
vterque, (ba,

* Proiicit ampullas, & ſequipedalia ver-
Si curat cor ſpectantis tetigisse querela.

Non ſatis eſt pulchra eſſe poēmata: dul-
cia ſunto:

Et quo cumque volēt, animum auditoris
agunto.

v Tridentibus

Vt ridetibus arrident: ita flentibus aſſut
Humani vultus. ſi vis me flere: dolen-
dum eſt

Primum ipſi tibi: tunc tua me infortu-
nia laudent;

Telephe, vel Peleu. malè ſi mandata lo-
queris,

Aut dormitabo, aut ridebo. triftia meſtū
Vultū verba decēt: iratū, plena minarū:

Ludentem, laſciua: ſeu erum, ſeria dictu.

* Format enim natura prius nos intus ad
omnem

Fortunarum habitum: iuuat, aut impellit
ad iram:

Aut ad humum merore gravi deducit,
et angit:

Post effert animi mot⁹ interprete lingua.
Si dicentis erunt fortunis abſona diſta:
Romani tollent equites, pediteſque ca-
elinnum.

Intererit multū* Dauīſne loquatur,
Erōſne:

Maturūſne ſenex, an adhuc florente in-
uentu

Feruidus, an matrona potens, an ſedula
nutrix:

Mercatorne vagus, cultorne virentis
agelli:

Colchus, an Aſſyrius: Thebis nutritus,
an Argis.

Aut famam ſequere: aut ſibi conuenien-
tia finge (lem

Scriptor, honoratū ſi forte reponis Aēhil-
Impiger, iracūdus, inexcorabilis, acer,

Jura neget ſibi nata: nihil non arro-
get armis.

Sit Medea ferox, inuictaque: flebilis Ino:
Perfidus Ixion: Io vaga: triftis Orefes.

Si quid inexpertum ſcenæ committis, et
audes

Personam formare nouam: ſeruetur ad
imum,

A Qualis ab incepto procoſſerit: et ſibi
confer.

Difficile eſt proprie* cōmunia dicere: tuq;
Rectius Iliacum carmen deducis in actus,

Quām ſi proferres ignota, indictaque
primus.

Publica materies priuati iuris erit, ſi
Nec circa vitem, patulūmque moraberis
orbem:

Nec verbū verbo curabis reddere* fidus

Interpres: nec deſiles imitator in arcū,

B Vnde pede* reſerve pudor vetet, aut ope-
ris lex:

Nec ſic incipies, ut ſcriptor cyclicus olim,

Fortunam Priami cantabo, et nomine
bellum.

Quid dignum tanto feret hic promiſſor
hiatu?

Parturiēt mōtes: naſcetur ridiculus mus.

Quāto rectius hic, qui nil molitur inepit?

Dic mihi Mufa virum, capt⁹ a poſt tēpora
Troie,

C Qui mores hominum multorum vidit, et
urbeis.

Non ſumum ex fulgore, ſed ex fumo dare
lucem

Cogitat, ut ſpeciosa dehinc miracula pro-
mat,

Antiphatem, Scyllāmque, et cum Cy-
clope Charybdin.

Nec reditum Diomedis ab interitu Me-
leagri,

Nec gemino bellum Troianum orditum
ab ouo.

Semper ad euentum festinat: et in me-
dias res (que

Non ſecus, ac notas, auditorem rapit: et,

Deſperat tractata nitescere poſſe, relin-
quit. (ſcet,

Atque ita mentitur: ſic veris falſa remi-
Primo ne medium, medio ne diſcrepet
imum.

Tu quid ego, & populus tecum desideret, ^A Quām, quae sunt oculis subiecta fidelibus:
 audi. ^C & que
 Si plausoris eges aula manentis, & vñq;
 Seſſuri, donec cantor, vos plaudite, dicat:
 Ætatis cuiusque notandi sunt tibi mores:
 Mobilibꝫque decor naturis dandus, &
 annis.
 Reddere qui voces iam ſcit puer, & pede
 certo
 Signat humum: geſtit paribus colludere,
 & iram
 Colligit, ac ponit temerē: & mutatur in ^B horas.
 Imberbis iuuenis tandem custode remoto,
 Gaudet equis, canibꝫque, & aprici gra-
 mine campi:
 Cereus in vitium flecti, monitoribꝫ aſper,
 Vriliū tardus prouifor, prodigus aeris,
 * Sublimis, cupidūque, & amata relin-
 quere pernix.
 Conuerſis studiis, etas, animūſque virilis
 Querit opes, & amicitias: ^C inferuit honori:
 Commiffisſe cauet, quod mox mutare la-
 boret.
 Multa ſenem circumueniunt incommo-
 da: vel quòd
 Quærit, & inuentis miser abſinet, ac ti-
 met vti:
 Vel quòd res omneis timide, gelidēque
 ministrat,
 Dilator ſpe lōgus, iners, * anidūſq; futuri,
 Difficilis, querulus, laudator temporis
 acti
 D Se puer: censor, caſfigatōrque minorum.
 Multa ferunt anni venientes commoda
 secum:
 Multa recedētes adimūt: ne forte ſeniles
 Mandetur iuueni partes, puerōq; viriles:
 Semper in adiunctis, auōque * morabi-
 mur aptis. ^D (tur.
 Aut agitur res in ſcenis, aut acta refer-
 Segnius irritant animos dimiſſa per aurē,

Postquam cœpit agros extendere viator, ^Amina ſolum,
 & urbem
 Latiō amplecti murus, vinoque diurno
 Placari Genius festis impune diebus:
 Accessit numerisque, modisque licentia
 maior.
 Indoctus quid enim ſaperet, libérque la-
 borum,-
 Rūſicus urbano confuſus, turpis horuſto?
 Sic priſcae * motūmq;e, & luxuriam ad-
 didit arti
 Tibicen: traxitque vagus per pulpita
 veftem.
 Sic etiam fidibus* voces creuere ſeuiri:
 Et tulit eloquium in ſolitum faciendia
 præcepſ:
 Utiliumque sagax rerum, & diuina fu-
 turi
 Sortilegiis nō diſcrepuit ſentētia Delphī.
 Carmine qui* trag:co vilem certauit ob-
 hi: cum,
 Mox etiam agreſteis satyros* nudauit,
 & aſper
 Incolumi grauitate iocū tentauit, eo quòd
 Illecebris erat, & grata nouitate moran-
 dus
 Spectator, ſuſtusq; ſacris, & potus, &
 exlex.
 Verūmita riſores, ita cōmendaro dicaceis
 Conueniet satyros: ita vertere ſeria lido:
 Ne, quicumque Deus, quicumque adhi-
 bebitur heros,
 Regali coſpectus in auro nuper, & oſtro,
 * Migret in obſcuras humili ſermone ta-
 bernas:
 Aut, dum ritat humum, nubeis, & ina-
 nia capet.
 Effutire leueis indigna tragedia verſus:
 Vi ſeftis matrona moueri iuſſa diebus,
 Intererit satyris paulūm pudibuda pro-
 terius.
 Non ego inornata, & * dominantia no-

mina ſolum,
 Verbāque, Pijones, satyrorum ſcriptor
 amabo:

Nec ſic enī tar tragicō differre colori,
 Ut nihil interſit Dauīſne loquatur, &
 audax

Pythias, emūcto lucrata Simōne talentū:

An custos, famulūſq; dei Silenus alumni.
 Ex noto ſictum carmen ſequar, ut ſibi
 quiuis

Speret idem: ſudet multum, fruſtrāque
 laboret,

Aufus idem: tantum ſeries, iunctura-
 que pollet:

Tantum de medio ſumtiſ accedit honoris:

Siluis deducti caueant, me iudice, Fauni,
 Ne, velut innati triuīis, ac pæne forenſes,
 Aut nimium teneris iuuenientur verſibus
 umquam:

Aut immunda crepent, ignominiosaque
 dicta.

Offenduntur enim, quibus eſt equus, &
 pater, & res:

Nec, ſi quid ſtriči ciceris probat, & nucis
 emtor,

Equis accipiunt animis, donant ve corona.

Syllaba longa breui ſubiecta, vocatur
 Iambus,

Pes citus: unde etiam * trimetris accrefe-
 re iuſſit

Nomē Iambēiſ, cum ſenos redderēt iactus:

Primus ad extreum ſimiliſ ſibi. non ita
 pridem,

Tardior ut paulo, grauiorque veniret ad
 aureis,

Spondēos ſtabileis in iura paterna recepit

Commodus, & patiens: non ut de ſede
 ſecunda

Cederet, aut quarta * ſocialiter. hic &
 in Atti

Mobilibus trimetris apparet rarus, &
 Enni.

In *scenam missos magno cum pondere A
versus,
Aut opere celeris nimium, curaque ca-
rentis,
Aut ignorata premis artis crimine turpi.
Non quiuis videt immodulata poëmata
index:
Et data Romanis venia est indigna poëtis.
Ite circne vager, scribamque licenter: an
omneis
Visuros peccata putem. tatus, & *extra
Spem venia cautus? vitaui denique cul-
pam:
Non laude merui. vos exemplaria Graca
Nocturna versate manu, versate diurna.
At vestri proani Plautinos & nume-
ros, &
Laudauere siles, nimium patienter v-
trumque,
Ne dicam stulte, mirati: si modo ego,
& vos
Scimus inurbanum lepido seponere dicto:
Legitimumque sonum digitis callemus, &
aure.
Ignotum tragicæ genus inuenisse camæna
Dicitur, & plaustris vexisse poëmata
Theſpis:
Que canerent, agerentque per uncti faci-
bus ora.
Post hunc personæ, pallæq; repertor honestq;
Æschylus & modicis instruit pulpita
tignis:
Et docuit magnumque loqui, nitique co-
thurno. (ta
Successit vetus his comædia, nō fine mul-
Laude: sed *in vitium libertas excidit,
& vim
Dignam lege regi. *lex est accepta, Echo-
rusque
Turpiter obticuit, sublato iure nocendi.
Nil intentatum nostri liquere poëta:
Nec minimum meruere decus, vestigia

Graca
Ausi deferere, & celebrare domes̄tica
facta:
Vel, qui praetextas, vel qui docuere to-
gatas. (mis,
Nec virtute foret, clarisve potentius ar-
Quæ lingua, Latium, *si nō offederet vnu-
Quemque poëtarum limæ labor, & mora-
vos
Pompilius sanguis, carmen reprehendite,
quod non
B Multa dies, & multa litura coercuit atq;
* Praefectum, decies non castiganit, ad
vnguem.
*Ingenium misera quia fortunatus arte
Credit, & excludit sanos Helicone poëtas
Democritus: bona pars non vngueis po-
nere curat;
Nō barbam: secreta pectit loca: balnea vi-
tat.
Nanciscetur enim pretium, noménque
poëta,
C Si tribus Anticyris caput insanabile
numquam
Tonsori Licino commiserit. O ego laevis,
Qui purgo bilem sub verni temporis hora.
Nō alius faceret meliora poëmata: verū
*Nil rati est. ergo fungar vice cotis, acutū
Reddere quæ ferrum valet, exsors ipsa fe-
candi.
Munus, & officium, nil scribens ipse,
docebo:
Vnde paretur opes: quid alat, formetque
poëtam:
Quid deceat, quid non: quò virtus, quò
ferat error.
Scribendi recte, sapere est & principium,
& fons.
Rem tibi Socratica poterunt offendere
chartæ:
Verbaque prouisam rem non inuita se-
quentur.
Qui didicit.

Qui didicit, patriæ quid debeat, & quid amicis:
Omne superuacuum pleno de pectorē
manat.
Ficta voluptatis causa, sint proxima veris.
Nec, quodcumque voler, poscat sibi fabu-
la credi:
Neu pransæ Lamiae viuum puerum ex-
trahat alio.
*Centuria seniorū agitat expertia frugis:
Celsi prætercunt austera poëmata
*Rhamnes.
Omne tulit punctum, qui miscuit utile
dulci,
Lectorē delectando, pariterque monendo.
Hic meret æra liber Sosis: hic & mare
transit,
Et longum noto scriptori prorogat aenum.
Sunt delicta tamen, quibus ignouisse ve-
limus.
Nam neque chorda sonum reddit, quem
vult manus, & mens:
Poscentique grauem persæpe remittit
acutum:
Nec semper feriet, quodcumque minabi-
tur, arcus.
Verū, ubi plura nitent in carmine, non
ego paucis
Offedar maculis, quas aut incuria fudit:
Aut humana parūm canit natura.
quid ergo?
Semis. at hac animos ærugo, & cura pec-
culi
Cùm semel imbuerit, sferamus carmina
fingi
Posse linenda cedro, & leui seruanda cu-
presso?
Aut prodeſſe volunt, aut delectare poëtæ:
Aut simul & iucunda, & idonea di-
cere vita.
Quicquid præcipes, esto breuis: ut citò
dicta
Percipiant animi dociles, teneantque
fideles.

Vt pictura, poësis erit, quæ si propius stes, A Id tibi iudicium est: ea mens. si quid tam
Te capiat magis: & quædam, si longius
abstes.
Hec amat obscurum: volet hec sub luce
videri:
Judicis argutum quæ non formidat acu-
men.
Hec placuit semel: hec decies repetita
placebit.
O maior iuuenum, quamuis & voce
paterna
Fingeris ad rectum, & per te sapis: hoc b
tibi dictum
Tolle memor: certis medium, & tolerabi-
le rebus
Recte concedi: consultus iuris, & actor
Causarum mediocris abest virtute diserti
Meſſala: nescit quantum Cæſcellius
Aulus:
Sed tamen in pretio eſt. mediocribus eſſe
poëtiſ
Non dI, non homines, non conſeffere
*columnæ.
Vt gratias inter mēſas ſympoñia diſcorſ,
Et crassum unguentum, & Sardo cum
melle papauer, (iftis:
Offendunt, poterat duci quia cena ſine
Sic animis natum, inueniūque poëma
iuuandis,
Si paulum à ſummo diſceſit, vergit ad
imum.
Ludere qui nescit, campeſtribus abſinet
armis
Indoctusq; pile, diſcīve, trochīve quiescit:
Ne ſiſſerisum tollant impune corona.
Qui nescit, verſus tamen audet fingere.
quid ni?
Liber, & ingenuus, p̄fertim c̄ſus eque-
ſtreſ
Summam nummorū, vitiōque remotus
ab omni.
Tu *nihil inuita dices, facieſve Minerua:

A Scriptoris, in MecI descendat iudicis
aureis,
Et patris, & noſtras: nonūque pre-
matur in annum.
Membranis intus poſitis delere licebit,
Quod non edideris: *nescit vox missa
reuerſi.
Silueſtreſ homines ſacer, interpresque
deorum
Cædibus, & victuſudo deterruit Orphe⁹,
Dicitus ob hoc lenire tigreis, rabidoſque
leones.
Dicitus & Amphion Thebae con-
ditor arcis
Saxa mouere ſono teſtudinis, & prece
blanda
Ducere, quò vellet. fuit hec ſapientia
quondam:
Publica priuatis ſecernere, ſacra profanis:
Concubitu prohibere vago: dare iura
maritis:
Oppida moliri: leges incidere ligno.
Sic honor, & nomē diuinis vatibus, atque
Carminibus vénit. post hos insignis
Homerus,
Tyrtæusque mares animos in Martia
bella
Verſibus exacuit. * dictæ per carmina
fortes:
Et vita moſtrata via eſt: & gratia regi
Pieriſ tentata modis: ludusque repert⁹,
Et longorum operum finis: ne forte pudori
Sit tibi Muſa lyra ſollers, & cantor
Apollo.
Natura fieret laudabile carmen, an arte,
Quæſitum eſt. ego nec ſtudium ſine diuite
vena,
Nec rude quid profit, video, ingenium:
alterius ſic
Altera poſit opem res, & coiurat amicē.
qui ſtudeſ

Qui ſtudet optatam curſu contingere me- A Quinc̄tilio ſi quid recitares: corrige ſodes;
tam, Hoc, aiebat, & hoc melius te poſſe * ne-
gares,
Multatulit, fecitque puer: ſudauit, &
alſit:
Abſtinuit Venere, & * Vino. * qui
Pythia cantat
Tibicen, didicit priuſ, extimuūque ma-
giſtrum.
Nunc ſatis eſt dixiſſe, ego mira poëma-
ta pango.
* Occupet extreum ſcabies. mihi turpe
relinqui eſt:
Et, quod non didici, ſanè neſcire fateri.
Vt præco, ad merces turbam qui cogit
emendas,
Affentatores iubet ad lucrum ire poëta,
Diues agris, diues poſitis in ſenore num-
mis.
Si verò eſt, * uictu qui recte ponere poſit:
Et ſpondere leui pro paupere, & eripere
atris
Litibus implicitu: mirabor, ſi ſciēt inter-
Noscere mendacem, verūque beatus
amicum.
Tu ſeu donaris, ſeu quid donare voles cui:
Nolito ad verſus tibi factos ducere plē-
num
Lætitiae. clamabit enim pulchrè, bene,
recte:
Palleſcat ſuper hiſ: etiam ſtillabit amicis
Ex oculis rorem: ſaliet: tundet pede ter-
ram.
Vt, qui conducti plorant in funere, dicūt,
Et faciunt prop̄ plura dolentibus ex a- D nimo: ſic
Derifor vero plus laudatore mouetur.
Reges dicuntur multis virgere * culullis,
Et torquere mero, quem per ſpexiſſe la-
borant,
An ſit amicitia dignus. ſi carmina cōdes:
Numquam te fallant animi ſub vulpe la-
tentēſ.

A Quinc̄tilio ſi quid recitares: corrige ſodes;
Hoc, aiebat, & hoc melius te poſſe * ne-
gares,
Bis, tērque expertūm fruſtra: delere in-
tebat:
Et malē tornatos * incidi reddere verſus.
Si defendere delictum, quām vertere;
malles:
Nullum ultrā * verbum, aut operam * in-
ſumebat inanem,
Quin ſine riuali téq; & tua ſolus amares:
Vir bonus, & prudens verſus reprehen-
det * inerteſ:
Culpabit duros: incomis allinet atrum
Transuerſo calamo ſignum: ambitioſa
recidet
Ornamenta: parūm claris lucem dare
coget:
Arguet ambigūe dictum: mutanda no-
tabit:
Fiet Aristarchus: nec dicet, cur ego a-
micum
Offendam in nugis: ha nuga ſeria ducent
In mala * deriſum ſemel, exceptūque
ſinistrè.
Vt, * mala quem ſcabies, aut morbus re-
gius urget,
Aut fanaticus error, & iracūda * Diana:
Veſanum tetigiffe timent, fugiūntque
poëtam,
Qui ſapiunt: agitant pueri, incautique
ſequuntur.
Hic, dum ſublimis verſus ruſtatur, &
errat:
Si veluti merulis intentus décidit auceps
In puteum, ſue āmve: licet, ſuccurrите,
* longum
Clamet, io, ciues: non ſit, qui tollere curet:
Si curet quis opem ferre, & demittere
funem:
Quā ſciſ, an prudens huſ ſe deiecerit:
atque.

Seruari nolit dicam, Siculique poëta
Narrabo interitum. Deus immortalis
haberi

Dum cupit Empedocles: ardente frigi-
dus Aetnam

Insiluit sit ius, liceatque perire poëti.
Inuitu qui seruat, idem facit occidenti.

Nec semel hoc fecit: nec, si retractus erit,
iam

Fiet homo, & ponet famosa mortis a-
morem.

Nec satis apparet, cur versus factitet
utrum

Minxerit in patrios cineres: an triste
bidental

Mouerit incestus. certè furit: ac velut
virius,

Obiectos cauea valuit si frigere clatros,
Inductum, doctumque fugat recitator
acerbus:

Quem verò arripuit, tenet, occiditque
legendo,

No missura cutem, nisi plena cruoris hi-
rudo.

H V M A N O C A P I T I C E R V I C E M]
poëma, quod non constat ex conuenientibus,
aptis, propriis, accōmodatis partibus: sed discō-
nenientibus, alienis, disparis forme: æquè ridi-
culū est, vt hoc mōstrum, quod h̄c ab Horatio
describitur, sit igitur opus, quod instituit, vnum
quoddā corpus, simplex, vnius formæ, sibi con-
stans, & cōueniens, & sui simile: nō multiplex,
nō dispar, non inaequale, nō disconueniens. hoc
præceptū pertinet ad argumentū operis, quod
μέλον appellat Aristor.

V N D I Q U E C O L L A T I S M E M B R I S]
omnium animalium membris collatis, & cor-
rogatis ad hoc monstrum constituentum.

A T R V M] nigrum, deformem, horibilem.
Talia enim ferè nobis videntur quæ nigra sunt.
vt Oda 3.lib.2. & fororum Fila trium patiantur atria.
& Oda 13.eiusd.lib. Demittit atras bellua centiceps
Aureis.

S V P E R N e] à superiori parte. saty. 7.lib. 2.
pecudae Superne. & Od. 20.lib. 2. & alib mutor in
alitem superne.

V E L V T A G R I S O M N I A] sic habent o-
mnes nostrī libri veteres: neque alterius vulgati. nā

^A egris somnia, quod quibusdam placere videtur,
mihi nullo modo p̄obatur, neque ferri potest.
V T N E C P E S, N E C C A P V T V N I
R. Jid est, vt nullum corporis mēbrum ad vñā
aliquam totius corporis formam referri possit:
vel, vt nullum corporis membrum vni forma
proportione respondeat.

P I C T O R I B V S, A T Q U E P O Æ T I S] op-
ponet aliquis, idem licet poëti, quod pictori-
bus.

A Q U A] æqualis. Plato tamen lib.4. de repu.
negat poëti esse permittendum, vt dicat, quic-
quid sibi videatur, his verbis: οὐ δέ τις ἀτραπεῖ
τοις ποντῶς λέγειν οὐ, οὐ φίλον.

S C I M V S] respondet Horatius.
C O ē A N T] coniungantur. epist. ad Torqu. ut
coēat par, jungatque pari.

S E R P E N T E S A V I B V S G E M I N .
T I G R. A G.] sicut monstrosa quadam anima-
lia biformia, nō specie solū, verū etiam co-
gitatione horribilia: vt animal ex aue & serpente
cōflatum, & praterē alterum ex tigre, & agno.

I N C E P T I S G R A V I B V S, &c.] docet, ea,
qua adhiberi solent ornandi causa, nihil ad id,
quod agitur, pertinentia, vt longas degressio-
nes a proposito, & descriptions ineptas, & que
Graci vocant ἐπειστάξῃς, à re admodum alie-
na, esse fugienda.

C U M L Y C V S E T A R A D.] omnis lu-
cū, Dianę sacer est, etiam si quis lucus singula-
ris aliis interdum diis consecretur.

F L V M E N R H E N V M] sic habent omnes
ferē libri manuscr. & item vulgati: nisi quid in
vno atque altero reperi Rhēni. Itc locutus est su-
prā Od. 4.lib.4. Metaurum flamen.

F O R T A S S E C V P R E S S V M S C I S S I-
M V L A R E] fortasse (inquit Horatius) scis cu-
pressum bellè admodū penicillo exprimere, id
est, ornamenta inania, nihil ad opus institutū
pertinentia, qua τάπερα appellant Græci, vt de-
scriptiones fluuiorū, siluarū, aiorūq; locorū:
qua tam aliena sunt à p̄emate incepto, & suscep-
to, quā cupressus à naufragio, quē pictor ali-
quis depingendū suscepit. quid tū, si tibi naufragiū
pingendū locutū est: aut si quid aliud pingendū suscepisti: quid cupressui cū naufragio?
Aliunt prouerbiū in eos cōuenire, qui id, quod
vnum scīunt, fortasse non valde magnum, quo-
uis lōco inepit, & que int̄p̄estiu inculcant, ab
illo imperito pictore natū, qui à naufragio cō-
ductus, vt in tabula naufragiū eius depingeret,
querēbat ab eo, num cupressum app̄ingi vellet.
Sed videtur in eos potius quadrare, qui artis cap-
ut ignorant, leuita & minuta quādam, & rudi-
menta dumtaxat sciunt: natum à rudi quādam
pictore, qui vt in tabula n̄aufragiū imaginē pin-
geret, conductus, nihil præter cupressum & si-
milia, qua ab iis qui primū artem pingendi
discunt, pingi consueverunt, pingere poruit.

S I F R A C T. E N A T. E X P. N A V I B.
&c.]

&c.] id est, si is, à quo mercedē accepisti, vt abs
te pingere tur, naufragus est?

E X S P E S] sine spe, naufragio videlicet factō
omnium fortunatum suarum. Attius Medea: ex-
sil inter hostis, exp̄es, desertus, vagus.

A M P H O R A C E P T I N S T I T U V I] vſita-
tiū est bonis scriptorib⁹ ita loqui Amphora ce-
pta est inſtituti. Accius, Nam neque prelio, neque am-
icitia, neque vi impelli, neque prece quitus sum. Ex M.
Tullio innumerā exempla colligere licet. vt titu-
ram & M. Tull. hoc generi lib.14. epist. ad Te-
rent. si quis vis, aut si que rapina fieri cōperint: & ire-
rum Horat. epist. ad Valam libr. 1. urbanus capi-
haberi. amphoras vas grande, & amplū, & qua-
dratū, quod capit sextarios octo, & quadraginta
vices verò longè minor, longèque alia forma,
nempe rotū, rotam autem intellige figu-
larem. Plaut. in Epidico, vſiſtior es, quām rota fi-
gularis. Tib. lib. 2. eleg. 3. At tibi leta trahant Sa-
mia coniua teste, Filiaque Cumana lubrica terra ro-
ta. Horat. supr. Od. 10. libr. 3. Ne currente retro funis
cat rota.

C V R R E N T E R O T A C V R V R C.] sen-
tentia huius loci h̄c est, poēma amplū, & grā-
de instituiti, seu incepisti: cur progredeātē op-
eris ſcriptione, extrema non respondent primis,
sed sunt multo humiliora, & minutiora?

B E X I T] id est, quaſi ex materia prodit, ſeu ex-
ſiſtit, ſeu exoritur: forma enim videtur in mate-
ria delitescere: que manu artificis aperitur, elici-
tur, de promittit, & in lucē profert, cum opus
ab artifice ex materia perficit atq; abſolutur.

C D E N I Q U E S I T, Q V O D V I S, S I M-
P L E X, &c.] Deniq; opus, ſeu poēma, quod in-
ſtituiti, nō fit multiplex, neque ex partibus diſſi-
miliū formarū compositum: fed ſimplex, & vñū
corpus. nō ad modum diſſimile eft, quod ſcribit
Arist. in libello ρεις ποιητικῆς ἀρχής τὸν κα-
λός ἔχοντα μῆδον, ἀπλόν εἶναι μᾶλλον, ἢ δι-
πλόν. id est, necesse eft fabulam benē habentē,
ſimplicem eſſe potius, quām dupli-
cē.

M A X. P A R S V A T V M, &c.] h̄c nō eō per-
tinēt, vt aliquid propriē de breuitate præcipiat,
vt quidam exſitāt, neque vt ρεις λέξεως, aut
de verbō delectu, vt alij volunt: ſed vniuersē
docer, ſcriptorē acerrimi, ac limatissimi iudicij
eſſe oportere, vt recta à prauis diſcernere queat,
ne vitia in ſcribēdo pro virtutibus ſequatur. ob-
ſcurā enim ſunt, & tenues veri, & fali ſnotæ, vt
non niſi oculatissimi eis internoscere poſſint.

S P E C I E R E C T I] fala, id eft, qua imitatur
rectum, cūm à recto abſit plurimū.

B R E V I S E S S E L A B O R O, O B S C V-
R V S F I O] ſine dubio breuitatem orationis in-
re, & ſententia longa adhibere, obscuritatē pa-
rit. vidēdū eft igitur, vt orationis magnitudo
ſententiae ſubiecta sit æqualis, id eft, vt tantū
ſit verborum, quām neceſſe eft, quemadmo-
dum ſcribit M. Tull. lib. de orat. ad Qu. Fratr. 2.
quod præſtare difficile eft. Verū enim verò, vt

ait Pindarus Pyth. eīd. θ. magna virtutes, longā
orationem defiderant. ei autem, qui de rem magna, & lon-
ga pauca verba facere velit, ſapiens auditor optandus,

¶ quarendus eft, ſed orationis opportunitas, id eft, ea
oratio, qua & breuis ſit, cum breuitate opus eft,
& lōga, cum res, & tempus verborum multitudinem
desiderant, proinde vt omnium rerum, pra-
cipuam laudem meretur, verba Pindari ſunt hēc, qui-
bus tota de breuitate orationis quæſtio terminari,
ac tranſigere potest. A petrā δ' αἰ̈ μεγάλη
πολύκυθοι, βαθός δ' εἰ̈ μαχροῖς πολύλειμαχοῖς.
Σφoīs, δὲ καρδίς ὅμοιος πάντος ἔχει κορύφη.
[Cum his Horatianis congruunt illa Dionysij
Halicarn. in vita Lyſia. Kad μὴ τότε Βεργίνος
Οὐφέρει τὰ νόμιμα μετά τὸν ποθός γελε-
τὴ τὸν πράγματος ὄντος φύσι τὸν σωματογενῆ
διώφ ταῦτα, καὶ κεράσι μετρίος, εἰ̈ μαλιά,
δὲ διὸς ἡτοῖ τῷ μαλλων ἔπειθεντα λυσίας
λειψάμον]

S E C T A N T E L A V I A N E R V I D E-
F I C I V N T] id eft, qui nimis politum, concin-
num, cultum, & comitum orationis ſectatur ge-
nus, mollem, eneruatum, & (vt loquitur ille) e-
lumbatam orationē efficit. lāvia contraria ſunt
asperis, vt apud Græcos λαῖς τοῖς τραχύσιοι.
D E F I C I V N T] deſtitunt, deſerunt, h̄c e-
nim vi eft huius verbi cum acc. caſu cōſincti.
M. Tull. ad Seruū Sulp. lib. 4. quid ea me ſolatia
deficiunt, qua ceteris ſimili in foruna non deſerunt.
pro Cœlio, dies iam me deſicit, ſi, qua dici in eam ſen-
tentiam poſſunt, coner expromere. Lucret. libr. 5. Poſt
zib; equum validā vires etate ſenecta, Membrāque de-
ſiciunt fugient languida vita. Horat. ſat. 1. libr. 2. cu-
pidum pater optimē, vires Deficiunt. & Saty. 1. libr. 1.
ne ſe penuria viſtis Deficeret, metuebat. & Tibull.
ad Meſſalam, meritas ſi carmina laudes Deficiant.

P R O F E S S V S G R A N D I A T V R G E T]
qui (vt ita dicam) grādiloquus videri vult, is ni-
mis elatus, turgidus, atque inflatus euadit.

S E R P I T H V M] nimis humilis eft. ſic fu-
pra epift. 1. libr. 2. dixit, ſermones replete per humum.

Q V I V A R I C V P R E M P R O D I G I]
qui narrationib⁹, & fabulis non veriſimilibus,
& incredibilis, id eft, ἀπλόνοις, opus, quod
habet in manib⁹, ornare ſtudet, &c. variare eft,
quod Græci ποικίλεω dicunt.

P R O D I G I A L I T E R] ſupra omnium homi-
num fidem.

D E L P H I S I L V A P P R F L A P] hoc
quidē abhorret à natura. nam delphini in vni-
dis, apri in ſilvis viuunt. Eleganter igitur, & cō-
cinnē, vt multa Archilochus (quemadmodum
refert Stobæus) oſtendens, nihil eſſe in hac vita
tam incredibile, & præter ſpem, quod nō ſit cre-
dibile, & ſperandum, ſic ait, Εὐ̈ δὲ τοῦ, οὐ̈ δ̄-
πικα πάντα, καὶ νεπτελέπτα γίγνεται Ανδρεῖοι.
μηδεῖς ἐπ̄ ὑπῆρχον θεαματά, Μηδὲ ίδια
δελφίοις θῆρες αὐταμέλεα ταυτα γορὰς Ενάλιαι,
καὶ οφις θαλάσσης ηγένεται κύματα φίλατε
πτέρου γένεται, τεῖσι δὲ ιδὲ ὥρας, id eft, ex
iii iii

hoc autem apparet, non omnia esse hominibus incredibilis, nec desperanda. Nemo igitur vestrum posthac, si quid nouum viderit, miretur, neque cum se cum delphinorum pascuis sua commutarint, & illis marini fluctus terra continente fuerint gratiore: his montes, & silue placuerint.

AÆMILIV M CIRCA LVDV M] gladiatorium, à L. Æmilio Lepido nominatum.

FABER I M V S] faber quidam, cuius taberna est omnium infima, & postrema. sic loquitur sup. epist. ad Loll. 2. lib. 1. & imi Diceris letri, eadē ratione dixit tanus summus ab inv. epist. 1. lib. 1. &

sati. 2. lib. 2. postquam omnia res mea lanum Ad medium fracta est, hic igitur faber particulas quafdā corporis satis scit exprimere poterat: totū corpus verò inscitè, atque infelicitē fabricabatur. Cum hoc confert eos scriptores, qui alicuius operis στέγη, id est, cōstitutionem, & summam confitare, aut absoluere nequeunt, cūm in partibus minutissimis describendis, atque ornandis sint tolerabiles.

INFELIX O P. S V M M A] infelix in unius opere componendo.

PONER E] id est, facere, ποιέω, sic supr. Od. 8. lib. 4. solers nunc hominem ponere, iunc deum.

HVN C] calem me scriptorem esse, si quod o-
pus scribere in animo haberem, nihil magis copiam, quam bellis quidem oculis, & pulchro capillo præditum esse, sed naso distorto ac de-
formi. nigri oculi, & nigri capilli olim formam commendabant, ut suprà Ode 32. lib. 1. Et Lycum

nigri oculi, nigroque Crine decorum.

ÆQ Y A M] hon grauiorē, quam, vt vites ferre possint, patet viribus. monet scriptorem, vt vi-
reis suas diligenter exploret, ne quid scribēdum suscipiat, quod cumulatè explere non possit.

VERSATE] humeris, & toto corpore. Σληνη
χρεία est, Nam iubet animo versare, & cogitare,
quid sustinere ingenio possumus.

CVI LECTA P O T E N T E R B R I T
R E S] id est, qui rem sumserit non maiores suis viribus, sed quam ingenio, & doctrina sustinere possit, ei neque facūda, neque dispositio deerit, potenter, id est, τὸν δύναμιν: quantam rem ferre ac sustinere posst.

VIRTVS] præstantia, ut M. Tull. narrationis virtus. Arist. λέξεως ἀρετή, sed hæc alibi notauius.

VENVS] venustas, lepos. infra cod. lib. Fabula nullius Venoris.

VIA M NVNC DICAT IAM NVNC] id est, hac erit ordinis vis, & pulchritudo (nisi ego fallor) vt ea, quæ nunc dici debent, iam nūc dicat. in hoc consistit ordinis vis, & pulchritudo, vt, &c.

ET PRÆSENS IN TEMPUS OMIT-
TAT] id est, ut quidam explicant, vñq, èd omittat, donec dicédi tempus adsit: suo loco, & tempori seruet. Ego præsens in tempus positum puto pro in præsenti tēpore, ut sit, differat in futurū

tempus, & in præsenta omittat: atque ita locutus est M. Tull. epist. ad Brutum, ut & in præsens sceleratos ciuei timore ab impugnanda patria deterrem, & in posterum documentum statuerem, ne quis tamē amētiam vellet imitari. & orat. i. in Catil. quāta tempestas inuidia nobis, si minus in præsens tempus recenti memoria scelerum tuorum, at in posteritatem impendat, & T. Liuius lib. 2. nec in præsens modō, sed invenientem etiam annum, & c. & ipse Horat. Od. 16. lib. 3. Latus in præsens animus, quod ultra est, Oderit curare.

HO C A M E T, H O C S P E R N A T] aliud prober, aliud improbat, ac reiciat, est enim boni poëte iudicare, quid sit dicēdū, quid nō: quid priore loco, quid posteriorē colloquendum: vel quid probandum, quid improbadū, quid laudandum, quid vituperādū. Profert hunc versum Seruius ad illum Virgilij locum Georg. 2. Me ve-
rō primum dulces ante omnia Musa, &c.

PROMISSI CARM. AVCTO R] si. is, quise poëtam professus est: is, qui carmē, quod se scripturum pollicitus est, condit, vel dic promissi, id est, magoi. Nam qui de se aliquid promittit, magnum aliquid vult à se exspectari. in-
frā. Quid tanto dignum afferet hic promissor biatu? & epist. superiore. Multa fidē promissa leuant: vel promissi, id est, editi, ut alij quidam volunt.

INVERBIS] monet ut verba, parc ad modum, & timidè nouemus, aut fabricemur.
CAVTVS] prudens, religiosus, εὐλαβῆς.
TENVIS] parcus, restictus, angustus. φειδω-
λός, λιτός.

SERENDIS] faciendis, nouandis, translatio est ab arboribus, ita statim verba cū foliis comparat.

DIXERIS EGREGI C NOTVM SI,
&c. Jegregia erit tua elocutio, si scita, & artificiosa verborum adiunctio, seu compositione verbum alioqui nouum, & nuper factum, reddiderit notum, insigne, ac luculentum: qualia sunt veliuolum, saxifragū, & similia. hæc est huius loci sententia, quicquid alij somniēt de verbis translatis: quam tamē testimonio, & auctoritate M. Tull. cōfirmabimus. Ille igitur lib. 3. de oratore, scribit tria esse in verbo simplici, qua orator afferat ad illud randam, atque exornandas orationem: aut iniustatum verbum, aut novatum, aut translatum: Nouari autem verba, qua ab eo, qui dicit, ipso gignuntur, ac sunt vel coniungendis verbi, vel sine coniunctione coniungendis verbi nouantur, ut hæc. Tum pavor sapientiam mili omnes ex animo expectorat. An non vis huissime verbi quoque malitia? videat (inquit) verbi quoque, & expectorat, ex coniunctione facta esse verba, non nata. ex hoc loco apparet, coniuncta, seu iuncta verba à M. Tullio nominati, qua vulgo cōposita appellamus. Idem in oratore perf. Ego autem etiam si quorundam grandis, & ornata vox est poëtarum, tamen in ea cum licentiam statuo maiorem esse, quam in nobis, faciendorum, iungendorumque verborum, tamen etiam hominum voluptati vocibus magis,

quam

quam rebus serviant. Idem ibid. Quid in verbis iunctis, quam scitè insipientem, non insipientem iniquum, nō inequum tricipitem, non tricipitem conciūsum, non con-
ciūsum? perspicue his locis verba iuncta dixit, quæ grammatici composita nominant. ibidem. Itaque translatæ, aut factæ, aut iuncta verba facile sunt cognitis, translatæ quæ sunt, notū est: facta autem verba sunt, quæ sine coiunctione sunt nouata ab eo, qui dicit: iuncta, que nouata sunt ex coniunctione, & ut loquitur Horatius, ex iunctura. Idem Topicis. Scamule autem P. filius postliminium immutum putat esse verbum, ut sit in eo & post, & limen. Idem Partit, ut nouata verba cum aliis modis, rum adiunctione verborū. Prisc. lib. 18. hūc verbum testem producit: & ita explicat, Dixeris, id est, poteris dicere: hoc tantum.

SI FORTE NECESSE EST, &c.] To-

tius huius loci hæc sententia est, si scripturā ve-
terem sequamur. Si forte necesse est res abditas & occultas nouis vocabulis declarare, & nomina fingere veteribus inaudita: licebit hoc face-
re, dabitrūq; licentia, pudenter & modestè sum-
ma. Sic explicandus hic locus est, si ponatur copula post vocem rerum: ut ponenda est, si libros veteres sequi volumus. si verò sine copula legamus, ita explicandus erit. Si forte necesse est res abditas nouis vocabulis exprimere: licebit no-
mina veteribus inaudita fabricari, dabitrūque fabricandorum vocabulorum licentia, modò pudenter sumatur.

INDICIS MONSTRARE RECENTI-
BVS] id est, nouis vocabulis, nam vocabula sunt indicia, seu nota rerū: σύμβολα & σημεῖα appellant Aristoteles: & verba eō cōparata sunt, ut cogitationes, & affectus nostros indicent, ac significant. aperte Horatius hic loquitur de verbis nouatis, non de translatis.

ABDITAE R E R V M,] id est, res abditas, & occultas. abdita rerum autem sic dictum, ut sat. 2. lib. 2. Corruptus vanis rerum: & sat. 8. eiusd. ridetur fictis rerum, vide quæ notauius sup. ad Od. 12. lib. 4. amarique Curarum eluere efficax.

ET FINGERE CINCTV TIS, &c.] sic ha-
bet omnes libri manu scripti, quos vidi. nō vul-
gati non habent copulationem &, post vocem rerum.

CINCTV TIS] cinctis, militaribus, armatis. cingebantur enim in militiam ituri, ex quo cingulum militare, & cingi pro eo, quod est ad militiam, & ad pugnam ornari. Plaut. in Amphit. Cingitur certè expedit se, & accingi. Lucet. libr. 2. & si tibi vera videtur, Dede manus: aut, si falsa est, ac-
cingere contraria. quæ vis inest etiam in verbo Græco ζώνης. Hom. οδυσ. w. ζώνης γε γειτονεῖς, ητοι επεινωσας δεθλα. id est, cinguntur iuuenies, & armantur ad ceramina. & ιάδη. ψ. ζώ-
νης δι' έρα πόλεως βότειος μέσος ζώνης, id est, illi autem cincti descenderūt in medium certamen. Terent. Phorm. ad te summa solium Phormio rerum redit. tu te hoc intristi: tibi omne est exeden-

parsē de morta]

dum accingere. Virg. Æneid. 2. de Priamo, & ini-
le ferrum Cingitur, ibidē, quæ mens tam dira miseri-
me coniux Impulit his cingi telis? vel dic cinctus, ut Porphir. qui cinctu, seu cinctū vtebantur loco tunicae, erat autem cinctus, seu cinctū vestis infra pectus corpus complectens, & à pectore ad pedes tegens. Virg. 7. Æneid. Ipse Quirinalis tra-
bea, cinctus Gabino Insignis. ζώνη & ζώνη appellat Græci, quidam per cinctutos, priscos, seu vertustos significari volūt, quod non improbo.

NON EXAUDITA CETHEGIS] id est, inaudita veteribus.

CONTINGENT] οὐδὲν ετῷ: licebit, non im-
probabitur, ferri poterit.

LICENTIA SVMTA PV DENTER] licentia verecunda, pudenter, αὐδημόνος, cum pudore: verecundæ.

FICTA Q VE NV PER] non ita pridem fa-
cta, & nouata.

HABEBVNT FIDEM] id est, obtinebunt fidem, atque auctoritatem: & ita etiam M. Tull. loquitur epist. ad A. Cecinam lib. 6. Quare, quan-
do, ut augures, & astrologi solent, ego quoque augur publicus ex meis superioribus prædictis confitit apud te auctoritatem augurij, & divinationis mea, debes habere fidem nostra prædictio. Idem Acad. quæst. lib. 2. quæ vero non specie visa indicentur: quæ fidem nullam habebunt, sublata veri, & falsi nota. id est pro Flacco, sed fuerint incorrupta littera domi: nunc vero quam habere auctoritatem, aut quam fidem possunt: aliqui qui fidem habere dicimus ei, cui credimus, ut idem Acad. num videtur minorem habere visis, quam vigi-
lantes fidem?

SI GRÆCO FONTE CADENT P. D.] id est, si erit è Græca lingua in vsum Latini ser-
monis deflexa: qualia sunt ephippium, acrathorū apud M. Tull. lib. 3. de Finibus: & ibidem, proē-
mena, & apoprēmena. & hæc vulgatissima, gram-
matica, poëtica, rhetorica, dialectica, musica, triclinium, aēr, aether, iterum apud M. Tull. panchreſum medi-
camentum, peripetaſmata, hemicyclus, pēndosyrm, symphonia, atomi, apotheca, epitaphium, epitomē, sophis-
ma, forites, ephemeris, theſis, oreuma, &c. apud Horat. ea, quæ suprà commemorati diota, amyſtis, balanus, &c. vel intellige ea, quæ ad exemplum Græcorum in lingua Latina nouata sunt, ut medietas, quemadmodum illi μετρόντα dicunt: in-
termundia, ut illi μετρόντα: qualitas, quæ ab il-
lis ποιότης dominatur, recte facta, quæ κατορθω-
μα: producta, seu propria, quæ ταρσηγύρων, reicta, quæ ξαρτσηγύρων: vīsi, quæ φαρ-
άσιο, quæ ητοι, quæ ηροι: indifferens, quod αὐτοὶ φο-
ρουσα, quæ πειθα: centimana, qui εκατονταχειρ-
tyrannicida, qui τυραννοκλέος: triceps, qui της-
φαλος: tauriformis, qui ταυρόμορφος, & alia sex-
centa, nouantur enim verba aut similitudine, aut imitatione, aut inflexione, aut adiunctione verborum, inquit M. Tull. Partit. Nonnulli li-
biti vēt. habent cadant.

PARCĒ D E MORTA]

xa, seu deriuata, seu deducta à Græca lingua.

CÆCILIO] Statio Cæcilio, poëta comico,

de quo suprà.

DABIT] sic habent omnes ferè libri veteres cum vulgatis consentientes: pauci dedit, quod item se in uno reperiisse testatur homo peterudit, Canturus.

VARIQVE] sic legendum libris omnibus inuitis, non Vero: ut Od. 6. lib. 1. optimus olim Virgilis, post humum Varius dixere quid solum, & satyr. 10. lib. 1. forte eos acer, Vt nemo, Varius dicit. & Od. 6. lib. 1. scriberis Vario fortis, &c.

INVIDEOR] inuideor, παθητος, à verb o inuideo, rariuscum est: in vlo tamen fuit iusus, & inuidendus, suprà Od. 10. lib. 2. caret inuidenda sobrina aula, & Od. 1. lib. 3. Cur inuidendis postibus, & non sublimeritu moliar atrium? Idem sat. 3. lib. 2. & hæret Inuisi foribus. verbum inuidendi certè cum quarto casu coniungi solet, ut apud M. Tull. Tufcul. 3. ut nobis optimam naturam inuidit, videantur, qui nihil melius homini populari gloria indicarunt, vide annot. ad sat. 6. lib. 2. hæc igitur verba, cur inuideor acquirere valent, cur vtor acquirere? sic Græci φιλοφυγι, & φιλον. Euripid. Med. μη φιλει φεγοσα, id eit, ne inuide dicere, ibid. Και νιο τοι σοι φιλον καλως εχειν, id est, non inuide res tuas bene habere.

CUM LINGVA CATONIS, ET ENI.] nam tantumdem nobis licere debet nostra atate, quantum Ennio, & Catoni licuit sua.

SIGNATVM PRESENTE NOTA PRO. libri vulgati habent producere, quibuscum consenserunt aliquot antiqui, id est, proferre in lacum, seu prothrahere in mediū (vt loquitur Lucretius) nomen autem presentē nota signatum, hoc est, quod vñs præsens comprobet: nomē, quod cum eorum hominū, qui tunc sunt, cum producit, loquendi consuetudine cōsentiat: nomen quod eam formam, & notam impressam contineat, quæ sit in vñs. ego tamen producere malim, vt habent libri aliquot calamo exarati, vt tralatio sit à numinis. Nam & Themistius ianior in oratione quarta de nomine, seu vocabulo *sophista* loquens, similitudine numeri vñtrit, his verbis, ἀλλ' επειδὴ τοῦ ὄντας, ὥσπερ τούτους, μετέπειτα δύναμες, καὶ τὸς ἔργον, & τόνον, &c. id est, sed quoniam huius nominis [tophiatæ] vis, seu potestas, mutata est, posterioribus tem poribus, &c.

VT SILVÆ FOLIIS] ostendit à simili, etiam verbō suam esse atatem. iccirco vtndū esse verbis presentibus, & noua verba cedere licere. videtur autem hanc similitudinem ab Homero sumisse λα. 5. qua cū foliorū ortu, ac natura hominum atatem comparat. Οἰνοφύλαν γενει, τοι καὶ αὐτόν, id est, Qualis foliorum ortus, talis & hominum. idem φ. εἰδή σοι γε βροτῶν ἐπειγε πλοειών Δειλάν, οἱ φύλαισιν εοπότες ἀλλοτε μόν τε Ζαφλεγέες τελεθίουσι αρούρης καρπον ἐδυτες. Ἀλλοτε δὲ καὶ φιν-

θεον ἀκηλοι, id est, si tecum miserorum mortuum causā pugnem: qui foliis similes, interdum feraci, & fortes sunt terra fructū comedentes: interdum intereunt imbecilli, & examines. &

Mimnermus, Ήμέτις δὲ, οὐδέτε φύλαι φύει πολύθεος ἡρη Εαρος, ὅτε ἀψιντοι αὐτοῖς αὐτοτακηλε, ex Stobæo, id est. Nos autem tales sumus, qualeis frōdeis producit tempus Vernū multis floribus abūdans, cūm primū lux solis augeatur, sic & Musæus, Ως δὲ αὐτος καὶ φύλαι φύει ζεύδηος ἀρουρα, ἀλλα μόνον μελιγον ἀπόφυει, ἀλλα δὲ θάλαι: Ως δὲ καὶ αὐτοπότων γενεν καὶ φύλαι ἐλάσσαι: id est, similiter autem & frōdeis producit terra, vīctum suppeditans, seu retum ad vīctum necessariū largitrix: alia quidem in fraxinis pereut, alia virēnt: sic & hominū orrus & genus vicissim nascitur, & occidit. Cum his Horatianis congruit, & concinuit illi Lucretiani versus libr. 1. sic volvenda atas committat tempora rerum. Quod fuit in pretio, fit nullo deinde honore: Porro aliud succedit, & ē contemptibus exit: In quæ dies magis appetitur, florēt, repertum Laudib. & miro est mortaleis inter honore. Idem lib. 3. ext. Cedit enim à revrā nōitate extrusa vētus. & M. Tull. Philipp. 12. in ext. Nihil enim semper florit: aliud succedit atati.

PRONOS] celestis labenteis.

DEBEMVR MORTI NOS] sic Ode 3. lib. 2. omnes sōdē cogimur: omnium perfatur urna. Profert hunc locum Seruius ad illū Virg. lib. 9. Aeneid. Mortaline manu facta immortale carina Eas habeant! sed Priscianus legit Debemus. quod notauit Achil. Statius Lusitanus.

SIVE RECEPTVS TERRA NEPT.] id est, sive portus Iulius, immisso in Lucrinū, & Auernum lacum mari refectus, nauibus turam stationem præbeat: (quod ab Augusto effectū est:) sive Pontina palus siccata, vomere subigatur nunc, & frugibus vicinas vrbeis alat: (quod a Iulio Cæsare fuerat cogitatum:) sive Tiberis à priore suo alueo in aliam partem auersus desierit agris, & vrbi nocere.

CLASSEIS AQVILONIBVS ARCT] id est, Aquilones à classibus arct: hypallage: classibus turus, ac munitus portus est.

STERILISQVE DIV PALVS] Seruius ad illum Virg. locum Aeneid. 6. & tenebrosa palus Acherunte refusa: notat, posteriorem syllabam huius nominis esse longam: ab Horatio tamen esse corruptam: atque hunc locum profert.

APTAQVE REMIS] nauigabilis.

VICINAS VRBEIS ALIT] siccata, & fertilis reddita, vicinis vrbibus alimenta præbet: quod Iul. Cæsar efficerere constituerat. M. Tull. Philipp. 5. Ille paludes siccare voluit. perfecte postea Cerhegus nescio quis.

INIQUVM PRVGIBVS] inimicum, & infestum frugibus, propter crebras eluiones.

DOCTVS ITER MELIVS] translatio est, ut epist. ad Villicum sup. lib. 1. multa mole descendens

cendus aprico parcere campo.

NEDVM SERMONVM STET HONOS] nimis pingues sunt ij, qui hīc censem ad dēdām negationem, & legendum, nedum haud sermonum. nam hæc vox suaptē vi, ac natura negat, vt apud M. Tull. epist. 9. ad Pap. Pætum, in ultima libri epistol. Men verò nihil sforū, ne iuueniem quidem mouit vñquam, nedum senem. Idem ad Tiron. lib. 16. vix in ipsis teñis, & oppidis frigus infirma valetudine vivatur: nedum in mari, & via fit facile abesse ab iniuria temporis. T. Liuus lib. 6. et agre inermens tantam multitudinem, nedum armatum sustinere posse. Est autem argumentum à minori hoc modo. Si, quæ diurniora videbantur esse debere, neque à vetustate facilè consumi posse, ea tamen exflinguit vetustas: quāto magis verba? potest & esse à maiori, hoc modo, opera regum non sunt sempiternæ: quanto minus verba?

GRATIA] ρέεις, lepos, venustas. vel gratiam accipe, vt in translatis ab hominū gratia.

QUEM PENES] in cuius potestate est. M. Tull. in orat. perf. vñsum loquēdi populo concepsi, scientiam mihi referauit. ius autem legendum ex autoritate omnium veterum cod. non vñs.

R E S E G T A, &c.] res gestæ describuntur versibus heroicis: quod genus epos appellant: ex quo poëta epicis nominantur; vi suprà diximus ad epist. 2. lib. 2.

QVO SCRIB P. NVMERO] id est, quo metro, quo carminis genere, quibus pedibus, ut hac epist. inf. At vestri proavi Plantinos et numeros et Laudare sales.

HOMERVS] à quo Mæonium carmen dicitur, suprà Od. 6. lib. 1. Mæonij carminis alite: seu, ut quidam malunt, aliti, ut referatur ad Varium.

VERSIBVS IMPARITER IVNCTIS] elegis, ut tertio ab hinc versu appellat, profert hunc locum Sosipater lib. 2. grammatic. infit. & refert, Scaurum grammaticum commentariis in arte poëticam ad hunc locum notasse, aduerbum figuravit.

QUE RIMONIA PRIMVM] Ode 33. lib. 1. Alli ne doles plus nimio memor Immixi Glycer, ne miserabilis Decanter elegos, quod tibi junior Lesa prænireat fide.

VOTI SENTENTIA COMPOS] res lata, optata, & secunda: nam, quæ nobis ex animi sententia eveniunt, lata sunt, ac iucunda.

ARCHILOCYH PROPIO] id est, Archilochus carminis lambici inuictor, & princeps, iambos suos ad maledicentiā contulit, vel iambis suis armatus scripsit in Lycamben foerum, & eius filiam: vt suprà Od. 6. epod. C. Vell. Paterc. neque quemquam alium, cuius operis primus auctor fuerit, in eo perfectissimum, preter Homerum, et Archilochum, reperimus.

PUDENS PRAVE] pudor eius est vitiosus, ac reprehendens, quem discere pudet potius, quam nescire.

CENA THYESTÆ] argumentum tragicum de quo alibi.

SINGLA, &c.] suis cuiq; carmini locus detur: suo quæque materia carmine, & proprio tractetur.

minibus.

GRANDESQUE COTHURNI] tragœdiae. sup. Od. 1. libr. 2. grande manus Cecropio repetes cothurno. & infit, Et docuit magnumque loqui, nitique cothurno.

ALTERNIS APTVM SERMONIBVS] dialogis, & sermonibus mutuis. sic Aristot. στοντακη, μελιτα, γραπτακη, μέτρων τοιοντα, λεπτη, σημειον δέ τετρα. πλεῖστη γραπτακη λέπρῳ εἰ τῷ Διγλέπτῃ πρέπει αλλήλου. maximè autem omnium metrorū, ad locutionem, seu ad sermonem aptum est, carmen iambicum: cuius rei argumētum est, quod plurimos versus iābēos usurpamus, in sermone quotidiano. Alternos sermones autē intellige: qui alternatim habentur, hoc est, non semper neq; continenter ab uno, sed nunc ab altero vicissim, hoc enim significat alternum, nempe quod non est continuum, sed aliqua aut persona, aut re interposita interruptū: ut alterna mors Castoris & Pollucis, alternis temporibus, alternis annis, & simil.

ET POPVL. VINC. STR.] quia spectatores vociferari, & strepere desinūt, versibus iam-bicis delecati.

NATVM REBV AGENDIS] id est, fabulis, quæ appellantur δράματα: vel quia iambus vim habet excitandi ad actionem. Arist. πραξικον appellat.

FIDIBVS] versibus lyricis.

BQVM CERTAMINE PRIMVM] qui cursu vicit, vt dixit pugilenvictorem: ita equum certamine primum.

ET IVVENVM CYRAS] amores, comis-sationes, coniuiia, iocos.

DISCRIPTAS SVRVAR VICES, &c.] qui suas cuiusque poëmatis partes, & numeri ab ipsa natura attributa seruare nescit, & qui ad operū formas, quæ sunt variae, & multiplices, versus accommodare pro cuiusq; dignitate, ac natura non potest, indignus est nomine poëta: potest & illud vices intelligi de cuiusque persona officio, & munere, & decōro, cuius rei exemplum subiicitur ibi, Telephus, et Peleus, &c. descriptas autem, id est, Διγλέπτῃ πρέπει, distinctas, distributas, diuinas. sic Od. 3. libr. 1. sedisque descriptas piorum, &c.

OPERUM QVE COLORES] operum species, & formas, & varietates. sic vitæ colorem dixit sat. 1. lib. 2. Qui quis erit vita, scribam, color. & epist. 17. lib. 1. Omnis Episippum decuit color, et statu, & res.

PUDENS PRAVE] pudor eius est vitiosus, ac reprehendens, quem discere pudet potius, quam nescire.

N O N V V I T] non debet, o^v βγλεται.
INTERDV M T A M E N E T V O C E M ,
&c.] vt sat.4.lib.1. at pater ardens senit, quod mere-
tricenepos infans amica Filius, &c. quem locum
cum hoc conferre non erit inutile.

D E L I T I G A T] acriter litigat, vt suprà defas-
nit, pro valde fæuit, epist. ad lul, Florum 1.lib.1.
& sat.3.lib.2. denarrat.

S E R M O N E P E D E S T R I] humili, & co-
mico, περι λόγων.

T E L E P H Y S , E T P E L E V S , cùm p.] subaudiendum verbi est, & legendum cùm, non
er. probat autem exemplo personarū tragicarū Telephi & Pelei, nonnumquam in tragœ-
diis sermonem comicum, & humilem adhiberi.
est autem hoc horum verborū sententia, Tele-
phus, & Peleus, quo tempore vterq; in exsilio, &
aque in egestate versatur, verborum ampullas,
& verba productiora, a clōgiora, quām quibus
vulgus vitur, omittit, ac remouet, si vult spe-
ctatoribus misericordiā voce, & lacrymis com-
mouere. P. Victorius hunc locum alter explicat
Varia lectio lib.14. sed valde ab eo dissen-
tio, neq; mihi villo pacto probari potest illa ex-
pliatio, projicere ampullas, magna loqui, quid e-
nim aliud est proiicere, quām procul à se reiice-
re, amittere, ac repellere? quod Graci περι λόγων
dicunt, Catil de nupt. Pelei. ipse suum thesem pro-
caris corpus Athenis Projiceret optauit, &c. Idē
ad Camerum, Fructus proiectionis amoris omnes. Virg.
Ænid.6. qui fibi lethum Infantes peperere manu, in-
cēmque perosi Projecere animas. M. Tull. pro C. Rab.
neque ego, cui omnium ciuium libertas carissima fuisset,
meum protectissim. Lucret. lib.5. Tum porrò puer, ut sa-
uis projectus ab undi Nauita, nudus humi iacet. Horat.
sat.3. libr.2. qui seruos projecere aurum. In media
tūbit Libya, & satyr. 7. libr. 2. Tu cum proiectus in
signibus, &c. De Telepho autem pauca quædam
suprà leuiter attigi Od. 17. epod. sed, quod ad
hunc locum attinet, Telephi mendicatatem no-
bilitarunt tragedia. Timocles in Lambicis, ὡν
γέροντες Πτωχέτερον αὐτὸν καταποθάνε-
τον Τηλεφον Γενόμενον, τὰ δὲ πενίας φέρετ.
id est, nam qui pauper est, posteaqua intellexit
Telephum factum esse se pauperiorem, pauper-
tatem fert facilius. Aristoph. γερόντον δὲ γένεται
οὐκέτερον γένεται λέγονται, id est, similiter
semp̄ afficitur is, qui audit, atque is, qui affec-
tus commouet dicendo. Sic & Plato in eo dia-
logo, qui inscribitur Ion, οὐδὲν διάδοσις, ubi
multis verbis ostendit & poetas afflatus diuino
conicitas sua poëmatum edere, tanquam decorū
interpretes, & recitatores poëmatum, seu acto-
res, quos rhapsodos appellant Graci, esse inter-
preterum interpretes, quia cùm recitant aliquem
locū iracundia, aut misericordia, aut similis ali-
cuius affectus plenum, & ipsi similiter afficiuntur,
& in animis auditorum similem affectū gi-
gnunt, sic Plato: ἦν γέρον (inquit Ion) ὅταν ξέ-
λεπών τι λέγω διεργούσας, ἐμπέπλαντας μου ὁ-
θαλμού: ὅταν τι φέρετον ἡ δευτέρη ὥρα ἀπό τι-
χες ἵστατο τῷ τοῦ φέρον, οὐ καρδία πηδῶσα:
Cū enim ego aliquid miserabile loquor, lacry-
mis mihi completrū oculi: cùm aliquid formi-
dolosum,

que nuptiis etiam Di immortales interfuerint,
illū trium filiarū, Semelæ, Agaua, In ñnis mis-
erabiles casus ita grauiter perculerunt, atque af-
fixerunt, vt in anguem versus sit: hic amissus fi-
lio Achille, in Co insula vitam inopem, & mis-
eram traduxit, mortemque cum summo animi
dolore, & cruciari oppetiit. Verba Pindari non
ascribam, petat, qui voler, ex ipso fonte.

P R O I C I T A M P U L L A S E T S E S-
Q V I P .] id est, longè à se reiicit, & omittit verba
tumida, grādia, ampla atque inflata, magnifica,
iactantia & venti plena, seu nimis ornata, & ab
vsi cōmuni remota: vel quod ampulla ampla
sunt, vnde fortasse nomen traxerū: vel propter
sonum, quem aqua ex ampulla effluens mittit.
lege haec de plura ad illum versum, An tragica
desauit, & ampullatur in arte, &c. epist. 3. lib.1. fē-
quipedalia verba autem, intellige nimum produ-
cta, & longa: qualia sunt fēquipedalia: alij
prætumida, & inflata interpretantur.

S I C V R A T C. S P. T E T I G I S S E] si stu-
der animum spectatoris affecisse, commouisse.
Cic. ad Attic. lib.2. minime, qua mihi proponuntur, mo-
dice me tangunt.

D U L C I A S V N T O] aliud est pulchrum, a-
liud dulce, licet hoc ex similitudine formæ mu-
liebris intelligere, sunt enim quædam mulieres
formosæ illæ quidem, sed insuaves, & iniucudæ,
sine lepore, & illecebra: alij minus formosæ, sed
suavitatis, & lepore, atq; illecebra cōmendatae.

V O L E N T] quidam libri vti. habent, volunt.
A G V N T O] impellunto, aut ducunto. epist.
ad Augustum, Ille per extensem funem mihi posse vi-
detur ire poëta, &c.

S I V I S M E F L E R E] sic M. Tull. de Orat.
ad Qu. frat. lib.2. neque fieri potest, vt doleat is, qui
audit, vt oderit, vt insudeat, vt pertimeat aliquid, vt
ad fletum, misericordiamque deducatur, nisi omnes iō-
motus, quos orator adhibere volet iudicii, in ipso oratore im-
preſi esse, atque in iōstis videbuntur, &c. que deinceps
sequuntur, nam ad hunc locum valde pertinēt.
sic Arist. lib.3. de arte dicendi. συνωμοτονεῖ δὲ
ὅτι εὐθεῖα πτωχέτερον αὐτὸν καταποθάνε-
τον Τηλεφον Γενόμενον, τὰ δὲ πενίας φέρετ.
id est, nam qui pauper est, posteaqua intellexit
Telephum factum esse se pauperiorem, pauper-
tatem fert facilius. Aristoph. γερόντον δὲ γένεται
οὐκέτερον γένεται λέγονται, id est, similiter
semp̄ afficitur is, qui audit, atque is, qui affec-
tus commouet dicendo. Sic & Plato in eo dia-
logo, qui inscribitur Ion, οὐδὲν διάδοσις, ubi
multis verbis ostendit & poetas afflatus diuino
conicitas sua poëmatum edere, tanquam decorū
interpretes, & recitatores poëmatum, seu acto-
res, quos rhapsodos appellant Graci, esse inter-
preterum interpretes, quia cùm recitant aliquem
locū iracundia, aut misericordia, aut similis ali-
cuius affectus plenum, & ipsi similiter afficiuntur,
& in animis auditorum similem affectū gi-
gnunt, sic Plato: ἦν γέρον (inquit Ion) ὅταν ξέ-
λεπών τι λέγω διεργούσας, ἐμπέπλαντας μου ὁ-
θαλμού: ὅταν τι φέρετον ἡ δευτέρη ὥρα ἀπό τι-
χες ἵστατο τῷ τοῦ φέρον, οὐ καρδία πηδῶσα:
Cū enim ego aliquid miserabile loquor, lacry-
mis mihi completrū oculi: cùm aliquid formi-
dolosum,

dolosum, aut horribile, pilimētu artiguntur, &
cor palpitat. Cetera legat qui voler apud Plato-
nem. Valde enim ad hunc locum pertinent.

T V N C T V A M E I N F O R T . L A E D .
T E L . V B L .] hīc est locanda interpunctio-
nis nota, hoc modo, Tunc, id est, cū ipse primus
dolebis, o Telephe, vel Peleu, tua infortuna mi-
hi lacrymas excutiēt: tunc me molestia afficiēt.
sequitur deinceps, mālē fī m.l. Quidam libri ha-
bent, ledant.

M A L E S I M A N D A T A L O Q .] si au-
tem partis tibi à fortuna datae ages indecēter,
& inep̄t: si & verbis vtr̄is à persona, quam su-
stines, arg. à fortuna tua alienis, & vltu hilario
procedes in scenam, cùm sis calamitosus, exsul,
mendicus: denique si neque verba, neque gestus
ei persona, quam sustines, & quā representare
iussis es, respondebunt: tunc aut me tibi minus
attentum præbebo, aut te iridebo. oratio igitur
& actio debet persona, & fortunę congruere,
& conuenire, quidam existimat, hunc esse ordi-
nem verborū, si loquēris, māle mandata: id est, si
ea loquēris, quē sunt à tua fortuna aliena, tui au-
toris culpa, qui eam orationē tibi attribuerit:
aut dormitabo, aut ridebo: à quibus dissento.

T R I S T . M A E S T . V V L T V M V E R B A
D . & c .] Aliud vocis genus (inquit Cicero lib.3.
de oratore) iracundia sibi similitudinum, incitatum,
crebro incident, &c. Aliud miseratio ac maror: flexibili-
le, plenū, &c. Aliud metus, demissus, & hastans,
& abiectum, &c. Cū igitur alius motus aliam
voce in desiderat: ergo & alia verba desiderat.
Hæc enim debent esse inter se consentanea, mo-
tus, vox, verba. lā qualis motus, talis vltus est:
qualis fortuna, talis motus, vt statim dicer. For-
mat enim natura prius, &c. Cum his congruent
illa Ciceronis ex eodem libro paullum suprà.
Omnis enim motus animi suum quendam a natura ha-
bet vltum, & sonum, & gestum: totumque corpus ho-
minis, & ens omnis vltus, omnesque voces, vt nervi in
fibis, ita sonant, vt a quoque animi motu sunt pulsae,
&c.

F O R M A T E N I M N A T V R A] sic Homer.
δι. σ. Οὐδὲν ἀνιδότερον γάρα γέρει αὐθέρωπο
Πλάνταν, οὔτε τε γάρα εἴτε πνεύμα τε, οὐδὲ πρᾶτο.
Οὐδὲν γέρον ποτε φοι καρπὸν πέσεθεν πρᾶτο,
Οφρὶς ἀρετὸν παρέχειτο δεῖ, καὶ γνωτὸν ὄράρι.
Αλλ' οὔτε δὴ γέρον λαζαρίδοι μακάρες πελεγοτο.
Καὶ τὸ φέρει αετος ζόδιον τελόποιο θυμοῖς Τοῖος
γέρον νόσος έστιν θητούσιν τελόποιον, Οφρὶς ἐπ'
ημέρας ἀγκοτο πατήρ αἰδεῖτο τε, θεῶν τε, id est, ni-
hil imbecilliūs alit terra homine ex omnibus,
qua super terrā spirant ac serpūt. Affirmat enim
num quam fore, vt malū aliquod sibi in poste-
rum eveniat, donec virtutem præbeat dij, & ge-
nus erigi possint. verū vbi dij immortales ad-
uersi aliquid importarint: tum etiam inuitus, id
fert patienter. Talis enim mens est terrestrium
hominum, qualem diem inuexerit decorū & ho-
minum patet. Eadem ferē sententia est vulgati

illius Homerici, dices omnium dinitū communis, id ēmque de lectione *Danūfne, herōfne* sentientem, ut omittam quod supernacanū etiā fuit Horatio, nos de domini, & serui loquentis differentia admonere. Restat quarta, *Danūfne loquatur, an Heros*, quam audio quibusdā viris doctis omnium optimam videri. Sed ne hæc quidem mihi probatur. Nam diu in comediis quidem nūquam introducuntur loquētes: i tragiadis autem raro admodum, tūc scilicet, cū dignus aliquis vindice nodus inciderit, ut ait Horatius in hac epistola, idq; ad explicādas, & expedientias turbas ortas in tragœdia, q[uo]d humano consilio non videbatur expediti posse. Quod si aliud Diuus aliquid intercedit nulla turba exorta, ut Pallas apud Sophocli in Aiace: id fit propter aliam necessariā causam, quemadmodū in ea, quā dixi, Sophoclis tragœdia. Iccircō enim Pallas prologi parte agit, quia absurdum erat futurū, Aiace, suum ipsius facinus proloqui, ac proferre: neque quisquam alius erat, qui faceret, eum mente captum pecudes iugulasse: quippe qui & noctu, & occulte rem illam perfecisset. Pregeret cū sit necesse Deos humano more loqui: alioquin à nobis ne intelligātur quidē: nullus autem excogitari possit hominū sermo grādior, aut elatior, quā heroicus: nō video, quid sit, quamobrem Horatius, aut quisquā aliis dicat intercessē, utrūm deus loquatur, an Heros, tolerabilius erat, si dixisset intercessē, utrūm loquatur Apollo, an Menelau: Venus, an Helena, sed quid frustrā lectorē moror, cū agatur hic de personis comicis? igitur hunc versum ira legendū esse dico, *intererit multum Danūfne loquatur, Erōfne*: ut significet intercessē utrūm loquatur seruus callidus, versutus, fallax, improbus, & nequam, an simplex, apertus, veritatis amicus, fidelis, & frugi. Perspicuum est enim Horatium hoc loco docere, quemadmodū differt seruus à seruo, & a te, & fēmina nobilis & potens à plebeia, & humili, genus & institutum vitā ab alio, nati à natione, locus à loco: ita inter orationes intercessē oportere. Eset autem absurdū, atque ineptum, cū his verbis loquatur de personis comicis, in frā autem deinceps de tragicis ab illo versu, *scriptor, honoratum sī fortē, &c.* inculcare hic alieno loco deos, & heroas. De Eroto porrō, videor mihi legendo obseruisse, seruos eos, qui hoc nomine appellātur, magna ex parte esse bene moratos, fideleis, & caros, vilesque dominis. Meminerunt omnes, seruum illum Ciceronis Erotē, esse à domino libertate donatum, quod causam, quam dicturus erat Cicero, cū ad eam nondū satis paratus esset, in posterum diem dilatam nūtiasset: Daus vero subdolos, mendaceis, fallaceis, dominōque suspectos. Iam verō non est id omittendū, quod ad meā conjecturā rationem confirmādā vehementer pertinet. Cū abhinc duodecim circiter annos essent Tolosa, incidi in quoddam

A exemplar Pandectarum iuris civilis, manu exaratum, in eo animadverti nomen serui *Eros* pafsim scriptum cum aspiratione *Heros*, ex ea scriptura, ab illo iam tempore orta mihi suspicio est, in exemplaribus Horatianis manu scriptis antiquissimis, & non ita corruptis, sic hunc versum, in quo versamur, scriptum fuisse, *Intererit multum Danūfne loquatur, Herōfne*. secutus est postea aliquos homines semidoctos, qui cū reperissent hoc nomen scriptum cum aspirationis nota, eōq; nomine eum significari putarent, qui inter diuinam, & humanā naturam interiectus est: scirent autem priorem eius syllabā esse longam, atq; iccirco numerum, ac mensuram constare non posse, versum commutare ausi sunt, & in locum prioris scripturae *Herōfne: an Heros* substituerunt. atque hanc primam fuisse puto huius loci maculam, ac labem. ex hac stirpe (vt solent amplificari, ac dilatarī mala) cetera huius versus errata, mendāque nata sunt, dum suum quisque iudicium fecerūt, siōque ingenio confusis, deletis germana scripturę vestigiis, nouam lectio- nē configit, & comminiscitur. mean conie- turāt adiuuant & codices nonnulli Horatiani, in quibus inest hæc scriptura, *Herōfne*. [Vide Vict.lib. xxxiiij. var. cap. v. vbi de hoc loco dispu- rat, & tuerit lectionem *Danūfne loquatur an Heros*, sed errat.]

M A T Y R U S N E S E N E X] Virg. lib. 5. Aēn. matura *Acſteſeſ*, paullō aliter item Horat. dixit maturos partus, catin. ſeculari.

F L O R E N T E I V V E N T A] *ἀκαλούσης ἡλιάτα*, quod alio loco docuimus.

F E R V I D V S] M. Tull. in Catone maiore,

epulab̄ igitur cum ſodalibus omnino modicē: sed erat

quidam feror etatis, qua progrediente omnia fiuit etiam

in dies mitiora. Itaque iuuenes *ἄγνοις* appellā-

lant Græci, quasi *ἀγνοτας*, id est, ſemper fer- uentes.

M E R C A T O R N E V A G V S, C V L T O R N E V I R. A G.] Vides ut opponat inter ſe mer- catorem vagū, & cultorem agelli: id est, olitorē aliquem, ſeu potius eum, qui domo ſe continebit, qualis est ſenex ille Veronensis, quem deſcribit Claudiānus, *Felix qui patriis aūum tranſigit in aruis, Ipsi dōmūs puerum quem videt, ipsa ſenem: Qui baculo*

nūtēt, in qua rephant arena, vnuū numerat ſecula longa caſe, &c. aut qualis ille beatus Horatianus: *Beatus ille, qui prouī negotiis, &c.* Oda 2. epod. *

S I B I C O N V E N I E N T I A ſibi conſtantia,

& in quibus extrema conueniant cum primis,

vraque cum mediis.

S C R I P T O R] hic est apponenda interpun-

tionis nota.

H O N O R A T V M] cur honoratum? quia Iupiter à Theride exortus, eum à Græcis tum hono- randum curavit, cū Troianos, qui Achille pu- gante extra ſua præſidia prodire, & preceū ini- re non audebat, rursum Achille irato, ea fiducia,

audaciāq; compleuit, ut auiſſi bellī fortunam experiri,

experiri, Græcōq; magnis cladibus affecerint, ita ut Agamemnonem, qui Achilli Briseida eri- puerat, magno pereſu facti pœnituerit, vltroq; Briseida cū aliis puellis formosissimis bello ca- pitis, amplissimisq; muneribus ad eū remiserit. Sic autem Thetis apud Hom. lā. a. louem orat. *Ἄλλα σοὶ μή μη ποτὲ ὀλύμπιο μίτεται ζεῦ:* Τόφε δ' εἴτη τρέψοντι πθεὶ κεχτος, οφρ' αὐτὸν Αχευοι Υἱὸν ἐμον ποστον, ὁφέλλωστο τε επιμῆ, id est. At tu eum honorato δ' lupiter Olympie, confilij largitor, Tādiū autem Troianis potentiam, & robur adiicit, quoad Achiu filii metu honorauerint, & cum honore maſtarint.

I M P I G E R, I R A C V N D V S, I N E X O R A- B I L I S, &c.] quia talem describit Horatius. atque iracundam quidem ex primo Iliados per- ſpicere licet. ingenio autem inexorabili cū fuſſe, declarat liber nonus, vbi ab Aiace *χέτλιος*, ſeuanus, durus, indomitus: & μλλή, id est, immiſſorū & immitis appellatur. & eodē libro cūm Phœnix lōga oratione eum ad lenitatem deducere studiūſſet, Meleagri exemplū adhibuſſet, manera cōmemorāſſet, quæ ſe Græci vltro pro- mittebāt daturos, ſi exorari ſineret, cetera de- niue collegiſſet, quæ ad animū ſitū placan- dam, ac mitigandū valere debuerant: his omnibus ne tantū quidem commorūſſet, ut Græ- ci laborantibus ſuccurreret, auxiliūq; ferret. Magna ſanē vis est ad mifericordiā cōmuendā in iis verbis, quibus exponit Phœnix, illū ſibi a Peleo puerum eſſe traditum, & commendatū, ab ſe magno ſtudio, magnāq; cura educatum ea ſpe duciō, fore, vt, cū ipſe liberos ex ſe non ſuceptiſſet, eſſer ille ſibi filij loco. Iam ve- rō alij, qui deinceps ſequuntur, vel ſaxum fleſte- re poterant, quos non me pigebit aſcribere, ut in ſignis Achillis ſeribas, & inexcorabili ani- mus magis appearat, qui de ſententiā tali viro, talique oratione non potuerit demoueri. hæc igitur Phœnix, Aλλ' Αχελεῖ, δέμασον θυμὸν μέ- γαν οὐδὲ πτερεῖ Νηλεῖς ήτορ ἔχεν: ἔρεπο- δέ τε, καὶ θοι αὐτοι, Τῶν δηρ καὶ μελανετοὶ, πτυν τε, βειν τε. Καὶ μὴ τρεπεῖ θυμός, καὶ εὐ- λητὸς αὐτοῖς, Δοιεῖ τε, κυλοῖ τε τοῦ Λευκοπό- ων ἀγρωποι, Διενύμονοι, οὗτοι καὶ τις Καρποῖ, καὶ αὐτοῖς, id est, At Achilles, magnū animū ſitū domato, neque verō te oportet immiſſi- cordem mentem habere. Flexibiles ſunt etiā dij ipſi, quorū & maior est virtus, & hōnos, & vis. Veritātē eos ſuffimētis ac ſacrificiis, & blan- dis precibus, & libaminiſbus, & nido relectunt homines precantis, vbi quis iniſtū aliquid co- miferit, & peccat. reliquos verſus petat, qui vo- let, ex Homero. Patroclus item lā. a. it, patrem ei non eſſe Pelea, neque matrem Theridem, ſed eum ē mari, ſaxiſq; prætrupis eſſe natum. ſic Pa- troclus: *Νηλεῖς οὐδὲ καὶ σούρε πατήρ λέπι- πότα Πηλεὺς, οὐδὲ Θίσης μίτηρ, γλαυκὴ δέ τε πίκτη θάλασσα, Περμέτ' ήλιστατο.* Postremō Apollo in ea oratione, qua ſuader ceteris Diis,

vt Hectoris corpus parentibus permittat, vt ho- nore ſepulture ab eis afficiatur, poriū, quām A- chilli gratificantur, ut Achillē neq; animo elle ad æquitatem propensiō, neq; flexibili voluntate, ſed immanitate, & feritate quadam leonina præditum, omnēmque humanitatem, ac mife- ricordiam exiſſe. ſic Apollo, Aλλ' ὀλοῦ Ἀχαΐη- θοι βούλεσθ' ἐπ' αργυρευ, Σερβοὶ οὐτοὶ ἀρ, φρένες εἰσὶν εὔστουμοι, οὐτε νόμιμα Γναυμῖδον εἰν τίθεοται λέων δ' ας, ἀγρα οὐδετερ, &c. impigrum autem, forte, & strenuum accipio, ἀχθόν, ἀνθεῖον, talem enim facit Horatius, quod Aristot. testatur in lib. *ποντ*. Seruus hūc verſum, & eum, qui proximē ſequitur, profert ad illum Virgil. locū, hic ſeua ſedebat Achilles, vbi norat ille, ſeua propter Hectorē ad equis diſtractum, quod non placet. ſeua enim diſtus à Virgilio eſt, eadem ratione, qua ab Horatio iracūdus, aut certe qua ab Horatio *χέτλιος*. Appellatur præterea ab Horatio percuax, Oda 17. epod. & cedere ne- ſcius Oda 6. lib. 1.

A C E R] ſit, ſubintelligendum.

I V R A N E G E T S I B I N A T A] lā. a. δ. Aλλοισι δὲ ταῦτ' θητέλλεο, μη γέρε ἔμωρε Σημεγροῦ: οὐ γέρε ἔμωρε ἐπι τοι πειστεθεῖσι δια. id est, alij iſta māda, non mihi impera, nō enim puto te mibi morem geſtūrum.

N I H I L N O N A R R O G E T A R M I S]

Ι. χ. & φ. & alibi. F E R O X animofa, vehemens, elata. Ζευδην̄ vocat Pindarus εἰδ. δ. παθ. licet autem hoc ex Medea Euripiſis cognoscere. Sed longē diuerſā ab iis, quæ poētæ tragici, & ceteri ſcriptores de Medea ferocitatē, acrimonia, & impotentia, de fratre Absyrtō obtruncato, de filiis eius ſua ma- nu necatis, litteris prodiderunt, longē (inquam) alia, ac noua de ea narrat Pausanias in Corinthia- cis, nempe eam laſoni nuptam, Corinthiſ; re- ginam, filios, qui ſibi quotannis naſcerentur, in templo Iunonis occulare eſſe ſolitam, immor- taleis eōs futuros ſperantem: verū cūm hæc eam feſſellifer, & cūm ſe erraffe tandem cognouifer, eodēq; tempore ab Iafone deprehenſa eſſet: illum ei mulrūm orāti ignoscere noluiſſe, & ita lōcum, ea relieta, nauigasse: Medea autē regno Corinthi ſiſyphō cōmendato, ac tradito illum ſecutam eſſe. Sed quod ad hunc locum pertinet, vide Euripiſ. Medeam.

I N V I C T A Q V E] Euripiſ. in Medea, Δευ- γέρ. οὐτοὶ πέδιαν η νομεῖαλον Ερεβοὶ τις εὐ- τῆ καὶ λινοὶ ποτεται, id est, horribilis enim eſt, non facilē quiquā inimicitias cum ea ſuceptis victoria carmē caner. ibidem ſic Medea loqui- tur, Ερπ' εἰς τὸ δευτὸν, γενὸς ἀγῶνος εὐθυγάρξε, id est, aggredere ad rem terroris plenam, nunc certatur de ani- mi magnitudine, & praefantia.

F L E B I L I S I N O] Athamatis, & Inonis duo filii, Learchus, & Melicerta ſuifile dicuntur. Ac Learchum quidem Athamas furore precepis interfecit, & in lebetem aque feruentis plenum

Kkk

coniecit: mater autem Ino ipsa quoque amētia & furore affecta, vel (ut alij volūt) metu perterrita, cum Melicerta ausugit, & in mare desilit: quā postea Dea facta, & Leucothea dicta est, eiūque filius Melicerta, Palamon appellatus. vide Homerum ὄδυσσ. & interpretates ad illū locum, Τὸν δὲ Κάρπα θυγάτηρ καλλίσθουσα Ιώνα Δευκοθέην. & Pindari interpr. ὄλυμπ. εἰδ. θ. ibi, λέρωπι δὲ τὴν θάλασσαν Μεσόκαρπον Νηρίον Αλίαν βίστον ἀφθίτον ιόν τετράθυμον οὐλού ἀμφὶ πεύον, id est, dicunt etiam in mari inter Nerei filias marinas vitam immortalem Inoni constitutam esse in perpetuum. & Euripidem in Medea, ubi chorus ait, Inonem duobus filiis necem attulisse.

P E R F ID V S I X I O N] cur Ixion dicatur perfidus, cūm ex aliis scriptoribus, tūm ex Pindari interprete περιεπιθέται, cognoscere licet, cuius hæc verba sunt, à nobis sic Latinè redita. Ixion sive Antiochus, sive Pisionis, sive Martis, sive Phlegyas filius (nam dissentiunt inter se auctores) Diam Deionei filiam duxit vxorem. Erat autem in more possum apud veteres, sponsarum patribus munera quædam dare, ut & Homerus indicat. Ηράπερ ἔργον βέβη δένει, πίεται δὲ ζάλι ἵπτεται Αἴγας σύστησι, id est, Primum centum boves dedit, deinde mille capras pollicitus est, & totidē oves. Deioneus igitur Ixionē, ut mos erat, alii sive virum munera poscebat. Ixion vero cūm ab illo crebro appellareretur, atque adeò vrgeretur, fossam faciendo curauit, cāmq; materia, quæ ignē facile, & subitō concipere posset, impleuit. quo facto, sacerū quasi ad epulas opiparas, & sumtuosas inuitauit. Ille autem infidularū, & fraudis ignarus, cūm ad eū locū, ubi fossa suberat, peruenisset: in eā iam inflammata incidit, & ita flammis consumptus est. Iam verò cūm Ixionē tanto scelere contaminatū nemo expiare vellet, cūmque eum omnes detestarentur, & cōtagionem afectū fugerent: cū ipse Dij denique illum aspernarentur, ab illōq; abhorrebat: solus Iupiter eius misertus, maculā ex illo sceleri conceptā delevit, eum vltro in celum sustulit, sibi contubernalem fecit. At Ixion neq; prioris benefici, neq; posterioris memor, ecce tibi nouū animo cōcipit facinus, nouūque flagitium aggreditur, & Iunonis amore incensus, rem cū ea habere meditatur. Iupiter autem hoc cognito, nubem, ut Iunoni similis esset specie quadam falsa cōformauit: qua visu exaserbit ille, & corpus cū ea commiscuit: ex qua immanem quemdam, & monstruosum virum procreauit, nomine Centaurum. Iupiter porrò manus, & pedes Ixionis rotæ arctissimis vinculis astrinxit: quam in perpetuū volubilem effecit, eique rotæ Ixion alligatus clamat, *benemeritus grauitas* est referendam.

I O . V A G A] idē vaga, quia Argo, à Mercurio, imperfecto, cui fuerat, postea quā à Ioue in vaccanam versā est, à Iunone custodienda tradita,

A vsque cōd vagata est, donec in Egyptum peruenit, cōst̄o à lunone immisso, qui affidū cam inflectaretur.

T R I S T I S O R E S T E S] nihil notius, nihil clariss Orestis furore, de quo vide Euripidis nobilissimam tragœdiām. Plato in Cratylō scribit Orestem nomine ipso τὸ θηρωδεῖς τὸ φύσεως, καὶ τὸ ἄρχειον, τὸ πρεπον, id est, feritatem, immanitatem, & montanam quandam naturam, declarare. vide annot. ad sat. 3. lib. 2.

S I Q U I D I N E X P E R T U M S C. C O M M.] si quam tragœdiām scribere cogitas, in qua personæ sint nouæ, neq; dum ab ullo poëta tractata, vide, ut tales sint vsque ad extreūm, quales statim ab initio abste producētā sunt. Servius profert hunc locū ad illum Virg. versum An. 6. *Principiū pīus. Enēas. &c. inexpertum, valet non expertū παρατητῶς, non tractatum, non spectatum. nam & M. Tull. expertam virtutem dixit patiēti significatione, orat. pro Corn. Balbo, his verbis. curis igitur audita virtus dubitationi locum non dare, huius pīfēns, experita, atque perfecta, obreūtorum voce laetetur?*

D I F F E R E N T I A P R O P R. C O M M. D I C.] cōmunia hoc loco appellat Horatius argumenta fabularū à nullo adhuc tractata: & ita, quæ cuius exposita sunt, & in medio quodāmodo posita, quasi vacua, & à nemine occupata, talia igitur argumēta difficile est abs te nūc primū occupata, & suscep̄ta, ita tractare, ut propriè tua iure dici possint.

C I L I A C U M C A R M E N] quod commune non est, sed Homeri proprium: est tamen publicum, ut mox dicemus.

D E D U C I S I N A C T Y S] in scenam producis, in tragœdiām confers: ex Iliade personas tragicas sumis, & tragœdiā componis. Plato lib. 10. de Rep. Homerum ηγεγαλας ηγεμονα, καὶ διδοναλον, id est, tragœdiā ducem, & magistrū nominat.

P V B L I C A M A T. P R I V.] ante quām hūc locum explicemus, quid inter sit inter publicū, & commune, videndū falluntur enim, qui hæc nihil inter se differe existimat. Publicū igitur dictum est, quas populi, & se populi, & verò nonnulli libri veteres hīc habent, *publica materies*, &c. vbi vulgati, *publica materies*, &c. ita publicū est, quod est totius populi, ut campus Martius, publicus est populi Rom. ager Campanus lege agraria lata, publicatus est: Regnum Cypri lege Clodia populi Romani publicū factū est: Fluminia omnia & portus, publica sunt: riparum quoq; vīsus publici est, sicut ipsius fluminis. Litorum quoque vīsus publici est, sicut & ipsius maris, prætor, cōsul, & ceteri magistratus, & Reges, sunt publicē personæ, nā torius populi personam sustinent. Publico opponitur priuatū, ut cūm dicimus, *ius publicum, ius priuatū*: *publica persona, priuata persona: iudicium publicum, iudicium priuatū: Rex, priuatus*. Horat. sat. 3. lib. 1. *priuatus que*

que magis viam te Rege beatus. & infrā fuit hac sapientia quondam Publica priuatis fecernere. Cicero pro Murena. *Odīs populus Rom. priuatam luxuriam: publicam magnificentiam diligat.* Idem in Rull. ad pop. *Si est priuatus ager Recensoricus, quid eum excipiā fin autem publicus, quae est ista aquitatis?* Commune duobus modis accipitur: vno modo communē appellamus, quod est duorum, aut plurium, ut paries communis, communis domus, ager communis, epifilia communis: atq; harum rerum cōmuniū causa, competit actio cōmuniū diuidendo: à quarum similitudine dicimus Martēs cōmuniū, mortem cōmuniū, vitam cōmuniū, & ira illud M. Tullij pro Rosc. Amer. *quid tam cōmune, quam spiritus vniuersi, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus electus?* Altero modo cōmuniū dicimus, quæ à nemine sunt occupata, neq; posselli, & possunt fieri occupantis, ut aqua pīfēns, aer, littus maris, lapilli & gemme in littore mari, theatrum: quarum rerum causa non datur actio cōmuniū diuidendo apud iuris cōs. Opponitur autem cōmuniū proprio, ut Cic. pro Sylla. *Tempus agendi fuit mihi magis proprium, quam ceteris: doloris verò & periculi fuit illa causa communis, idem epist. ad Dol. libr. 9.* Quod me amas, id tibi cōmune est cum multis: quod tu ipse tam amandus es, tamque dulcis, tamque in omni genere iucundus, id est, proprium tuum. Accipienda pīrō hoc loco cōmuniū, quæ à nemine sunt occupata, id est, quæ nondum sunt à quoq; tractata, ut diximus. His igitur expositis, hunc locū sic explicamus, publica materies est, exempli causa, Ilias Homeri, est enim opus publicum, & totius populi factū, quamvis ad Homero inuentū, scriptum, & editum. Hæc igitur materia, tui iuris, tuīq; mancipi fieri poterit, si non hæreibis in circulo omnibus patente, & contemto, id est, si tuū auctorem, quem tibi proposuisti ad imitanū, nō sequēris ita religiose, ut nihil addas de tuo, nihil inuenias, nihil immures: trita quēdam & vulgata, & omnibus exposita, & facilia, & ēstebula, persequaris. Non circa autem scriptum offendī in omnibus libris manuscript. Quidam publicanā materiam dicūt esse argumentum aliis poētis intactū: quod (inquit) priuati iuris erit, si quis ita tractet, ut postea nemo vel idē scribere aust, vel melius posſit: quod conqueſetur si sententias adhibebit non vulgareis, neq; de medio sumtas. Ego quod publicā materiam, argumentum aliis intactū volunt esse, non probō: cetera nihil ferē ab iis, quæ scripsi; discrepant.

N E C V E R B U M V E R B O, &c.] id est, & si non studebis verbū è verbo exprimere, ut religiosus, & fidus interpret̄: si nō te præbebis ita sedulū, ac fidum interpret̄, ut ne paululum quidem à tuo auctore discedere audeas. monet igitur hoc loco Horat. ne eos, quos nobis proposuimus imitādos, aut e quibus argumentum scribendi petimus, ita sequamur, ut interpret̄, sed potius ut fontibus corū, iudicio, arbitriō, & ἀριθμον: δὲ χρήσιλον κύριον, ιδίας ὄντα μέρον: δὲ ποίημα πίτερον εἰς ἐπέρους, πίτερον εἰς οὐρανὸν ἀναφέρουσ, &c. id est, Est enim aliud quiddā, quod propriè nominatur cyclos: quod poēma alijs alii, nō nulli Homero acribūt. Ego auctores quosdam κυριακοὺς ab Homeri scholiaste video citari ἀλλαγὴν ἀλλαγὴν πολεμούσις, ή τοι κυριακοὺς, id est, historia est apud Polemonios, aut cyclicos.

F O R T Y N A M P R I A M I] Antimachum

Kkk ij

A hauiamus, hoc enim se consilio vīsum esse scribit M. Tull. & quidem iis ip̄is verbis, quæ modo vīsurauit, in Stoicis imitandis, & in quæstione de officiis. quod item se fecisse scribit in orationib; inter se contrariis Alschini, Demosthenis, que conuertendis, nec conuerti (inquit) ut interpret̄ sed ut orator, sententias iūdem, & earum formis, tanquam figuris, verbis ad nostram consuetudinem aptis: in quibus non verbum pro verbū necesse habui reddere, sed genus omnium verborum, vīmque seruāti, non enim ea me annumerare letori possum, sed tanquam appendere, hoc autem pīceptum ad elocutionem referendum est.

N E C D E S I L I E S I M I T. I N A R C T.] id est, & si te non coniicias in eas angustias, videlicet nīmīū longab eo, quem tibi propoſuisti ad imitandum, discedendo, vnde te explicare honestè non possis: vnde egredi vel turpe fit futurum, vel operis natura, ac ratio nō ferat. nam hæc cuiuscumq; operis lex est, ne quid inchoatum relinquatur.

R E F F E R R E] sic legendum: & ita habent duo om̄iū emendatissimi codices, geminatum autem est f. ut prima syllaba producatur: qualia sunt illa, retulit, subigit, repperit, &c. Ita autem loqui solemus referre pedem ex aliquo loco, non proferre. Cæsar libr. 1. de bello Gallico, tandem vulneribus defecit, & pedem referre, & quid mons suberat mille passuum, & se recipere cōpērunt. & libr. 10. epist. M. Tull. ad familiareis, Ser. Galba. *Cornu sinistro, quod erat infirmus, vbi Martia legionis due cohortes erant, & cohors pretoria, pedem referre cōpērunt.* [T. Liuius libr. xxxviii. Annalium. *Festī igitur corporibus, animisque retulere pedem.*]

S C R I P T O R C Y C L I C U S] poēta nescio quis epicus, circumforaneus, circulator, rhapsodus, qui solebat suū carmen in corona recitare. non nulli Antimachum significari putāt: de quo M. Tullius in Bruto, *Nec enim posset idem Demosthenes dicere, quod dixisse Antimachum, Clarium poētam, fērunt: qui, cūm conuocatis auditoribus legeret eis magnū illud, quod nouis, volumen suum, & eum legēnū om̄ines, præter Platōnem, reliquissent, legam (inquit) nīlominus. Plato enim mībi vīna inīstā est omnī. nō nulli, & iij quidem docti, poētam quēndam aūlium, qui scriptit κυριακούς, sēpē ab interpretibus*

D Græcis commemoratū, significari vīlunt, in quibus est M. A. Muretus. de hoc poēmate Philoponus in librum primum κυριακού. (ut vulgo citant) έτη δὲ χρήσιλον κύριον, ιδίας ὄντα μέρον: δὲ ποίημα πίτερον εἰς ἐπέρους, πίτερον εἰς οὐρανὸν ἀναφέρουσ, &c. id est, Est enim aliud quiddā, quod propriè nominatur cyclos: quod poēma alijs alii, nō nulli Homero acribūt. Ego auctores quosdam κυριακούς ab Homeri scholiaste video citari ἀλλαγὴν ἀλλαγὴν πολεμούσις, ή τοι κυριακούς, id est, historia est apud Polemonios, aut cyclicos.

non significari ab Horatio ex eo maximè intelligere licet, quod Antimachus bellū Thebanū scripsit: quod multis annis ante Troianū gestū est: hic autem quem reprehendit Horat. bellum Troianū: vt omittam, quod principiū poëmatis Antimachi hoc fuisse testatur Græci interpres. *Eiātētē xponθeo dīs μεράλοι θύαρσες.* Dicite Saturnij lous magni filiæ cuius verus longè alia sententia est, quam huius, quæ hoc loco de Græco expressum profert Hor. Simeon Bosius putabat, significari primū versum eiusdem Homeri ex parua Iliad. *Iλιον οὐδέδωλγο Δαρδανίου εἴνπελον,* sequitur *ης πέρι πολλὰ πάτον,* &c. Liber mihi hoc loco occasione & anam naeto, ex P. Ronfardi, viri clariss. poëti Regii, Franciade, poëmatæ Gallico, planè cū Iliade Homericæ, & Aeneide Virgiliana comparando, versus aliquot Gallicos decerpere, eōsq; ab Io. Aurato viro singulari doctrina ornato, poëta Regio, latinos factos, cōmētiorū meorū lectoribus legédos exponere, vt intelligent exeræ nationes, que & qualia ingenia efferaat nostra Gallia, & quācōpere apud nos florent bonę littorę, liberalēsq; doctrinæ. Primum autē ex-principio primi lib. paucos versus proferā, deinde Cassandre vaticinū, quod constat nonaginta citer veribus, ex eodem libro subiiciam, vt omnes mortales litteris exculti maiore in dies huius diuinī poëmatis legendi desiderio afficiantur, cūisque editionē vel à Rēge nostro Carolo nono, vel ab ipso Ronfardo precibus & votis omnibus flagitent. Sic igitur poëma suum orditur poëta nostre Ronfardus:

QVID TANTO DIGNUM. F. H. P. R. B.] tanto hiatu, nempe otis. ductum à tragœdis, qui interdum cū Agamemnonis, aut Atrei, & simillimum personarum parte agerent, vt grandi loquētores (si hoc nomine vti licet) viderētur, quā maximè hiabāt, cū sepe exilient vocem, minimeque tanto hiatu dignam, mitterent. sic apud Lucianū sepe usurpat illud *μέρα χεργώτες* de tragœdis, id est, magnum hiantes. Præterea magnitudo & granditas verborū, seu grādiloquentia, videtur otis hiatum postulare. Itaque per otis hiatum, grandiloquentiam intelligimus, quæ constat ferè ex ampullis verborum.

PARTVR. MONT. N A S C . & C.] prouerbium in gloriosos ostentatores, & eos, qui ma-

Musa tenuis summas Parnassi in vertice sedes,
Nunc adsis, orique fauens illabere nostro;
Dum memoro prima ductus ab origine reges
Franconis: qui Trojana fatus Hettore quondam
Astyanax, patria sed dictus ab amne Camandrus.
Huius Trojanae tu dic mihi Musa labores,
Præliaque: inuita quoties Iunone, & iniquo
Neptuno terra, pelagoque pericula vicit,
Ante Parisiace quam menia condere urbis:
At tu Rex animo, dignusq; in carmina virio
C. AROLLE datur vestros opus hoc mihi surgit honores
Argumentum ingens, mea ne megatur in alto
Cymba, cauestantus quo nunc vaga fertur in undas.

Muse qui tiens les sommets de Parnasse,
Entre en ma bouche, & me chante la race
Des Rois François issus de Francie,
Enfant d'Heitor Troyen de nation,
Qu'on appelloit en sa jeunesse tendre:
Astyanax, & du nom de Scamandre.
De ce Troyen conte moy les assaux,
Guerres, discours, & combien sur les eaux
Il a de fois en despit de Neptune,
Et de Iunon, surmonté la fortune,
Et sur la terre eschappé de perils,
Ains que bastir les grands murs de Paris.
Vous Charles Roy enflez moy le courage:
En vostre honneur i'entreprends cest ouvrage
De long labou, & gaidez d'abismer
Ma nef qui flotte en si profonde mer.

^A gna de se expectatione cōcitata, nihil ea digna ad extremum afferunt. Athenæus lib. 14. scribit, Tacham regem Egyptiorū, cū Agesilaum La cedamonitorū regem, breuis stature hominem, qui iccirco venerat, vt cū eo belli societas cīni ret, eīq; auxilium ferret, hoc intempestiuo ioco lacestifleret, *ἀδνει ὥρος ζεὺς δὲ ἐφοβεῖτο τὸ δὲ ἔτειν μῦν,* id est, parturiebat mons: at lupiter metuebat, ille autem murem peperit: regno suo esse spoliatum, priuarūmq; esse factū, alienato à se Agesilaō, societateq; dicemta, ac dissoluta.

DIC MINI M V S A V I R V M] principiū Odysse. *Ἄρση μοι ἐνερε μοστα πολλή τροπον,* &c. Liber mihi hoc loco occasione & anam naeto, ex P. Ronfardi, viri clariss. poëti Regii, Franciade, poëmatæ Gallico, planè cū Iliade Homericæ, & Aeneide Virgiliana comparando, versus

aliquot Gallicos decerpere, eōsq; ab Io. Aurato viro singulari doctrina ornato, poëta Regio, latinos factos, cōmētiorū meorū lectoribus legédos exponere, vt intelligent exeræ nationes, que & qualia ingenia efferaat nostra Gallia, & quācōpere apud nos florent bonę littorę, liberalēsq; doctrinæ. Primum autē ex-principio primi lib. paucos versus proferā, deinde Cassandre vaticinū, quod constat nonaginta citer veribus, ex eodem libro subiiciam, vt omnes mortales litteris exculti maiore in dies huius diuinī poëmatis legendi desiderio afficiantur, cūisque editionē vel à Rēge nostro Carolo nono, vel ab ipso Ronfardo precibus & votis omnibus flagitent. Sic igitur poëma suum orditur poëta nostre Ronfardus:

CASSANDRÆ VATI- ^A LA PROPHETIE DE cinium de Franconis casibus, ex primo libro Franciados Petri Ronfardi, Io. Aurato, poëta

Roglio interprete.

Prince Troïen, de qui dès meinte annee

l'ay bien preue la belle destinee,

Tige de Ducs, de Rois, & d'Empereurs,

Grands aux combats, des peuples conquereurs,

Entends de moy d'esprit toute rauie,

La plus grand part des gestes de ta vie.

Dieu me defend de te chanter le tout:

Tu en sçauras commencement & bout

Par vne nymphe, apres que le naufrage

T'aura ieclé tout nud sur le riage,

B Froissé, cassé, sans aide, & sans support,

Comme vn corps froid etendu sur le bord.

Or tout ainsi qu'en parfaict accroissance

Le reiection de l'arbre prend naissance,

Qu'un bucheron à l'ourrage panché,

A fleur de champ, de son fer a tranché,

Pour faire vn mas, ou bien vne charrue

Au mois d'hyer, quand la terre est chenuë,

Blanche de neige, & de grefle qui poingt:

Le reiection se cache & ne sort point:

Mais au printemps renouvelant son estre

Seul prend la place au lieu de son ancetre,

Et fait reuire en son bois ses ayeulx,

Leuant son chef fucillu iusques aux cieulx:

Ainsi tu es de Troye faggace

C Le reiection, à la cyme chargee

De fucille & fruit, qui doibs part ton moyen

Iusques au Ciel pouster le nom Troyen,

Pere des Rois, qui en despit des flames,

Des Grecs veincequeurs, referot noz Pergames,

Ayant par force & iustice domé

Le monde entier dvn & d'autre costé,

Tu passeras meinte dure tempeste,

Et meint combat, ennemy de ta teste:

Mais à la fin par bataille tu doibs

Vaincre soubs toy tout le peuple Gaulois.

De toy doibt naistre vne race Royalle,

Qui soubs le ciel n'aura point son egalle,

Des Pharamonds, Cilderics & Clouis,

Des Claudions, des Pepins, des Louys.

Princes guerriers, dont les belles armes

D Auront au chef les palmes Idumees,

Vn Roy viendra des cieux le fauoy,

Fils dvn grand prince, invincible Henry,

Et d'vn Roine accorte Catherine:

Roine qui doibt loger en sa poitrine

Toute vertu. C A R L E S sera son nom:

Dont les hauts faicts passeront le renom,

Bien icune d'aage, orphelin de son pere,

Estant conduit des conseils de sa mere,

Et dvn aduis lieureusement bien né

Appasera son peuple mutiné,

Qui furieux, par les villes Françaises

Bouillonnera de seutes & de noises.

Et latius armatum validus præcinxerit ensis,
Fortibus inque humeris thoracis stridor abeni
Horruerit strepitans pro vita & honore suorum.
Florentis tangens annos, magis ille pudore,
Quam sapiente metu turus, legat agmine terras
Belliger, & dux alba nigros defigit ad Indos
Sigra, sium Oceano claudens utrinque laborem.
Iam mibi quadrupedans sonus exauditur equorum,
Pulsantum arcu folium, iam regia signa ferentes
Armigeras acies, iuuenili robora pubis,
Ordini proficio longo; fulgentibus armis
Terra rugit, hastis manuas, latera ensibus horrent;
Serua me fit furor his, & seu minacibus ira
Vultibus, & sola sub pedibus concusa tremiscent;
Compositis gradibus præcautia signa sequentur,
Qualis ad imperium venti procedit in alto
Vndarum legio, cur fugit, ferente secundo
Post alios ali volvuntur in ordine fluctus,
Donec agens tandem validi vix incita flatus
Depulit impulsus extremam ad littoris oram.
Non illi audiens regi se opponere quisquam
Bellanti siue ipse pedes peditum ante manipulos
Ibit viuans longi crifians vibrantia contum
Robora, seu campum pedibus pulsabit equinis,
Calce rigente premens armis pernicio iberi,
Pulvere fedatim vultus, aptansque lacerto
Multis caderubro gladii splendens acumen,
Non fecis ac quondam segetis per plana feracis,
Deni falce cadunt matura mebis acerui:
Atque aliis ali super agglomerantur, ab astis
Torrida cùm portant sub rectum farras coloni:
Sic revoluta ruent sub lato corpora ferro
Multis simul cumulata solo: panor undique & horror
Illius, & dexteram, & ferrum ferale sequentur.
Ut tamen eius erit metuenda rebellibus ira
Gentibus, horrenda quas fulmine protrect hastas:
Sic vietus clemens populi vittoria parcer,
Temperet ut viri leni pietate severus.
Carolus hic claros celi stellantis ad axes
Fatta sua, & Troe praetor, Phœbo auspice, mittet.
Post ubi longè venient iam tadia vita,
Alter ut in magno sol effulgebit Olympo.
Ergo age nunc dulci, Franco, loca mente relinquens,
Ne tua tot claros ignavia lenta nepotes
Obruant, eternis, quo veniente, tenebris,
Perge celos, quod fatal vocant, superisque secundi.

A N T I P H A T E M] Antiphates, rex Læstrygonum, à quibus Ulysses, ei usque socij ad vnum discripti essent, nisi funibus anchorarum præcisis quam primùm è portu soluisent, scilicet in alterum receperint: quo ex periculo tamen non omnines naues seruata sunt, sed aliquot cù vescitoribus perierunt. narrantur hæc ab Ulysse id, & *Δι το τ' εγών ἐπόπους μετέργεται τον*

Mais aussi tost que la vîte vertu
A Armera ce Roy du fort glaive pointu,
Et qu' on voira pour l'honneur de ses Gaulés
Le corslet craquer sur ses epaules,
Ayant la fleur de la ieunesse attaint,
De ses subiects plus honoré que craint:
Ira couvrir le monde de gendarmes,
Et planterai jusqu' aux Indes les armes,
De l'Ocean limitant ses travaux.
L'entre déjà le pié de ses chevaux
Frapper la terre, & dessoubs ses banières,
Aller de rang les ieunesse guerrières,
Ayant le dos herissé de harnois,
Le flanc d'espee, & la main de long bois.
Eux menassant d'une effroyable face
Les ennemis, feront trembler la place
Dessoubs leurs pieds, en ordre se suyants,
B Comme les flots marchent dessoubs les vents
L'un apres l'autre, & de suite esbranlée
S'en vont roulants par la pleine salée
Jusques à tant que le ventue effort
Les ait pouzez contre le front du bord.
Nul n'osera se trouuer en bataille
Contre ce Roy, soit que pieton il aille
Deuant les siens, d'alegresse tout plein,
Crespant les plis d'une picque en la main:
Soit qu'à cheval il frappe la campagne,
Piquant les flans d'un beau genet d'Espaigne,
Couvert de poudre, ayant pendu au bras
Vermeil de sang, le tranchant courtelas:
Ainsi qu'on voit tomber soubs la fauille
Meinte iuelle en la pleine fertile
C L'vn sur l'autre, alors que la saison
Fair emporter les bleus en la maison,
Ainsi tombra dessoubs sa large espee
Meint corps, meint bras, meinte teste coupeé,
Roulante à terre: vn horreur, vn effroy
Suyront le glaive & la main de ce Roy.
Mais tout ainsi qu'aux rebelles courages
Fera sentir l'effort de ses otages,
Il sera doux au peuple surmonté,
Ayant la force ensemble & la bonté.
Ce Charles Roy jusqu' aux flammes celestes
Fera voler nostra race & ses gestes:
Puis estant soul de ce monde ennuyeux,
Comme vn soleil reluit dans les cieux.
Pour ce Francus alaigrement desplace:

D N'estouffé point vne si belle race
Par ton séjour, & marche sans effroy,
Ayant les cieux si dextrement pour toy.

&c., &c. id est, Tum ego socios præmis, vt exquirerent, & explorarent, &c.
S C Y L L A M Q V B] Scylla (vt scribit interpres Hom. οὐδὲν τούτη,) Phorcynis, & Hecate filia: cuius latera catulis lattabitibus succincta suis de cūtur. re vera Scylla vortex aquatū fuit, cui faxa volubilia, vagāq; suberant. alij rupem, seu scopulum esse dicunt. Homerus autem lib. Odyss. suprà commemorato, eam describens, ait, vocem mittere

mittere voci catuli nuper admodum nati similimam: ipsam monstrum esse ingēs, & immanc, & vel Deo immortali formidolosum, pedes habere duodecim, omnes ad ingressum ineptos: siquò autem ire velit, ed pennis volare, non pedibus ambulare: sex ei colla effelonga, & in unoquoque eorum caput imesse horribili aspectu, in ore triplcem dentium ordinem crebriorum, & cruenterum, cetera ex Homero pete: cuius hi sunt versi, *Εὐθά δ' οὐλή σκύλλα νοέτε, δευτερελάχησα, Τῆς πτοι φωνὴ μὲν οὖσα σκύλλας νογιλῆς, Γίνεται, αὐτὴ δὲ πτερε πτελεωρ κακός, οὐδὲ τις μητὸς Γίνεται, εἰδὼς αὐτιάσεις, &c. M. Tull. orat. de Harusp. tel. pōlis, Quam Scyllam tam eminentibus canibus, tamenque ieiunis poëta finendo exprime potuerunt, quām quibus istum videtis Gellius, Clodius, Titius rostra ipsa mandentem? Id ē Verr. de suppliciis. Hoc infestior namis Verres, quam scylla, quod multo pluribus, & maioribus canibus succinxerat. De Scylla lege Apolloniū libr. 4. Argonaut. & interpretem.*

C V M C Y C L O D R E [οὐδὲν τούτη,] Polyphemi, & Cyclopum fabula narratur. Homer. *Εὐθά δ' άντηνος πτελέως, δοράτη μηλα Οίος ποιμανούσεις πτελέως, οὐδὲ μετ' ἀλλοις Πλωτεῖται, ἀλλ' ἀπαρεύθει εἰς ἀθεμίταια καὶ καρδιάν, εἰτέρουτο πτελέων, οὐδὲ εἴρει Αρδίγης σπαθάρης, &c.*

N E C R E D I T U M D I O M. **A B I N T E R I T U**] id est, nec redditum Diomedis à bello Troiano, aut alias narrationem, nimis lögē repetit. Animachum obscurè reprehendit, qui poëma suum de Diomedis casibus cōscriptum, ab interitu Meleagri patrii orsus est. Meleager Tydei frater fuit, Oenei filius: qui, cùm aptum Calydonium interfecisset, ei usque pelleat, & caput, Atalante amica sua donauisset, Thetiaidae eius avunculi vtrumque illi ademerunt, & Meleagri insidias compararunt. Quæ te cognita ille eos interfecit. propter quam causam Pleuronij Calydonii bellum inuelerunt. Althæa Meleagri mater ob fratrū suorum cadē filio irata, eum execrata est, eique interitum exoptavit. Cùm Calydon postea à Curetibus oppugnaretur, neque iam Calydonij impetum hostiū sustinerent, Meleager neque patris, neque matris iam placata rogatu opem ferre patriæ voluit.

flexus tandem, & vietus Cleopatra vxoris precibus, hostis à manibus Calydonis propulsauit, ac profligauit, periculōque patriam liberavit. Althæa autem odio in filium pristino renuato, facit ei à Parcis donatam, quæ eius vita definiebatur, inflammat, & cōsumit. quo factio ille interiit. vide Homer. & Eustat. *Ιλιαδ.*

N E C G E M I N O] Iupiter Leda amore captus, sub cycni specie rem cū ea habuit. ex hoc cōcubitu Leda ouum peperit, idque in capam quandā condidit, ex quo postea Pollux, & Helena nati sunt. Castor autē, & Clytemnestra ex altero, quod illa à Tyndaro cōpressa ediderat,

exstiterunt. Quāuis igitur Helenæ rapta Gracis bellū Troiani causam præbuerit, non tamen Homer ab uno illo, ex quo exclusa Helena est, id est, non tam ex alto, tem reperit, neque vsque à capite arcessit, sed ab ira Achillis egregiū illud & immortale poëma orditur. Irafcī autē cōpīt Achilles paulo ante yrvis Troiæ excidium.

E T I N M E D I A S R E S, &c.] in medias res ita rapit auditorem, vt is earum principium non desideret, nā quæ antecesserūt yrvis Troiæ expugnationem, & iram Achillis, ea miro poëte artificio, seu ingenio, seu vtroque in libris deinceps sequentibus occasione arrepta narrantur, nonnulla etiam, quæ in Iliade locum habere nō videbantur, in Odyssæa referuntur.

M E N T I T Y R verisimiliter. nam docuit alios Homerūs ita falsa dicere, & mentiri, quemadmodum oportet, inquit Aristot. lib. de poët.

Q V A D E S P E R A T T R A C T A T A] id est, quæ videt nullum orationis nitorem, neque ornatum capere, si à se tractentur, ea prætermittit.

S I P L A V S E G E S A V L M A N E N T I S] id est, si spectatorem cupis tibi contingere, qui tatis per specler, donec aulea (quibus obtemperant, & πτελέως, οὐδὲ μετ' ἀλλοις Πλωτεῖται, ἀλλ' ἀπαρεύθει εἰς ἀθεμίταια καὶ καρδιάν, εἰτέρουτο πτελέων, οὐδὲ εἴρει Αρδίγης σπαθάρης, &c. plausorē appellat, spectatorē plausu fauētem, vide supr. in epist. ad Aug. lib. 2. ad illum locum, *Quattuor, aut plures aulae premuntur in horas.*

E T V S Q V E S B E S S V R I] ab hoc verbo sefōrē nominavit spectatorem, epist. ad Iul. Flor. li. 2. *In vacuo latu sefōrē plausorēque theatro: & sedilia, sedes, vnde spectabant, hoc libro infrā, Nondum p̄fissa nimis complere sedilia flatu.*

D O N E C C A N T O R, V O S P L A V D D I C A T] id est, donec peracta ab histrione sit fabula. M. Tullius vñpanit translatè in Catone. neque enim histrioni, vt placeat, peragenda est fabula: modò in quacumque fuerit actus, probetur: neque sapienti, vtque ad plaudite veniendum, breue enim tempus atatis satis est longum ad bene, honestaque viuendum, canticum autem pro actore, seu histrione posuit.

D E C O R] id est, *το τετέρον, decorum.*

M O B I L I B S] non levibus, aut inconstibus, vt quidam putat, sed quæ variatis ætratis immutantur.

R E D D O R E Q V I V O C E S] puer, qui scitiam ad interrogata, & ad ea, quæ audiuīt, respondere. sic loquitur Virgil. *Ἄνειδ. I. cur dextre iungere dextram Non datur, ac veras audire, & reddere voces? & Catull. de Thet. & Pelei nupt. Nec missus audire queunt, nec reddere voces.*

I R A M C O L L I G A C P O N I T T E M] temerè irascitur, & temerè placatur. Ter. in Hecyra. *Pueri inter sejū quām pro leuibus noris iras gerunt: Quapropter quia enim, qui eos gubernat, animus, infirmum gerunt.*

C V S T O D E] pedagogi. idem sat. 4. lib. 1. *Duns custodis egēs, & sat. 6. Ipse mihi custos incorruptissimus*

Kkk iii

Liuis libr. 6. annal. illius glorie pars virilis quod omnes milites sit, qui solum vicerint. artq; hanc explicacione adiuuat, & confirmat id, quod sequitur, *officiumq; virile, neque est, quod quisquam mihi dicat, chorum etiam mulierum ceterum interdū fuisset: ergo officium virile ad chorum, qui ex mulieribus constet, pertinere non posse. respondeo enim, vel virile officium dici spectata voce, chorū, quæ est mascula, & virilis: vel, ppter quod masculinum genus concipere, & complecti sollet fæmininū. Postremò sic hunc locum esse legendum, atque explicadum intelligere licet ex his paucis Aristot. verbis lib. de arte poetica, *καὶ τοὺς ζῷους δὲ οὐδὲ τὸν λαόντας τοῦ θεοπράτους. id est, chorū autem accipere, seu existimare oportet tanquam unum alterum.**

N E Q V I D M E D I O S I N T E R C I N A T A C T V S] ne quid inter medios actus canat. intercinat, pro canat inter, qualia sunt illa, *filias interprepare salubres: circumgenit viris quile: tanto emerit acervo: & sexcēta alia, quæ collegi ad Od. 7. lib. 2. canere igitur chorus inter actum, & actū licebit, inter medios actus, seu in mediis actibus non licebit, loqui autem quois loco, nempe in diuerbiis, cum alia persona licebit.*

C O N S I L I E T V R A M I C ē] hæc est scriptura decem librorum manuscriptorum: à qua discedere nefas mihi esse putauit, cōfiliarij autē, verbum est à cōfiliō deducēt, quo vsus est supra Oda 3. lib. 3. *Gratum elocuta confiliantibus tunne dinū, quo quidem loco idem videtur valere, quod cōfultare: hīc autem, si recta, & emenda ta scriptura est, idē erit, quod cōfiliū dare: quod alibi nō memini me legere in hanc significatiōnem. quattuor alij libri manuscripti, habent, & cōflictū amicus, ut omnes ferè vulgati, nisi quod nonnulli habent concilietur. quia scriptura nō est retiencia, placet autem mibi mirum in modū, quod à duobus codicibus abest copulatio que post verbum faveat.*

I L L E D A P E S L A V D E T M E N S. B R.] laudet parsimoniam, frugalitatem, continentiam in vietiū.

S A L V B R E M] vtilem, salutarem, translatio est, nam salubre de iis rebus dicitur, quæ ad corporis valetudinē sunt viles, epist ad Alb. Tib. *An tacitum filias inter reptare salubres? & saty. 7. lib. 1. scilicet que salubres Appellat comites, & saty. 4. lib. 2. ill. salubres. Astates peragat, qui nigris prandia moris finet, &c. translatè etiam M. Tull. ad Att. lib. 8. ut non saltem gloriosis consiliis utramur, sed etiam paullo salubrioribus.*

A P E R T I S O T I A P O R T I S] id est, pacē, aperientur enim verbium portæ pacis tempore, vel sublato hostium meru: bello tempore claudūtur, ex quo Pandæ pacis dea dicta. Od. 5. libr. 3. *vidi ego ciuium Retorta tergo brachia libero, Porta: sive non clausa.*

C O M M I S S A] arcana fidei commissa, ut sup. epist. ad Loll. lib. 1. *Prodiderit commissa fide.*

I N D O C T V S Q V I D E N I M, &c.] horum verborum

R E D E A T M I S B R I S, A B E A T F. J] fortuna eos, quibus aduersata est, quōsque deferruit, placata reuifat, & complectatur: insolentes, ac superbos deserat. vide annotationem ad Od. 29. lib. 3. vbi diximus, per fortunam præsentem, & manentem, significari secundam: per absentem, aduersam.

T I B I A] tibiae adhibentur ad cantum chorū, quæ est mascula, & virilis: vel, ppter quod masculinum genus concipere, & complecti sollet fæmininū.

O R I C H A L C O I V N C T A] ita reperi scriptum in tribus cod. Vatic. & in Card. Rainu. & Torn. Cleric. Nicot. Russ. quæ scriptura eō fortasse probari potest, quia cū tibiam veterum tenuem, ac simplicē fuisse dicat, nouam autem duobus contratis nominibus significare velit esse illi dissimilem: *tuba emula, tenui opponitur: orichalco iuncta, simplici. quod si vincta legamus, non æquæ contrarium contrario respondeat.*

F O R A M I N E P A V C O A S P I R A R E] ad eam rem erat vtilis, ut paucis, id est, quattuor foraminis sonitum redderet, & chorus adiuvaret, & theatra sonitu compleret. *vtilis aspirare, adesse, complere, genus loquendi Gracum est, ut saepe admonuimus. in quibusdam libris scriptū reperi foramine parus.*

N O N D U M S P I S S A N I M I S] non admodum frequentia: non nimis celebra, aut referata. epist. ad Mæcen. 3. libr. 1. *ffissis indigna theatris. & infra ffissæ catena.*

S E D I L I A] in quibus sedebant spectatores, nondum theatro adificato.

Q V ð] in quem locum, in quæ sedilia: non (vt alij) quo flatu.

S A N E P O P V L V S N V M E R A B I L I S] explicatio est verborum illorum, *Nondū ffissi nūm numerabilis autem idem valer, quod paucus. & ita loquuntur Græci. Theocr. εἰδ., γ., quod inscribitur χάριτες. φίλων μέρον ἀσφαλεύεις Τέρροις, ἢδη ἀλόγοιν, ἀριθματὸς ἡπο πολλῶν. id est, amicorum mortem nuntiaturos liberis & vxoribus, numerabileis ex multis*

C O I B A T] conueniebat, congregabatur.

V I N O Q V E D I V R N O P L A C A R I G E N I V S] sic suprà episto. ad August. silvanum latte piabant: *floribus, & vino Geniū, memorem breuis aui.*

I M P V N E] nam rebus Romanis angustis, nō dñmque constitutis & constabilitis, ac pacatis, non licebat de die coniugari, & potare.

N V M E R I S] pedibus, vel rythmis. numerosum est enim id in omnibus sonis, atq; vocibus, quod habet quasdam impressiones, & quod metiri possumus interallis æqualibus.

M O D I S Q V E] cantui, & puoria, vel, ut quidam, μέλει, videtur tamē μέλος latius patere. Plato lib. 3. de rep. τὸ μέλος τὸν τζιον τζι ουγκενον, λόγγη τεχη ἀρμονία, καὶ μέλος. id est, melos ex tribus constat, ratione, & harmonia, & numero.

I N D O C T V S Q V I D E N I M, &c.] horum verborum

verborum hanc sententiam esse puto. Neq; verò mirum est, hanc licentiam & luxuriam, quæ ab antiquorum severitate tam longè abesse, & ab arte comicā tātopere discrepare, fuisse à populo probatam, ac receptam. Quæ enim sapientia esset in rusticis, & indoctis, & labore solitus, & turbis hominibus cum populo urbano confusitalij sic, neque verò mirum est, hanc numerorum & modorū licetiam à rusticis esse probatam, aut verò toleratā, quid enim saperet rusticus, indoctus, ab opere solitus, cū urbano, turpis cum honesto permisus: id est, quid enim proficeret si plus sapere videri veller, quām urbano & honestus: vel quid sapereret, id est, quārum sapereret, quasi dicat, ut insipientes cicerentur rusticī, si urbano luxuriem, ac licentiam improbarent, & condēnarent, vel quid, id est, propter quid, seu quamobrem sapere veller, &c.

L I B E R Q V E L A B O R V M I N S O L I T U M F A C.] & facundia celeriter fluens: vel, ut alij volunt, brevi tempore comparata, genus locutionis, seu eloquentiae protulit inauditū, atque inusitatum.

E T L V X V R I A M A D D.] hoc dicit vel propterea quod aucta sint foramina, vel, ppter quod numeri & modi fuerint licentiores, vel propter ipsius artificis ornatum nimis elegantē ac sumtuosum: & propter orichalcum tibiæ additum, vel propter hęc omnia. affert exemplum Lucianus in lib. *από τοῦ πατέρεω τοῦ λαβώντος. valde ad hunc locū accommodatum, de citharædo quo dā Tarentino, cui Eueno nomē erat, his verbis, πήρε οὖν εἰς Δελφοὺς, τὰ τ' ἀλλα λαμπτεῖσθαι, οὐ δι τοῦ ιεροῦ πομπῶντος, οὐ πεφανόν διφυς χειρος κελλαιοῖς οὐ αὐτοὶ καρποῖς τῆς διδόντος σπαρεγύδος εἴναι ιούμεροις τὸν καρποῦ τὸν μὲν καλύπτειν, &c. i. Venit igitur Delphos cum ceteris rebus splendidus & clarus, tum veste facta, auto inspersa, ac distincta, corona ex lauro aurea pulcherrima, ita ut pro fructu laurus simagdi escent fructu magnitudine parés atque æquales, citara ipsa, re, quod ad pulchritudinē, & sumum attriner, naturam rerum superāre, &c. nam satis est mihi locum indicasse.*

T R A X I T Q V E V A G.] per verbum traxit significat, eum veste vsum esse longa, & ad talos demisla, quam σύμμα nominat Græci, vagū antem dixit, innuens nō uno in loco cōstituisse, sed huc, & illuc se circumvalisse, ac circumveisse. alius est caudam trahere, ut diximus ad lat. 3. lib. 2. ibi, *caudam trahat.*

P E R P V L P I T A] per scenam, inf. & modis in frustis pulpa tignis.

S I C E T I A M F I D I B V S V O C E S] quæ admodū (inquit) tibicen tibiæ sibi paravit ampliores, & alij, inflatus vehementius, ita & citharis soni accesserunt moliores, fortasse significat, cithare chordas additas esse. nō enim vnuis semper quidam.

per chordarum citharæ fuit numerus: sed cū iniō quatuor tātū fuissent, Mercurius treis addidisse dicitur. Strabo, & alij nōnulli Terpādrum Methymnæum lyra septem chordarū primū vsum esse tradunt. Itaque & Timotheum apud Lacedemonios accusatum esse memoriae proditum est, quod pluribus, quām opus esset, chordis vteretur, & quod antiquam musicam corruperet. Ille autem cū iam quidā chordas superuacuas præcidere pararet, fertur sigillū Apollinis istis ostēdisse in eorum vrbis quodā loco positum, lyra manu tenēs, quæ rotidem chordis contaret, & ita dimissus, arque absoluens esse. Plutarchus item scribit in apophthegm. Emerere in Phrynidis cantoris organo, quod nouem fidibus cōstabat, duas incidisse, his verbis increpantem, μὴ κακάργει τὸ μετρό: id est, ne corrumpere, aut ne lade musicam.

E T T V L I T E L O Q V I V M I N S O L I T U M F A C.] & facundia celeriter fluens: vel, ut alij volunt, brevi tempore comparata, genus locutionis, seu eloquentiae protulit inauditū, atque inusitatum.

V T I L I U M Q V E S A G A X R E R V M, &c.] id est, & personarū, ex quibus chorus cōstabat, prudēs, & refū futurum prouida orātio, parū ab oraculo Apollinis distit: vel hoc modo: cōcepit chorus in comedii non minūs εὐχαριστίας, neque minūs acutē, neque minūs verē res futuras ad vitam vtilcis, prædicere, quām Apollo Delphicus: vel sic, sententia, quibus chorus in comedii vitā cōcepit, quādā vita præcepta continentēs, & ad rerū futurārum prouisionē pertinetēs, sermonis ambiguitate, & verborum inuolucris, Apollinis oraculo non dissimiles fuerunt. Eurip. *Μάρτιος δέ τρισσος ὄντος εἰνέται κατέλοιπος. Μ. Tull. lib. 2. de finib. inest in animo coniectura consequentium non multū à diuinatione differens.*

S O R T I L E G I S] id est, vnde oracula peruntur, nam sortes καταλεγονται pro oraculo usurpatantur, notat Seruius ad illū vers. Virgil. *Ἄνει. 7. Non patro ex adto sortes, &c. & Horat. in frā, dīla per carmina sortes.*

C A R M I N E Q V I T R A G I C O V I L E M, &c.] Eos sequitur hic Horatius, qui tragœdiam ed esse appellat existimat, quod tragœdiarū scriptoribꝫ hircus præmij loco daretur. in quibus est & Seruius ad illū Virgilij locū Palæm. tu post caret latebas: vbi & chunc versum prōferr. τράγος enim Græcorū lingua hircum valeat, idē in frā viderūt innuere, tragœdiae appellationem inde esse natam, quod primi illi tragœdiarū auctores è plautis tragœdias agerent, ore facto perūcto. sic Horat. in frā, *Ignorū Tragice genus inue nisse camena Dicitur, & plautis rectifice poēmata Theſpīs.* Athenæus autem libro 2. de comedie & tragœdie inuentione sic scribit, *Ἄπο μέλος καὶ οὐκ οὐδέ τοις Αττικᾶς εὐρεῖν τὸ κατάστατον τῆς τρύγης καρποῖς, ἀπὸ τοῦ τραγῳδίας τὸ εργοτο-*

Cūlīθη, quæ verba significant, post ebrietatem comedie & tragœdie inuentione extitisse. In Atticæ loco tragœdiæ vindemia est tempore inuentæ esse. **T**ρύγη enim vindemia est Græcis, ad hunc locum pertinent illa Virgiliana Georgic. 2. Non aliam ob causam Baccho caper omnibus aris Ceditur, & veteres in eunt prosterni ludi, Præmioque ingentis pagos, & compita circuim Theſſida posuerunt. At Aristot. **S**ed ποντ. scribit esse ortam ab iis, qui Dithyrambum exercebant.

AGRESTEIS SATYROS NVDAT. **V**I T] Satyrice fabulae à Græcis inuentæ, ab Attelaniis, quæ sunt Latinorum, parum admodum discrepant, nam quæadmodum in illis satyri nudii, Fauni, Sileni inducuntur, verbis, & motibus obscenis risum mouentes: ita & in Attelaniis personæ turpes intercedunt, quæ dicitur liberioribus & gestibus improbis, ac pteruis auditorū curas, & leueritatem mitigent, ac relaxent. **S**atyrus nudauit, id est, satyros nudos introduxit inter actus tragœdiæ, vel statim post tragœdias recitatas, & peractas. de Satyris vide annot. ad Od. 19. lib. 2.

MO R A N D V S] detinendus, delectandus, vt in frā, **P**olidius oblectat populum, meliusque moratur.

IN C O L V M GRAVITATE] salua gravitate tragœdia.

EX L E X] solitus legibus, exlex, qui sine lege viuit, inquit Nonius. M. Tull. in Cluet. Non quod illi aut ex legem esse syllam, aut causam pecunia publica contentam atque abielam putarent, &c.

AD HIBETIVR] in satyrica. Deus, verbi gratia, Faunus, Silenus, Bacchus, heros, vt Agamemnon, Neftor, Achilles.

NVPE R] paullò ante nempe in tragœdia.

MIGRET IN OBSCVRAS HVMI LI S] ita humili, & abiecto sermone vtatur, vt tabernariorū, & opificum orationē imitari videatur. Notum est autem, & vulgatum, rogatas tabernarias à tabernis esse nominatas, quæ comediis, quasi ex altera parte respondent.

AVT DVM VITAT HVMV M, &c.] id est, aut dum nimis se attollit, dumque nimis elato, & grandi oratione vtitur, in aere versari videatur: de aere, & nubibus, & celo, & rebus superis loquitur. inania, pro eo spatio, quod intercedit inter calum, & terras posuit ex Democriti & Epicuri sententiæ, vt Virg. in Sileno. Namque canebat, ut magnum per inane coacta Semina, terrariumque, animaque, marisque frassent. Et liquidis simul ignis. Lucret. lib. 1. Nec tamen undique corpora sippata tenentur. Omnia natura: namque est in rebus inane. Idem ibid. Omnis, vt sit igitur per se natura, duabus Conficitur rebus. nam corpora sunt, & inane. Haec in quo sita sunt, & quæ diuersa mouentur. ibid. Nam disperla suo de cœtu materiali Copia ferretur magnum per inane soluta.

EFVTIRE LEVEIS INDIGNA T. v.] tragœdia, quæ indigna est, in qua versus leues, & sine pondere effundantur, intererit, &c. indigna effundit, vt supra epist. ad Iul. Flor.

lib. 1. indigni fraternum rumpere fiedis. **M**OV E R I] saltare, moueri numero, moueri in numerum. **S**uprà epist. ad Florum lib. 2. **N**unc satyrum, nunc agrestem Cyclopæ mouetur.

INTERRIT] differet aliquatulum à satyris. Verbo interef, pro differt, vtitur & M. Tullius Acad. lib. 2. qui illa via, è quibus omnia decreta sunt, negant quicquid à falsis interef, & epist. lib. 5. ab Attic. sed plane gaudeo, quoniam tō reueſtō interef τὸ φθορεῖν.

NON E GO INORNATA, ET DOM. **V**I T] Satyrice fabulae à Græcis inuentæ, ab Attelaniis, quæ sunt Latinorum, parum admodum discrepant, nam quæadmodum in illis satyri nudii, Fauni, Sileni inducuntur, verbis, & motibus obscenis risum mouentes: ita & in Attelaniis personæ turpes intercedunt, quæ dicitur liberioribus & gestibus improbis, ac pteruis auditorū curas, & leueritatem mitigent, ac relaxent. **S**atyrus nudauit, id est, satyros nudos introduxit inter actus tragœdiæ, vel statim post tragœdias recitatas, & peractas. de Satyris vide annot. ad Od. 19. lib. 2.

MO R A N D V S] detinendus, delectandus, vt in frā, **P**olidius oblectat populum, meliusque moratur.

IN C O L V M GRAVITATE] salua gravitate tragœdia.

EX L E X] solitus legibus, exlex, qui sine lege viuit, inquit Nonius. M. Tull. in Cluet. Non quod illi aut ex legem esse syllam, aut causam pecunia publica contentam atque abielam putarent, &c.

AD HIBETIVR] in satyrica. Deus, verbi gratia, Faunus, Silenus, Bacchus, heros, vt Agamemnon, Neftor, Achilles.

NVPE R] paullò ante nempe in tragœdia.

MIGRET IN OBSCVRAS HVMI LI S] ita humili, & abiecto sermone vtatur, vt tabernariorū, & opificum orationē imitari videatur. Notum est autem, & vulgatum, rogatas tabernarias à tabernis esse nominatas, quæ comediis, quasi ex altera parte respondent.

AVT DVM VITAT HVMV M, &c.] id est, aut dum nimis se attollit, dumque nimis elato, & grandi oratione vtitur, in aere versari videatur: de aere, & nubibus, & celo, & rebus superis loquitur. inania, pro eo spatio, quod intercedit inter calum, & terras posuit ex Democriti & Epicuri sententiæ, vt Virg. in Sileno. Namque canebat, ut magnum per inane coacta Semina, terrarumque, animaque, marisque frassent. Et liquidis simul ignis. Lucret. lib. 1. Nec tamen undique corpora sippata tenentur. Omnia natura: namque est in rebus inane. Idem ibid. Omnis, vt sit igitur per se natura, duabus Conficitur rebus. nam corpora sunt, & inane. Haec in quo sita sunt, & quæ diuersa mouentur. ibid. Nam disperla suo de cœtu materiali Copia ferretur magnum per inane soluta.

EFVTIRE LEVEIS INDIGNA T. v.] tragœdia, quæ indigna est, in qua versus leues, & sine pondere effundantur, intererit, &c. indigna effundit, vt supra epist. ad Iul. Flor.

ΘΛΙΠΤΕΣ

ΘΛΙΠΤΕΣ ὄπαλος Σιλινοι κερχοῖο Διούσιο πήλινοι, Πρωτοὶ ἐπί ἀφέζοντι πότε φέρει θωρηκτές, &c. id est, Quemadmodum autē Sileni Bacchi cornuti nutricij agrestibus suis calatis, primū porū spumante mentem armati, quod valet, ebrij facti, &c.

EX NOTO FICTVM] è re nota effectum, atque expellum, non è realia recondita, atq; abstrusa.

VT SIBI QVIVIS SPERET IDEM, &c.] in epistola ad Florum lib. 2. suprà ad illum locum, Indentis speciem dabit, &c. diximus nonnulla quæ ab hoc non sunt aliena.

SDET MVLTV M] multū laboris sumat.

AVSVS IDEM] expertus idem, conatus idem.

DE MEDIO SVMTIS] non è lōginquo arcessit, sed è medio sumtis.

IVNC TVRA] compositio, structura.

SILVIS DEDVCTI] silvestres Fauni in scenā è suis tabernaculis siluestribus, & nemorosis producti: personæ satyricæ.

VELVETINNATI TRIVIIS] velut nati in locis celeberrimis, & pene dicam, in medio foro.

TENERIS] delicatis, mollibus, cultis, venustis, concinnis, comitis.

IVVBENTVR] verbum Græcum fortalfe exprimere revolut, **γενετέστερον** quod valet, rem aliquam præclaram quidē illam, & laudabilem gerere, sed maiore animo, quām consilio: quod iuuenes solēt. **V**erat igitur Horatius, ne in fabulis satyricis Fauni nimium politis, & cultis verbis iuueniliter exultet, neve verba nimis obscuræ, & flagitosâ loquantur.

CREPENT] loquatur, vt docuimus ad Od. 18. lib. 1.

QVIBVS EST EQVVS, ET PATER, ET RES] id est, equites, & nobiles, seu patricij, & locupletes.

NEC SI QVID FRICCI, &c.] nec, si quid probat aliquis de plebe, pauper, & genus, qui vescitur cicere, & nucibus, &c. per emtorem ciceris fricti, plebeios, & vulgates homines significat. sic enim legēdum est, nō fricti, vt quidā corruperent, emebat autē frictum cicer plebecula, vt eo interea dum agebatur fabula, & quo quis alio tempore solaretur, ac leuaret famem. Plaut. Bacchid. **T**am frictum ego illum reddam, quam frictum est cicer. & item alibi. Adr. Turnebus cūm aliquot annis post horum cōmentariorum primam editionem libros aduersariū effudisset verius, quām edidisset, scriptis quodam loco se nō dubitatur affirmare h̄c esse legēdum fricti, quasi verò à me non esset ita emendatum ex auctoritate duorum librorū manuscriptorum. sic persepe vir ille doctissimus, quasi propinquā mortem sentiens, ita properauit aduersaria illa edere, vt quāplurimos antiquorum scriptorum

locos se emendare professus sit, qui etat multo antē à P. Victorio, à Paulo Manutio, & nobis, ab aliis emendati.

EQYIS ACCIPIVNT ANIMIS] patiēter audiunt, & probant. assume è superioribus negationem, nec.

PES CITVS] Od. x. lib. 1, & in celeres iamboi Misi furentem.

VNDE ETIAM TRIMETRIS ACCR. N.] id est, iambus ex eo, quod ita citus est, inficit iambeos versus senarios, trimetros quoque nominari. sat. 10. lib. 1. Pollio Regum Facta canit pede terpercuso.

PRIMVS AD EXTREMVM SIMILIS SIBI] qualis ille iambicus senarius apud Eurip. in Phœnissis, Εγώ γάρ γνωτ' εἰς τὸ δὲ ἡμι συμφορῆς, & ille Hippol. Μεθύσ' ἐπί ἀλλοι εἴμι βελτίω λόγοι. qui toti ex iambis constant.

IN IVRA PATERNA] in sua iura recipit, vt spondeis locus esset in versibus iambicis.

COMODVS] facilis, sece accommodans, vt Od. 8. libr. 4. **D**onarem pateras, grataque commodes, &c. cōtra incommodes. epist. 18. **M**unere te paruo beet, aut incommodes angat.

NON VT DE SEDE SECUNDA CEBERET, A. Q.] iambus (inquit) recepit spondeos in iura paterna, sed non vt è secunda, aut quarta sede depelli se facilè pateretur: quales sunt trimetri Horatiani epod. Quando repastum Cœcum ad festus dapes. & Petri nihil me sciat ante inuiat, &c.

HIC ET IN ATTI, &c.] quemadmodum & in Terentianis, & in Plautinis. mītū est enim quantam sibi poëta Latini in trimetris, & tetrametris licentiam permiserint, sat habentes, si in ultima sede iambū ponant: in ceteris locis anaestrum, spondeum, dactylum, tribachum prōmisū adhibentes.

NOBILIS VS] Petr. Victorius annot. in Cic. epist. 2. li. 5. maullt hoc loco legi **Mobilibus**, propterea quod Aristoteles φέλι ποντικῆς, scribit τὸ λαμπτέα, γάρ περιέμεστον, κυνηγεῖ. Atqui nomen κυνηγεῖ non significat mobilia, sed vim habentia. Adueraret P. Victorii Aristoteles, si dixisset κυνηγεῖ, id est, mobilia, κυνηγεῖ autem, & mobilia multū inter se discrepant, præterea cūm in trimetris Attij, & Ennij dicat Horatius raro iābos adhiberi, stabiles portūs, quām mobiles erat appellādi. pace igitur **B**ixirim P. Victorij, ego vulgaram, & receptam scripturam censeo diligenter nobis esse retinēdam, præsertim ab omnibus veterib. libris cōprobaram. cur autem nobileis dixerit Attij, & Ennij trimetras, dicere, nisi rem esse sua spōte notis simam, atque apertissimā putarem. sic suprà Paneti libros nobiles dixit Od. 29. lib. 1.

IN SCENAM MISSOS, &c.] trium versū deinceps sequētūm hæc sententia est, Versus iambicos in scenā produktos, nimis tardos spondeorū interuentu, iambus raro adhibitus

indicat, atque arguit, poëtam vel nimium celeriter, & parum accuratè scripsisse, vel artem ignorare.

M A G N O C V M P O N D E R E] multis, & pluribus, quam par sit, spōndeis tardatos: vel vt alij malūt) graucis quidē illos, & dignitatis plenos, sed qui suos numeros non habent.

P R E M I T] *χαράκης* iambus. Versus igitur. iambici trimetri cardiores, id est, qui in secunda & quarta sede iambos non habet, reprehenduntur vel tamquam celeriter, & negligenter scripti, vel tamquam ab indocto, & inicio facti.

N O N Q U I V I S V I D E T I M M O D . t o ē t .] duo sunt, propter quæ poëtae negligenter scribant, & versus iambicos faciat nimis tardos, & dissolutos: primū, quod confidant nō omneis sua errata cogituros; alterū quia eriā si virtutes, & errata poetatum nemo non facilē cogniturus est, sperant tamen fore, vt sibi ignoscatur. sed non iccirco (inquit Horat.) negligenter, & mendosè, & licenter scribere debemus: immò potius nihil peccare in scribendo, & existimare omnes errata nostra, si qua sint in scriptis nostris, animaduersuros: (& ita demum tuti erimus:) nego, sperare, nos impune peccaturos: & ita cauti erimus, cùm ipsi spēm omnē venia nobis praeviderimus.

E T D A T A R O M .] & data est via poëtis Romanis, qui trimetris, & tetrametris raros iambos interposuerunt, multaq; alia peccarūt: sed immetrō data.

I N D I G N A] qua indigni sunt: quam nō meruerunt.

I C C I R C O N E V A G E R .] id est, iccircone scribendi licentia abutur, quia nō quiuis ita accusat est, & perspicax, vt errata animaduertat: iccircone sine arte, & minus accuratè scribere debeo: M. Tull. in oratore p̄f̄f̄ loquēs de summis so genere dicendi, sunt enim quidam, ut sc̄i, oratorij numeri, de quibus mox dicemus, obseruandi ratione quadam, sed alio in genere: in hoc omnino relinquendi solitum quiddam sit, nec vagum tamen, vt ingredi libere, non vt licenter videatur errare.

A N O M N E I S] id est, an potius putare debeo, omneis mea peccata perspecturos? (hoc op ponitur illi: nō quis videt immodulata p̄mata index.) quod si faciā, turus ero: & item cautus ero omni spe venia mihi adēta, ac præcīsa. hæc autē, extra spēm ven. respondent illis. *Et data Romani,* &c. Qui sperat vel sua peccata occulta, & incognita futura, vel se eorum veniam impetraturū, audaciūs peccat: contrā, qui neutrū sperat, cauer sibi, ne quid peccet, at qui nō peccat, ita demum turus & cautus est, mendosè in omnibus libris, legebatur *intrā spēm venia cautus*, quæ scriptura mirè torfit eos omneis, qui in hanc epistola commentarios scripsierunt. ego autem coniectura dactus, & ab ipsius veritatis voce admotus, locum corruptum emendaui.

E T E X T R A S P E M V E N I A C A V -

A **T V S**] sic legendum, quicquid obstrepat semi docti, seu potius indocti quidā. Nam quid peruersius lectiōe vulgata? Nemo enim cautus di cendus est, qui spe venia peccat, contrā, qui sibi omnem venia spēm præcīdit, & ita non peccat, cautus est. Od. 10.lib. 2. neque dum processus *Cautus horreſis*, nimium premendo *Littus iniquum*. & epist. 16. *Cautus enim merui ſoucā lupus*, &c. epist. 1.lib. 1. olim quod vñl̄p̄s agro canta leoni *Riforſit*, referam. m̄th̄nūcōs dixit cautum Od. 13.lib. 1. Quod quisque vitet, numquam homini ſati. *Cautum est in horis*.

V I T A V I D E N I Q V B C V L P A M] denique (inquit) non satis est non peccare, vt laudem, & præmium mereamur: sed oportet rectē facere tria enim sunt, peccare, nō peccare, rectē facere. qui peccat, pœnā meretur: qui non peccat, neque pœnā neque præmium meretur: qui rectē facit, is solus præmio dignus est. huic loco simile est illud Plautinum in *Trinummo*. *Si quid amicum erga bene feci, aut consilii fideliter, Non video meruisse laudem, culpa caruisse arbitror.*

A T V E S T R I P R O A V I] ita reperi scriptū in omnibus libris calamō exaratis, & in aliquo imprellis, & ita legendum esse probat P. Victorius hoc argumento, quod Horatius pro auctores liberos, aut ingenuos habere nō potuerit, quippe qui ex parte libertino natus est.

N I M I V M P A T I E N T E R V T R V M Q V E] nimium patienter, ac pæne dicam, stulte vtrumque mirati sunt in Plauto, numeros, & sales: quia neque eius versus satis numerosē scripti sunt, & sales nonnulli sunt scutiles, alij leues, & frigidij, alij obſcenī.

S I M O D Ò E G O , E T V O S S C I M . IN V R B .] hoc ad sales pertinet. significat autē, sales Plautinos inurbanos, & illepidos esse. sic quidam putant supra epist. ad Augustum, Plautum reprehendi. *Aplice, Plantus quo pacto parteis tuteur amantis ephēbū*, &c.

L E G I T I M U M Q V E S O N V M D I G I T I S C .] hoc ad versus referendum, quos nō satis accuratē factos, neque suis ac legitimis numeris astrictos, sed dissolutos esse iudicat.

D I G I T I S .] solemus enim digitis versuū syllabas, & numeros metiri: quāquā, qui sunt in hoc genere exercitati, digitos adhibere ad cognitionē, iudiciumq; hui⁹ rei necesse nō habet, cū aures docta, & trita hoc facile per se praestare possint. Nam vt *Seruius ille Papirij Pati* frater facile dicere poterat, hic versuū Plauti non est, hic est, quod tritas habebet aureis notandis generibus poētarum (inquit M. Tull. epist. quadam ad Papirium Petum) ita & aures callida statim sentiunt sine opera digitorū, quis versuū suis numeris constet, quis nō. Itaq; idē M. Tull. mali poera esse putat versuum peccata digitis dimitiri: significat, hōminem exercitatum ea folis auribus explorare posse.

T H E S P I S] Thespis alij primū tragœdias inuentorē fuisse narrant, quod probat hic Horatius,

ratius, alij ab Epigenē secundum, alij decimum sextum tragicum numerant, vide Suidam. Solō (vt resit Diog. Laertius in Solone,) venit Thespis tragœdias recitare, quod existimat men-dacium esse inutile.

P L A V S T R I S V E X I S S E] antequā scena effet inventa, Thespis in plaustris tragœdias docebat, idēq; agebat, quod testatur Aristoteles lib. 3. de arte dicendi, ὅπερι ποντοὶ τὸν αὐτοὶ τὰς τραγῳδίας οἱ πολῖται τὸ πότον, & Plutarchus in vita Solonis his verbis, θέωσατο τὸ Θέων αὐτὸν τὸ ποντούμαθον, οὐτε τὸν λόγον παλαιοῖς, id est, spectauit Thespis ipsum agen-trem, quemadmodum consuetudo erat apud veteres, confirmat ipse Horatius versu proximo.

Q V A C A N E R E N T , A G E R E N T Q V E] canebat igitur, & agebat ipsi poëtæ sua poëma-ta, nullis aliis adhibitis histriobus, seu actoribus. Iam, quod ait eos face perunctorē egisse, ex eo tragœdię nomen impostū esse plerique tra-diderunt: quamquam alij ab hinc ductum esse malū, quod viderur probare Horatius illo ver-su supradicā, *Carminē qui tragicū vilenē certauit ab hincum*, &c.

P E R V N C T I F A C I B V S O R A] ex quo πεντηδάκτυον appellat poëtas Aristophanes Neptūnianū (inquam) face perunctorē, ne agnoſcentur, sua poëmatā è plaustris canebat. vnde proverbiū *ἐπλαντο λογι*, quod est libe-rē, effrenatē, atque impudenter maledicere. hoc autem faciebat poëtē comici.

P O S T H V N C] Aristoteles in lib. *πεντηδάκτυον*, (quem locum supradicā attigimus) scribit *Ἄριστον* histriones diuos instituisse, cū anteā vñlus ester dūtaxat: chori personatū numerū minuviisse: actorem primarum partium introduxiſſe. Idem ibidem paulo post negat scribi, quis personas, aut prologos, aut multitudinem acto-rū, & quæ sunt huius generis, inuenit. quæ vi-dentur inter se pugnare: verba Aristotelis sunt hæc. *τὸ δὲ πεντηδάκτυον, οὐ πενταγόνον, οὐ πεντηδάκτυον, οὐ τοιεντα, οὐ πενταγόνον*, sed fortasse *πεντηδάκτυον* nominat Aristoteles, que alio nomine *πεντηδάκτυον* dicuntur: quas hic Horatius personas appellat: id est, vultus factos, & simulatores: quibus vera histriōnum facies regi-tur: quibus qui putant non esse vñlos veteres, fal-luntur. Demosth. *πεντηδάκτυον παρεγένετος τῇ καταράτῃ Κρητεῶν, οὐ τοις πομπαῖς οὐεν τῷ πεντηδάκτυον καρπέτῃ*. id est, cū era-stissimus sceleratus Cerybion: qui in pompi sine persona commissatur.

A T Q V E P R A S E C T . D E C I E S N O N C A S T I G .] id est, & non perfectissimē, accura-tissimēq; poliuit, vel à marmorariis opificibus ducta trialatio est, vt sup. annotauimus epist. ad August. vel à factioribus, qui primū manu opus rudijs informant, deinde vngue perpolūt arq; absoluunt. Perfectum autem legendum, non perfec-tum: & ita scriptum se reperiſſe in libro quodā manu scripto Venetiis affuerauit mihi Mur-sus. & saty. 4. eiusd. *Eupoliū, atque Cratinū, Aristo-phaneſque poëtæ, Atque alij, quorum comœdia priſca virorum est.*

[N I L I N T E N T A T V M] οὐδὲν αἰτεῖται ποτοῦ. Virgil.lib.8. *At Furis Caci mens effera nequid maius,* Aut intentatum sceleris ſoe, dolive fuifet, &c. Idem lib.10. *Nunc etiam manus (hac intentata ma-nebat sors rerum) mouit: οὐ superis innissa repente Aleſto*, &c.

S E D I N V I T I V M] dicendi libertas mo-dū superauit, & extra fineis suos egressa in ma-leficentiam non ferendā erupit. sic epist. ad Au-gust. donec iam ſeu apertam in rabiem verti cepit focus, & per honestas ire domos impune minax: dolu-teres, confirmat ipſe Horatius versu proximo.

L E X E S T A C C E P T A] tale est illud loco supradicā commemorato. quin etiam lex, *πανάρια la-ta, malo qua nollet carnime quemquam Describi.*

P R A E T E X T A S] in quibus inducuntur per-sonæ Romanae publicæ, nobiles, graues, hono-ratæ, consulares, prætoriæ, & similes.

D O C V E R E] sic loquuntur Græci, quos postea fecuti sunt Latinī: M. Tull. in Bruto. *Αἴτιον* hic *Liūm*, qui primū fabulam *C. Clodio*, & *M. Tuditano* *Coſſ* docuit. Idem in Catone maiore. *Πιδιειαν* ſē-nem *Liūm*, qui cum septem annis ante, quam ego na-tu ſum, fabulam docuifet, &c.

T O G A T A S] tabernarias, in quibus humiles, & plebejæ, & priuatæ personæ ciuiū Romano-rum, inducuntur: & ita cum comœdiis compa-rantur, eisq; altera ex parte respondent. per to-gatas, tabernarias significat, cum tamen p̄tex-tatæ æquē, vt tabernarie, ſint togatæ, quia in vtric-que personæ Romanae intercedunt.

S I N O N O F F E N D E R E T] id est, niſi vñlusquisque poëtarū ſua ſcripta grauare li-maret, eorūque editionem in aliud ſēpus differ-eret. ſic episto. ad August. sed turpem putat in ſcri-pis, metuitque lituram.

E T M O R A .] ſic inſtrā, nonūque prematur in annum.

P O M P I L I V S S A N G V I S] vos Pisones; qui à Numa Pompilio originē ducit. Fulvius Vrbinus, vir tūm in Latinis, tūm in Græcis litteris admodū ex eruditus, cūm eſſe Romæ, num-μum argenteum mibi ostendit: cuius in antica parte Numæ nomen erat expressum: in poſtica, Cn. Pisonis pro quæſtore, & nomen, & caput. quod ideō notandum duxi, vt quasi oculis cer-nat lector quām obrem Pisones Pompilius fan-guis à Flacco dicantur.

A T Q V E P R A S E C T . D E C I E S N O N C A S T I G .] id est, & non perfectissimē, accura-tissimēq; poliuit, vel à marmorariis opificibus ducta trialatio est, vt sup. annotauimus epist. ad August. vel à factioribus, qui primū manu opus rudijs informant, deinde vngue perpolūt arq; absoluunt. Perfectum autem legendum, non perfec-tum: & ita ſcriptum ſe reperiſſe in libro quodā manu scripto Venetiis affuerauit mihi Mur-sus. & saty. 10.lib.1. illi, ſcripta quibus comœdia priſca viris

tus: quam scripturā vnu liber Vaticanus postea cōprobauit. p̄fēcēre yngueis autem propriētā dicimus. ex quo p̄fēgmina. Plaut. Aulul. Quin ipsi p̄fidem tñsor yngueis dēserat: Collegit omnia, & abſtulit p̄fēgmina.

I N G E N I V M M I S E R A Q V I A F O R T.] decidet eos, qui, q̄ poētas natura, non arte valeant, fuit rēquē quodam excitari puter Democritus, icicēd immūditia, illuīt, squallore feritatem quādam, & inhumanitatem p̄ se ferunt, solitudinem sequuntur, celebritatem fugiūt, & fortasse significar, Romanos, dum ingenio suo cōfisi studiū dīscēd, & artem, & philosophiam recte scribendi fontē, cōtemnunt, inſanite. Idē, quod Horatius, de Democrito scribit M. Tull. lib. i. de diuinatione, his verbis, negat enim sine furore Democritus quemquam poētam magnum esse posse. & lib. 2. de orat. ad Qu. Frarr. Sape audiri, poētam bonum neminem (id quid à Democrito & Platone in scriptis relictum ēst dicunt) sine inflammatione animorum existere posse, & sine quodam afflato quasi furoris. Plato in lōne, τέταρτες οἱ τέταρτοι οἱ ἀγαθοὶ οὐκ οὐκέτης, ἀλλ᾽ οὐδεὶς οὐτε, καὶ ξετεχόντων, πάντα τάπα τὰ κελεῖ λέγεται ποιμαντα, ὃι μελοποιοὶ οἱ ἀγαθοὶ ὄτανται, οὐτε οἱ κορεαποτες, οὐκ ἐμφορεῖς οὐτε τὰ κελεῖ μέτα τάπα τοστοι, ἀλλ᾽ ἐπειδὲν ἐμβῶν εἰς τὸν ἀρμονια, καὶ εἰς τὸν πύθιον, βαλ-χύνουσι. id est, omnes & poētae epicis boni non arte valentes, sed diuinitus afflati, & furore cōcitatī hæc omnia p̄aclara poētanā pronuntiant, & carminū lyricorū effec̄tores boni similiter, quemadmodum corybantes cūm fa- nā mentis non sunt, hos egregios catus edunt. Et cūm in harmoniam & numerū intrarint, tūm maximē furunt. Idem in Phædro. Socratem sic facit loquente, δὲ δὲ οὐκέτης μέστοις θετητοντας θέτεις αριντα, &c. nam hunc locū produximus suprà Od. 4. libr. 3. ibi, an me ludit amabilis Inſania? id est, que autem sine Misérarum furore ad fore poēticā accesserit, persuasum habens fore, ut arte idonea poēta enat: & ipse imperfectus erit, & eius poēsi fani hominis, ab inſania, & furiosoſtati obſcurabitur. Idem lib. 4. de legibus ait poēta in Muſa tripode ſedētē mentis cōpotē non ēſſe. Atque hā quæſionem vtrūm poēta natura, an arte valcat, mox expediet Horatius. Pindarus autem naturam doctrinā ſemper anteponit & naturam ſine doctrinā, p̄fēſtā in poeta, plurimū, atque adeo omnia poſſe dicit, hiſ verbiſ, στόδος ὁ πολλὰ ἔδος φυσικῆς τοῦ ἀ-βροτοπλαστικῆς κοραρες οὐς, γερετερη δίος τοῦς ὄργανον, i. ſapientis eis, qui multa ſit na- tura: qui diuicerunt autem, tamquam corui lingue volubilitate, & inani ſtreptu cum iouis ani voce con- tendunt.

E T E X C L S A N O S H E L I C O N E] id est, ſanos negat, bonos poetas eſſe poſſe.

B A L N E A V I T A T.] non lauat, immundus illuīt eſt, alij ad celebritatem loci referunt, à

quibus diſtentio.

A P R E T I V M J Y E C G S. epift. ad Scævālib. 1. aut virtus nomē inane eſt. Aut decus, & pretium recte pe- tit experiens vir. vbi quidam legit recti.

S I T R I B V S A N T I C Y R I S, &c.] si caput nulla quantumvis multa ellebori copia ſan- bile, numquam tendendū curauerit, vt capillo ſupra modum producto, truculentiore fit aſpe- tu, inſanīque ſpeciem p̄ ſe ferat. in Anticyra inſula nascitur elleborus. Satyr. 3. libr. 2. Nefcio an Anticyram ratio illis deſtinet omnem.

L A E V V S] ſtultus, οὐδεὶς, de quo diximus ſup- ad epift. ad Maſen. 2. lib. 1.

Q V I P V R G O B I L E M] ſecutus ſum eam ſcripturam, qua reperitur in quibusdam codic. manuſcript. quāmque Romulus Amasæus cō- firmauit mihi aliquādo ſe in vno & altero libro manuſcripto expreſſam reperiſſe, cūm diceret, alterā Qui purgor bilem. ſibi videri corruptam. Et certè neque Græcum, neque Latinū eſt hoc lo- quendū genus. Nam ita quidē loquuntur Graci καθάρους τὸ σῶμα. τὸν κεφαλὴν, τὸν ψυ- χὴν, id eſt, purgor corpus, caput, animum: fed καθάρους τὸν νόσον, ἢ τὸν χολὴν οὐ dicunt, fed pouis καθάρους τὸν νόσον, ἢ τὸν χολὴν, id eſt, purgor morbi, aut bilis: quo modo & Horat. ſup. locurus eſt ſat. 3. li. 2. Et morbi miror purgatum te illū, viſtrati tamē dicimus Latinē purgor morbo, viſio, atrabile, & ſimil. Itaque putauit aliquando hoc loco legendum, Qui purgor bili, ſeu bili, &c. cāmque ſcripturam reponuifsem, niſi teme- ritatis, aut arrogantiæ criminē reformidatſem, ſi ſine librorū veterū auctoritate lectionē vul- gataſtā immutatſem, quam tamen mean conie- turam velim considerer lector. Nunc huius le- ctonis, quam ſecutus ſum, rationē, nō eſt, quād pluribz verbis explicē. ſic enim Graci loquuntur καθάρους χολὴν, vt Paulus Aegineta libro 7. οκαμματια τοῦτα νόσοις ἐλλεῖροι καθάρους, καὶ μᾶλλον τὸν καθάρεν χολὴν. Galen. libello mias, δὲ καθάρεν. οὐτοὶ δὲ καθάρους τὸν, &c. iασταλοι, ιαχυρᾶς καθάρους. Δι. Φαρμακον καθάρους μαλακαν χολὴν, id eſt, ſta autem & mulierem quādam, &c. Janani, cum eam acriter exinanifem pharmaco atram bilem purgante.

N I L T A N T I E S T] id eſt, nihil tantū aſti- mo, vt eius obtinēdi ſtudio, & cupiditate incē- fuſis, inſanire velim: nedum tanti poētā ſaciā. ſic loquuntur boni ſcriptores. M. Tull. lib. 3. epift. ad Attic. Quare, mihi crede, φιλοſophῶν ἡρα- tibi poſſam diſere, nihil eſt tanti. Idem offic. 2. eſter- go villa res tanti, aut commodum illum tam expeten- dum, vt viri boni & ſplendorem, & nomen amittas? Idem pro Q. Rosc. comœdo. ſed tamen cur ipſe ELS 100 tam vehementer concupierit, quaro nam tibi M. Perperna, C. Piso certe tanti non ſuſſent, vt ſo- ciū fraudareſt. Tibull. lib. 2. eleg. 3. Haud impune- lices formosatris libra agri. Abdere: non tanti ſunt tua muſa pater. huius contrarium eſt illud aequē vſitatum, & ſtant, id eſt, tanti facio, non minoris aſtimō.

aſtimō. M. Tull. de ſignis, Tum iſte ab equite R. ſplendido & gratioſo, Cn. Calidio, cuius filium ſcribat ſenatorem populi R. & iudicem eſe, equuleos argenteos nobilis, qui Q. Maximus fuerunt, auferat. Imprudentis huic incidi, emit enim, non abſtulit, nollem dixiſſet, abſtulit ſe, & in hiis equitabz equuleos, omni pecuniam ſolui, credo etiam tabula proferentur, eſt tanti; cedō tabulas, cuius loci hæc ſententia eſt: dixi Verre equuleos illos argenteos à C. Calidio abſtulisse, negat Verres, altique ſe emiſſe, pecuniam ſoluisse, tabulas proferat. ad Loll. 2. ſit bona librorum, & prouide frugis in an- num Copia. Quād autem ad huius loci ſententiā attinet, ſimilia ſunt ea, qua ſcribit Cicero lib. 3. de orato, his verbis, Rerum enim copia, verborum co- pian gignit: & ſi eſt honestas in rebus iſis, exſiftit ex rerum natura, quidam ſplendor in verbis. [& qua ſcribit Dionys. Halicar. in Lysia, τοῖς δὲ ὅρᾳαν ἔχολθει τὸ ὄντατα.]

E X E M P L A R V I T A M O R U M Q V E] veram, & perfectā ſpeciem vitæ humanae, morūque inueni, quam imitando exprimere, & ſimilare conetur.

I M I T A T O R E M] poētam, μιμητόν, nihil enim aliud eſt poēſis, quām μίμησις, id eſt, imi- tatio: quod Plato, & Aristot. tradidérunt, vt mox dicemus. Atque eō maximē admirabilis eſt Ho- merus, quād nihil eſt in huius vitæ conſuetudi- ne, motibusq; communibz pofitum, quod nō aptissimum, ac pāne dicam, diuinē exprefſerit.

E T V E R A S H I N C D. V.] & hinc, id eſt, ex vita cōmuni, & moribz hominum veras vo- ces elicer, quidam libri habet, & vias hinc, &c.

I N T E R D V M S P E C I O S A L O C I S] id eſt, interdum fabula, qua ſaspera, & ornata eſt ſententiā ephilosophia perit, & locis cōmu- nibz, & qua ſabet θορ, (ſic enim loquitur Aristot. lib. οὐ ποντ.) id eſt, qua ſcītē mores extimis (mores autem personarū bene expri- mit, qua consiliū, & voluntatem cuius ſq; aperi- at, ac declarat) talis igitur fabula magis delectat populu, etiam ſi non ſit admodum venusta, nec polita, nec grauia, nec artificiosa, quām politiſſi- mi, & cultiſſimi versus nulla ſententia ſubiecta; neque perfonarū decoro ſernato, neq; homi- num moribz expreſſis. locis autē legēdūm po- tuis, quām iōci, hanc ſcripruram cōfirmantibus verutis codicibus omnibus, Porphyriōnēq; & Acrone cōprobantibus. Quid ſint porrō loci communes, ex M. Tullio intelligere licet, cuius haec ſunt verba in Bruto. ſcripta ſuſſi, & para- tus à Protagora rerum illuſtrū diffuſiones, que nunc communes appellantur loci. Idē in orat. perf. Nec verō dialeſtico modo ſit inſtructus, ſed habeat omnes phi- loſophi netos, & tractatos locos. Nihil enim de religio- ne, nihil de morte, nihil de pietate, nihil de caritate pa- tria, nihil de bonis rebus, aut malis, nihil de virtutibus, aut vitiis, nihil de officio, &c. Horat. epift. ad Iul. Florū, lib. 2. Et dentus per vim mentis gratiſimus error. Ego igitur exſimianerim hoc loco errorem, non er- ratum, ſed diſceſum quēdam, & declinationē à virtute, & officio ſignificare, qua ex impruden- tia, aut incuria nata ſit. quo modo ſi accipiamus ſerabitur huius vocis ſignificatio viſitata.

τοῦ πόντου. eam fabulæ pattem, quam θόρος, id est, mores appellat, sit minus valere ad delectâdum, quām *πεντετάς*, & *αρχαρωτές*, non pugnanti illa cum his, neque ad hoc institutum pertinet.

NULLIVS VENVS.] nullius venustatis, nulliusque elegantia, suprà. *Ordinis hæc virtus erit, & Venus.*

SINE PONDERE] verborum.

QYAM VERS. INOP. RER.] id est, quām versus inanes, & sententiarum expertes, etiam si sint cultissimi, & politissimi. Vir quidam doctus existimabat hunc versum ita legendum, *Quām versus inopes morum, nugeque canore*: id est, quām versus lepidissimi, & cultissimi, nullis locis communibus illustrati, & inanes.

NV GÆ QYE CANORÆ] versus leues, quātum modulati, & numerosi.

ORE ROTVNO] id est, rotundè, pressè, enucleatè, eleganter, suauiter: non putidè, non ineptè, non obscurè, non hiulcè, non asperè. vide annot. ad illum locū sat. 7. lib. 2. *totus teres, atque rotundus.*

RO MANI PVERI] Romanos cum Græcis conferens air, hos nulli rei studere, præterquām laudi: illos autem omne studium suum statim à puerili ætate in quaestu, & re augēda collocares: quod cùm ita sit, non esse mitum, si poëtae praestantes non euadant.

ASSEM DISCVNT IN PARTEIS DIVE RE] mittuntur in ludum numerandi & ratiocinandi, vbi discunt arteis ad questum comparatas. sup. sat. 6. lib. 1. qui macro pauper agello Noluit in ludum flauil memittere, magni Quò pueri magnis ex centuriis orti, &c. de alie, & eius partibus lege Varr. libro 4. de lingua Lat. & Budæum nostrum.

BE VITA LEGENDUM, NON HEM, NEQUE OE, VT HABENT MENDOSI CODICES: NEQUE HEM, VT O-LIM PURAUI. eu autem Græcum est è bene, præclarè, euge.

ARVGO] æruginem appellat per translacionem, immodicum pecunia, & lucri studiū, præterea quod eo, tanquam ærugine quadam, ingenia præclara, & ad res maiores nata, corrūpuntur, ac deprauantur. at sat. 4. lib. 1. per æruginem, insidiosam quandam, & simulatione officij inuolutam malevolentiam significat. *Hic* (inquit) *nigra succus lolligenis, hac est Arugo mera: quoniam videlicet talis animi affectio nō aliter, quām ærugo, amicitia vitium, pestis, ac venenum est.*

Vitrinius lib. 7. cap. 12. & lib. 8. cap. 3. docet: quod modo fiat ærugo.

LINENDA CEDRO] digna, quæ seruentur diutissimè incorrupta: digna, quæ nūquam consumat veruſtas, & quæ perpetuū viuat. nā, quæ succo, aut oleo cedrino linuntur, nō putreficiuntur. lego Plin. lib. 16. cap. 39. & Dioscor. lib. 1. cap. 89. vbi ille dicit, eā vim in cedro inesse, vt corpora mortua conferuet, viua corrūpat: atque iccirco

τῆς ρεκόν ζαλού. i. mortiōrum vitam appellari. Huc pertinet illud Ausonij ad libellum de quodam Proculo poëta: *Huius in arbitrio est seu te μιημεσερετερο*, *Seu subest duris verribus esse cibum.*

LEVICVPRESSO] inuolucro expolito, aut capsula ex cupresso. de qua eadem ferè dicuntur, quæ de cedro, vide annotata ad Od. 14. lib. 2.

AVT PRODESS VOLVNT] poëmata (inquit) alia utilia sunt dumtaxat, alia iucunda: alia & utilia, & iucunda.

AVT SIMVLET IVCVND A, &c.] profert hunc versum Seruius ad illum Virg. Æn. 6. *Hic manus ob patriam pugnando vulnera pæsi.*

QVICQVID PRACIPLES] hoc pertinet ad ea poëmata, quæ profundunt tantum.

BREVIS] ita tamen, vt tantum sit verborum, quantum sit necesse: vt suprà. *brenis esse labore?* *Olferius fio.*

PERCIPIANT A. D. T. Q. FID.] aptè verba suis nominibus iunxit. docileis se præbeant in percipiendo: fidelis in tenedo. aduersum citio autem, coniungendum cum verbo peripetia, non cum voce dicta.

OMNE SVPERVACVVM] translatum à vase pleno: ex quo, quicquid superat, effluere solet.

FICTA VOLVPTATIS C. S. P.] hoc ad eos, qui delectare student tantum. sic Aristoteles lib. *ποίηταις* poëtam sequi probabilita, quæ nec esse, nec fieri possint, ait oportere potius, quām improbabilia, quæ fieri possint verba Arist. sunt hæc, *τοις τε γαρ τῶν πολὺν οὐφεταῖς ποθενοὶ ἀδυνατοῦνται πιθανοὺς δυνατοὺς.*

CNEC QVODC. VOL ET, &c.] nec quodcūque voleret, etiam incredibile, & à fide abhorrens, nihilque veri simile pre se ferens, poscas: seu postuleret sibi credi, id est, audiat spectatorū oculis arque autibus subiitare. quidā libri veteres habent, *Nec quodcumque velit, &c.*

NEV PRANSÆ LAMIÆ] néve singat poëta, ex alio Lamiae, quæ puerū deuorat, eūdem puerū viuum extrahi. Præter ea, quæ vulgo tradūtur, & narrantur de Lamiae, Aristoteles lib. 7. de morib. ad Nicom. scribit mulierem quādam fuisse in Ponto, quæ mulierum grauidarum aluos aperiret, & perfecaret, puerōisque inde tractos deuoraret. Sed de Lamiae vide Diodor. Sicul. lib. 20. & Aristophanis interpretem in Vesp.

CENTVRIA SENIORVM] ætate grandes, & senes poëmata inutilia, & ad solam voluptatem comparata, aspernantur, ac respunt, alludit autem ad centurias, in quas singulæ tribus erant diuise.

CELSI RHAMNVS] id est, equites contraria, vel iuuenes feroce, atq; elati nō admodum attente, nec libenter poëmata audiunt, quæ nulla voluptate sunt temperata: *el si, id est, iuuenes ex celso animo, quod nō displiceret.* T. Luuius lib. 7. *signum posuit ingenti clamore, celsaque, & iffe hand dubia*

bia feroce in prælium vadunt. mālo tamen per celos, equites intelligi, qui merent adhuc equo publico. Nam & Festus celsum ex Græco *ζέλης*, equitem dictum esse putat. Rhamines alij à Romulo appellatos: alij Rhamines, & Luceres vocabula esse Tusca volunt, vt referr Varto libr. 4. de ling. Latina. Hæc Turnebus ita probauit, vt in Aduersaria sua retulerit.

AVT HVM. PAR. CAV. N.] cùm ea sit hominis natura, vt nō possit vsquequa pecatum effugere, quantumuis magnam diligentiam adhibeat.

QVID ERGO?] nonnulli lib. habent, quid ergo est: ego nihil muto.

VT SCRIPTOR SI P. I. L.] hic versus cum tribus reliquis deinceps sequentibus, penderit ē superioribus, hoc modo: Omnis igitur omniū suffragiis præstantissimus poëta iudicandus est, qui utilitatem cum voluptate coniunxit, pertinent autem hæc ad illud membrum tertium, *Aut simil & iucunda, & idonea dicuntur.*

HIC MERET AERA L.] hic liber prius meretur: hic multos reperiuntur: hic librarios locupletat.

SO SIS] bibliopolis, seu scriptoribus librariis. suprà epist. ad librum, *scilicet ut profetas Sofiorum pumice mundus.* Verisimile autem est, Sofios, scriptores fuisse librarios: quibus vrebantur veteres ad libros manu describendos, in quorum loco

cū successerunt nostri typographi, qui typis, seu formis pluteis libros imprimunt. Sed enim scriptorum illorū facta à me mentio admonet me

hoc loco, vt commemorem accuratissimum, & politissimum nostræ artis scriptorem, Camillū Spanochium, ciuem Senensem, olim domi nobilem, & copiosum: nunc post res Senensem afflictas, ex rege nostro p̄denter, eiūsq; libertate, & munificentia se tolerantem. Hic igitur

cū cenarem apud humaniss. & optimū virum, Iulianum Medicum, episcop. Bliterensem a.d.

septimum kalendas Iunias anno superiori, (scribēbā autem hæc anno c 15 c 16 v 11. idibus Ianuariis) ostēdit mihi præsentibus aliquor nobilibus Florentinis, in his, Baptista Alemano tū episcopo Matisonis, nūc cœnobiarcha.*** & Nicoforo Alemano, & Alfonso Gondio, & Thoma Bonfio, & Francisco Corsinio, Alemanorum sororis filio, juvēne eruditio, & probo. P. Virgilij Maronis opera, Bucolica, Georgica, Aeneiden, in membrana, litteris ita minutis & rebus, quibusque 540. circiter versus cōtinenter, comprehendentur, cū tota membrana longitudine digitos xix. altitudine xiiii. nō supererat.

DREMITTIT] reddit, vt priore versu: & epist. ad Aug. sed veluti tractata notam, labēisque remittit. *Atramenta. sat. vlt. lib. 2. vt melius muria, quam testa marina remittit.*

NEC SEMPER PERIET] nec semper signum sibi propositum, quod incurrerit, & quod oculum dirigit, sagittarius attingit.

QVODC. VMINABITVR] sub-intelligendum ferire. Quidam legūt quacumque.

VERUM VBI PLVRA] id est, verum vbi plures virtutes, plurāque ornamenta insunt in poëmate, quām macula, & errata, quævel im-

prudenti, & aliud agenti, vel humanitus exciderint, ignoroscere debemus.

AVT HVM. PAR. CAV. N.] cùm ea sit hominis natura, vt nō possit vsquequa pecatum effugere, quantumuis magnam diligentiam adhibeat.

QVID ERGO?] nonnulli lib. habent, quid ergo est: ego nihil muto.

VT SCRIPTOR SI P. I. L.] hic versus cum tribus

coniungenda sunt, *scriptor librarius*, id est, is, qui libros describit manu, hoc modo: si librarius idem perpetuō peccat, id est, si in idem erratum

perpetuō incurrit, etiam si fuerit monitus, indignus est, cui ignoscatur: sic & poëta, &c. idem peccat vñitatem, & propriè dictum. M. Tullius de nat. deor. lib. 1. Atque etiam Xenophon paucioribus verbis

eadem ratione dixit Catullus. *Nimirum idem omnes fallimur.* & Hor. sat. 3. lib. 1. *Nec vincet ratio tandem ut peccet, idemque, Qui teneros cauleis, &c.*

ETCITHARO DVIS] quidam libri vet. habent, *vt cithareduis, &c.*

FIT CHERILUS ILLE] poëta malus,

de quo sup. epistol. ad August. Gratius Alexander Magno regi fuit ille Cherilus. Alij scribunt Cherilus, & Græcē *χερίλος*.

QUEM BIS, TEROVE BONVM C. R.] M. id est, qui si duobus, aut tribus locis recte, & emendatè, & laudabiliter scribat, mitati soleo, ita est malus scriptor, & ita vñitatum ei est mendosè, & ineptè scribere. huic igitur Cherilo similes sunt ij poëtae, in quorum scriptis plura sunt mendosa, quām recta.

EID IDEM IND. QVAND. BON.] id est, & ego idem indignè fero, quandocūq; præstantissimus omniū poëtarum Homerus incuria quadam labitur, & peccat, quod est in eo admodum rarum. scio hunc versum aliter ab aliis explicari, sed vehementer errant, nam verbū *indignor* non est referendum ad superiora, quod illi faciunt, sed cum iis, quæ sequuntur, coniungendum, vt alibi admonui, & multo ante docuit P. Victorius. quandoque autem idem valet, quod quandocumque, vt suprà Od. 1. libr. 4. quandoque posterior Largis munib⁹ riferit amuli.

VERUM OPERE IN] cod. vñus Vatican. Faen. Torn. Ruffardini duo, Clericanus, Nico. vñus habent, *Verum operi longo.*

VT PICTURA, POESIS.] Plato lib. 10. de rep. poetas pictoribus ait esse simileis: docēque, vtrosq; in animantibus, & rebus inanimis imitandis, atque exprimendis esse occupatos. Idem scribit pluribus verbis Aristot. in lib.

ποίηταις, adde illa Plutarchi libr. *πόσις δέ εἰναι, &c. έπιστεψ.* Ep. *δέ μαλλον θεοτικωμένη αὐτὸν ἄμα τῷ φερούμενῳ τοῖς ποίησαν Σωτήρας φορτεῖ τὸ ποίητικόν, δέ μητρική τεχνηκαὶ διδασκαλίαι ἔστιν ἀντιτροφος τῇ ζωγραφίᾳ, καὶ μη μάνον σκένη τῷ θρύλλῳ μέδων ἀγκαλεῖ ἐστι, ζωγραφίαν μὲν ἐπαγ φεγγομέλιο τὸ ποίησαν ποίησαν.*

oī dē or̄ōtār̄ t̄lō ζ̄ρ̄ḡp̄iāz̄, &c. id est, *Pra-*
terea admonemus enim eo ipso tempore pūmō, quo ad
pōmata ueniens adueniens, descriptione quadam fa-
lla, paenitam, altera ex parte pictura responderet; neque il-
lud sollem omnium sermone usūpatum audierit, pīt̄u-
ram esse pōfīm loquenter; pōfīm autem tacitam pictu-
ram; *ed.* & c. M. Tull. Tūl. 5. *Traditū est etiam Homerū,*
accus fūissat eis picturam, nō pōfīm videmus.
Scribendū autem est interpositionis nota post
vocem pōfīs, & subintelligendum verbum est.

E R I T, Q V E S I P R O P I V S S T E S, T E
C. M. E T Q. S. L. A.] si est distingendus
hic locus, *pīt̄u pōfīs erit, quē si propīm sīes, &c.*
id est, alia reperiatur (inquit) pictura, quē primis
ac rudibus hincēmentis tantū confitetur; pictura
adumbrata, non expressa: quam Grēci οὐαγ̄-
φīs appellant, hec procul spectata, laudari po-
test; alia, quā suis colorib⁹ expressa, & exqui-
sita, accura tisque pigmentis illustrata sit. hēc
propīm spectati debet. Idem de pōfīs sentien-
dum, alia est enim, quā quādam umbras, &
recessus habet tantum, neque admodum illus-
tribus coloribus vestita est; alia est accurata, &
exquisito artificio elaborata. Videtur mihi ad hūc
locum pertinere ea, quā scribit Aristoteles lib. 3
de arte dicendi, vbi docet, dictionem (quam ille
λέξη nominat, id est, dicendi rationem) alia esse
scriptio accommodatam, & tāquam pītam:
aliam cōcettoriam, & forēlē, & gestu acto-
ris egentem, paullō pōst scribit ille, contionale
dicēdī genus adūbrata pictura simile esse, pro-
pterē quād, quanto maior sit multitudine, tanto
longius spectati videat orationis figura. Qua-
propter subtilitas, & limata (vt ita dicam) tenui-
tas, superuacanea est, & deterior videtur invtro-
que. Iudicū autem subtiliorem dictionem de-
siderat, multōque magis, si apud vnum iudicem
causa agatur, inēt enim minimū in actione, &
gestu. Nam facilius spectati potest id, quod rei
proprium est, omne autem alienum, & conten-
tionis studium abest. verba Aristotelis sunt hēc,
nō ἔτι δημοποεῖται λέξις, καὶ παντελῶς ἔοικε
τῇ συμφωνίᾳ, οὐών γάρ τινα πλάκαν ή ὁ ὄχλος,
παρά τερον ηθά. διὸ ταῦτα εἰσελθεῖσι τῷ χέρᾳ
φανεται τὸ ἀμφοτερον. ηδὲ δύο, πατερεστον, η
δὲ μᾶλλον η ἐν κειτῃ. ἐλάχησον γάρ τοι τὸ
εὔπονον, εὐτελέσθω γάρ μαλλον τὸ οὐεῖον τὸ
εργάζεσθαι τὸ ἀλλότιον, η ἀγάντιον.

T E C A P I A T] sic legēdū potius, quām capiet.

H E C A M A T O B S C. V O L E T H A C-
*s v n] alia pictura dissimilitudo. amat porrē ea
pīt̄u locum obscūrum, que deterior est altera
aurem, qua in luce spectari non recusat, longē scilicet meliore est. *R E P E T I T A]* iterum,
atque iterum, & sepius spectata.*

F I N G E R I S] conformaris, institueris: vt su-
pīa epist. 2. lib. 1. *Fingit equum.* & Od. 6. lib. 3. *fingi-*
tur artibus.

T O L L E] sume, vt epist. 6. lib. 1. partem, vel tolle-
ret omnes.

D I S C I V E] de disco vide annotat. ad Od. 8.
lib. 1.

C E R T I S M E D I U M, E T T O L E R A B.]
id est, certas res esse, in quibus medium locum
obtinere conceditur, & in quibusdā rebus me-
diocritatē esse laudabilem, & ferri posse: sed
mediocritatē in poēta neque esse laudabilem
neque condonari solere: quod simili est, ac si di-
ceret, poētam vel excellere, vel ab eo studio de-
sistere, nomēque poēta tēquo anima amittere
oportet. Videatur aliter sentire M. Tull. in orat.
perfecto, his verbis: *Nam in poētis non Homero soli*
locū est (vt de Gracis loquar) aut Archilocho, aut so-
phocli, aut Pindaro, sed horum vel secundis, vel etiam in
secundis.

T O L E R A B I L E] id est, (vt ita dicam) tolera-
bilitatem.

C O N S U L T V S I V R I S, E T A C T O R
C A V S. M. A.] reddē suum cuiq. hoc modo:
iuris consultus aliquis nescit, quantū Aulus Ca-
scelius: actor caūtarū quispiā abest ab eloquentia
Meſſala Coruini: uterque tamē in prōrio est,
etiam non sit summus.

N E S C I T] quidam libri vet. habent, nec sīt.

N O N D I I, N O N H O M.] alij libri habēt,
Non homines, non dī.

C O L U M N A E] ad quas prostāt libri, vt sat. 4.
lib. 1. *Nulla taberna mēs habeat, neque pīla libellos.*
[vel per columnes porticus intellige in quibus
recitabant poēmatā, sic Alciat. patēt, iuris,
lib. 4. cap. 27. *Inēt autem legendum.* vt habent
omnes ferē lib.

V T G R A T A S I N T E R M E N S A S, &c.]
probat id, quod modō dixit, tribus similibus.
Nam hi verbi cohārent cum superioribus.
Quo modo (inquit) si quis in cōuiuio symphoniam
aliquam incōditam, immodulatam, inē-
prā, discordē adhibeat: si vnguēt ingrat odo-
ris, nullūsq. pretij: si papauer cum amaro, &
deterrimo melle offendat cōtinuas, quia his poten-
tant carere, neq; hēc magnopere requirebant:
sic poēma, cūm sit ad delectationē comparatū
maximē, secundū loco ad utilitatem, si paullum
modō absitā perfēcto, deterrimūtum.

S Y M P H O N I A D I S C O R S] συμφωνία, δ-
μολογία της, (inquit Plato) δμολογία δὲ της Δι-
φερούσης, εώς δὲ Διφερούται, αδιάστατον εἶναι,
id est, symphonia, seu concensus, consensus est
quidam. vt sit autem cōsensus, ex rebus discor-
dibus, quandiu discordant, fieri non potest.

S I P A V L L V M A S Y M M O D I S C E S-
S I T] duo cod. Vat. Torn. habent decebit, nō nul-
li alijs discedit, aliquot non habēt prepositionē à.
D V O I] traduci: vel produci, extrahi.

L V D E R E Q. N.] iudendi verbo hēc om-
nia subiiciuntur, luctari, hastam iācere, currere,
salire, & similia, quē exercebātur in campo Mar-
tio. In ceteris arribus (inquit) & ceteramībus
nemo se scire profitetur, quod ignorat, ne sit ri-
diculus: in poētica volunt omnes videri aliquid
esse.

D I S C I V E] de disco vide annotat. ad Od. 8.
lib. 1.

lib. 1.

T R O C H I V E] sup. Od. 2.4. lib. 3. trochum,
Grēcum nominat, quem putant nonnulli βίη-
γης vocati à Grēcis: sed non ita est. βίηγης
enim, turbo appellatur à Latinis. trochus Grēca
vox est, quæ rotam Latino nomine valet: quā se
exercebant pueri in Grēcia.

N E S P I S S E R. T. I. C.] ne spectatores
frequentes, qui circū stant, irrideant ludendi
imperitum, idque impune.

T O L L A N T R I S V M] eachinnentur: vt su-
pīa, Romani tollent equites, pediteſg, eachinnum.

Q. VI N E S C I T, V E R S. T. A. F.] simi-
le est illud epistol. ad August. *Nauem agere iugans*
nauis timerit: abrotōnum agn̄ Non auder, nisi qui dedicit,
*dare: quod medicorum est, Promittunt medici, tractant
fabrlia fabri: scribimus indicti, doct̄que poemata pa-
sū.*

C E N S V S E Q V E S T R E M S.] census, parti-
cipium vocis, & significationis patientis. census
igitur summam equestrem intelligēdus, qui dū
cenetur, repertus est habere in bonis quadrin-
gēta millia artis, qui cēsus erat equestris, vt sciūt
omnes. eodem participio vtitur & M. Tull. pro
Arch. poeta, *census tantummodo indicat eum, qui sit*
census, ita si iam tum geſīſe pro cīne: & Ver. 3, san-
xit in posterum, qui pōst eos Cōfōres census effet, ne qui
heredem virginem, neve mulierem saceret. Aiunt La-
berium mimographum, his verbis describi, ac
notari.

T V N I H I L I N V I T A D I C E S, F.] Mi-
nerua arribus omnibus p̄rēste existimatur, vt
suprā annot. ad Od. 1.3. lib. 3. *invita Minerua pro-*
verbū est: quod explicat M. Tull. off. lib. 1. his
verbis, ex quo magis emergit, quale sit de brūm illud,
ideo quia nūl decet invita (ut aiunt) Minerua, id est,
aduertante, & repugnante natura. sed hōis loci hēc
*sententia est. Non dubito equidem, quin tu ni-
hil sis dicturus, aut facturus inuita Minerua: id*
*est, ego te quidē scio omnia aptē, decorē, venu-
stē, doct̄ē, sapienter dicturum, ac facturū. noui*
*enīm iudicium rūm, noni mentem, & prudenti-
tiam tuam, verū tamē, si quid olim scripteris,*
caue iudicio tuo tantopere cōfidas, vt Mecij, &
patris tui, & mean sentētiam non exquiras, aut
nōbi de tuis scriptis iudicandi potestatem non
permittas. legendum autem faciēve: & ita habēt
lib. manuscr.

M E C I] Sp. Mecij Tarpæ, critici: de quo sat.
10. lib. 1. *Quae nec in ade sonent certantia iudice Tarpæ.*
& M. Tull. epist. ad Marium lib. 7. *Nobis autem e-
rant perpetienda, quā sp. Mecius probauisset.*

N O N U M Q V E P R E M A T V R] supprimatur,
domi cōtineatur nouē annos: ne foras emā-
net, neve exeat ante nouum annum. sic Catull.
de Smyrna Cionz. *Smyrna mei Cimme nonam pōst*
denique mēsem, Quām copta est, nonāmque edita pōst
hiemem.

E D I D E R I S] emiseris: vt epist. ad Libr. lib. 1.
Non erit emissio redditus tibi.

S I L V E S T R E I S H O M I N E S] nondū hu-
manitate politos, neque excultos: feros.

C A E D I B V S] mutuis, vt sat. 3. lib. 1. *Quos Ven-
rem incertam rapies more ferarum Pirib⁹ editor ca-
debat, vt in grege taurū.*

V I C T V F O E D O] viētu, & cultu ferino, atq;
inhumano. de quo pulchrē Lucret. lib. 5. *Multa-*
que per celum solis volventia lūstra Volgūgo vitam
trahabat more ferarum.

O R P H E V S] de quo multa sup. ad Od. 12. lib. 1.
ad quā hunc addē Virgilij versum ex Palēm.

O r p hēque in medio posuit filialsque sequentes. Quid
autem Horatius hoc loco humaniore vitā cul-
tum, iuris descriptionem, legū inuentionē, do-
miciliōrum conūctiones, quas virbeis appella-
mus, poetis & musicis ascribi, non pugnat cum
B ii, quæ disputanrūt à M. Tull. in orat. pro Sex-
tio: vbi hēc tanta, ac tam p̄rēsta munera pru-
dentibus, ac sapientibus viris accepta referri ait
oportere. Erāt enim iidem & sapientes, & poe-
ta, seu musici in Ode autem 10. lib. 1. Mercuriū
ait primos illos, & recentes homines oratione,
& palēstra expoliūtē. Cum his Horatianis cō-
gōnnr illa Aristophanis βαρχάχ, ὡς ἀφίλμοι
τὴν ποιῶν τοι γενέντας. Orpheus μὴ
δέ τελετῶν τοι γενέντες, φόνων τὸ ἀπε-
ζεῖδεν: Μουράος δὲ γεγάκηες, το νόσον, τὸ γεν-
φρόνος: ησαδε δὲ Την εργασίας, καρπῶν αρες,
ἀρότρους, δὲ θύσιον θύμρος, &c. id est, Quām tue-
runt viriles poētarū ij, qui generosi, & clari
sunt? Orpheus enim mysteria nobis demonstra-
uit, similque cēdibus abstinerē docuit: Musiq. autē morborū remēdia, & vaticinia: Hesiodus
porrō terrae culturam, fructūtū tempora, & arationes: At diuinus Homerūs, &c. Contrā Diog.
Laertius in processio lib. de vitis philosoph. eo
loco, vbi negat philosophiam à barbaris inuen-
tam esse, Gre: ifq; adiudicat, ita de Orpheo scri-
bit. οἱ δὲ τὸ εἴρετο διδόντες οἰνούς, τὸ διηρόντος
τὸ Ορφέα τὸ δράκων, λέοντες: φιλόσοφον γενού-
ντας, εἰναι αρχαιοτάτον. εἰδὲ εἰ τὸ οἰνός θεῶν. εἰ-
αργεντάντα τοισι τα, καὶ φιλόσοφον γελέν,
σοι οἶδε τὸ δέν τοισι τορενεύει τὸ πάν τὸ ἀ-
θρόπειον πάντος αρχαιοτάτα τοισ θεοῖς τοιστρί-
ψαν, τὸ τοισι τοισι, &c. id est, Qui autem phi-
losophia inuentionē barbaris ascribunt, pro-
ducunt etiam Orpheum Thracei, dicētes eum
philosophum fuisse, & esse antiquissimum. Ego
verō, si eum, qui de taliis enūnriauit, phi-
losophum decet appellare, nescio quo nomine sit
is appellandus, qui omnes humanos affectus
non sit veritus diis attribuere, & ea flagitia, quæ
rārō ab hominibus admittuntur, vocis instru-
mento exprimere atque expōnere.

R A P I D O S Q V E] rapido quidē habent libri
vulgati, sed rabidos duo cod. Vatican. & Iann.
& Torn. Cleric. Russard. Nicot. ceteri. sic sup.
leonem, insanū dixit Od. 16. lib. 1. & insani leonis
vīm stomacho appōsuſſe nōstro. Denique sic legit Ser-
vius, qui ad illum Virg. verūm lib. 6. En. Nec nē

*Threicis longa cum veste sacerdos: totum hunc locū
profert ab illo versu, silue streis homines, &c.*

DICTVS ET AMPHION] Zethus & Amphion, Louis & Antiope filij fuisse dicuntur: sed Paulianas Corint profecti treis versus cuiusdam Agidis, qui significat, Antipam à loue, &c

A ram dant mercenariam. mœni porrò septem
porris constat, nempe totidē, quorū in lyra chor-
dæ sunt intentæ vide Od. ii. lib. 3. Mous Amphio
lapides canendo. Propert. lib. 3. Saxa Cirrhosia The-
bas agitata per artus spante sua ad muri membra cōsse-
ferunt.

THE B. COND. AR CIS] quidam libri vet.
habent urbis, pro arcis.

F VIT H A C S APIENTIA Q VONDAM
erant igitur iidem & musici, & sapientes, & elo-
quentes, vide Lucret.libr.5, de primis homini-
bus, eorumque vietu, & cultu.

PUBLICA PRIVATIS SECRN.] publica à priuatis separare. Nam antequam eloquentes, & sapientes viri feros homines & agrestes ad humanum, ciuilémente ritus cultum traduxissent, nihil inter publicum & priuatum interterat, nihil inter commune & proprium, immò verò omnia erant publica & comunia. Vide hac de re quæ annotata sunt ad illum locum de *hinc abſſeſſe bello, &c. fat. 3. libr. i.* Non dissimulabo, in aliquo libris manuſcr. esse scriptum *Pub-
lica*: in nonnullis, *Poplica*.

DARE. IURA MARITIS] quidam sic
hunc locum explicant, dare iura maritis, id est,
multa largiri, & cōdonare viris, & fēminis, qui
matrimonio conglutinentur, quē non obtineat
celibes. ego sic: dare leges maritis, quibus cogā-
tur matrimonij castitatem inuiolatam feruare, vi-
detur enim hæc vis esse horum verborum apud
probatos scriptores. Virg. de Didone lib. i. Æn.
Iura dabant, legesque viris. Idem 3. Iura, domosque da-
bam. idem libr. 5. Iudicique forum, & paribus dat iura
vocatis. T. Livius libr. 30. Roma, an Kartago iura
gentibus daret, ante crastinam noctem siuturos. Horat.
Od. 3. lib. 3. triumphatisque posuit Roma ferox dare iura
mediis.

M A R I T I S] tūm viris, tūm feminis. nam fēminam, maritam, vt vītum maritūm, dicimus. suprà Od. 8. epod. *Nec sit marita, qua rotundioribus onus bacis ambulet.*

L I G N O] ligneis tabulis. nondum enim æreas
habebant. solebant autem leges in tabulis æreis
incisas populo cognoscendas. in foro propone-
re: ex quo figere. & refrigerare leges. Virg. Æneid. 6.

T Y R T A E U S Q U E M A R E S A N I M O S [his
cōsentanea sunt, quæ Athenaeus lib. 14. de Tyr-
taeo scribit his verbis, πολεμουσὶ δὲ εἰσὶν οἱ Λά-
χανες. ὃν τὴν Κρήτην ποιῶσι μάχην αὐταῖς
Εύρυθμοι, οἵτινες καλέσαιται. οὐ αὐτοὶ δὲ οἱ
Λάχανες Κρηταῖς ποιῶσιν εἰπομένουσί
τες ἐγρύθμοι κακοὶ ποιεῖσθαι. Φιλόροδος δὲ φοιτ
χρειτούσας Λακεδαιμονίους Μεσσίνιον οὐχὶ
τὸν Τυρταῖον γρατηγάν, εἰ τὰς γρατείας θεού
ποιήσεισθαι, οὐτὸν δὲ εἰσιν ποιόντας, καὶ πειθά-
σσον, οἷδεν καὶ εἶσαι Κρηταῖον χρινεῖ δὲ τὸν
πολέμαρχον, καὶ ἀλλοι διδωκει τῷ κυνοτῆτι, κρέας,
id est, bellissimi autem sunt Λακόνες: quorum etiam filii
modos ad incessum numerosum accommodatos, qui εἰς ar-
mati nominantur, εἰς parare, studiūque retinere consue-

*uerunt. Atque ipsi Latoes Tyrtai poëmata commemo-
rantes, numeroso mouentur. Philochorus autem ait Lace-
demonios, Messenios Tyrtae militia deinceps, hoc in-
stituisse, atque hanc consuetudinem induisse in mil-
itia, ut cum cenati essent, & vitorie carmen cecinissent,
Tyrtai carmina singulis cantavissent: indicat autem impe-
rator, & vitorie carmen premij loco daret. Plato lib. i.
de rep. versus aliquot Tyrtai profert aliquan-*

LUDUSQUE REPERTVS] remissio, & oblectatio animorum, comedie, tragodie, mimici epist. ad August. valeat res ludicra, si me Palma negata macrum glorianta reducit optimum.

M V S A L Y R A E S O L L E R S] sollers con-
iunctum cum patro casu, notandum, ut nouum,
& Horatianum, idem iuxit cum infinitiuo Od.
8.lib.4. sollers nunc hominem ponere, nunc Deum. sic
sup. Od. 6.lib.1. Imbellis que Lyra Musa potens, dictu
autem mensa Lyrae sollers. pro musa Lyrica, vel Ly-
ricorum modorum petita.

NATURA FIERET LAVD. CARM.
hac de re satis multis verbis diximus ad illū locum,
Ingenium misera quia fort. &c.

R V D E non expolitum doctrina alia tralatione
Q V I D P R O S I T I aliquid libri vestrum habet.

10 *Croci* *janquid libri veteres habent quid possit.*

QVI STVDET OPTATAM C. CONTE

de Tyrraeo tradiderunt, quæ longum esset referre. Plutarchus autem eum serm onem, vbi disputatione animalia sint prudentiora: terrestria, aquatilia, sic ordit: τὸν Τυρταῖον δὲ Λεονίδης ἐρωτᾷς ποιὸν τινὰ νομίσοις τοῦτο ποιητεῖν, εἴην, νέαν ψυχὴν καλύπτειν, αὐτὸς νέοις Δῆλος τοῦτο ἔτη δρόμοις εὑρούσαις μετὰ θυμῷ καὶ φροντίσας αὐτοὺς μάχης ἀφειδεῖς εἰσεῖν αὐτῷ, id est, Leonidas interrogatus qualem pueram existimaret Tyrtaeum: respon-

PVER] cūm puer esset: πτερόν δὲ, vt epist. a Loll. 2. lib. 2. denique Janum Militiam puer, & Cam tabrica bella tulisti. & sat. 2. lib. 2. puer hunc ego pavimus Ofelius integris opibus noui non latius rufum, Quare nunc accisis.

A B S T I N V I T V E N E R E E T V I N O
quidam testantur scriptum esse in nonnullis lib-
vet. *Ven.* & *Baccho* quod placet.

EXACVIT excitauit. Cic.de orat.ad Qu. **qui** РУГИЯ CANTAT, TIBICEN

Dicitæ per carmina sortes] edita oracula; data responsa ab Apolline. Virg. Æneid. 4. Italian Lycia in se capessere fortæ. suprà eadem epist. sortilegii non discrepauit sententia Delphos. M. Tull. lib. 2. de diuin. Auspicio restant, & fortæ ea, qua ducuntur, non illa, qua uitatione funduntur; qua oracula verius dicimus, &c. Idem ibid. Nam cum fors illa edita est opulentissimo regi Asia, Creslus penetrauit magnam peruerteret quum vim: hostium vim fæse peruersurum putauit, peruerxit autem suam.

P I E R . T E N T . M O D I S] id est, etiam ho-
O C C U P E T E X T R E M U M S C A B I S

natum esse dicunt ex Iusu quodam pueroru, in quo se mutuò ad currēdū cohortanteis, ei scabiem exoptant, qui tardissimè omnium cucererit, quique ultimus ad calcem perueniterit.

V T P R A C O A D M E R C B I S] diutinem poëtam cum præcone comparat, merceis commendante, & turbam ad emendum intinante, Nam, ut ille voce, & præconio emores: si poëta locuples diutius suis mutis, ac tacitis assentatores vocat.

C O G I T] congregat, conuocat, allicit, atque adeò inuitos trahit.

D I V E S A G R I S , D I V E S R .] hic versus repetitur sit. 2. lib. 1.

S I V E R Ó E S T , V N C T V M] modò dixerat, assentatores vtrō, & nō vocatos ad poetarum diutium carmina laudāda concurrere, & cōuolare solere: nūc dicit, eisdem conuiuis, & beneficiis prouocatis, aut beneficiorū spe ad ductos, multo cupidiūs poemata vel indoctissima laudatum itaros, tales sicut iudices non sunt integri, neq; incorrupti, neque, ut Græcē dicam, ἀστεγοι.

V N C T V M Q Y I R E C T E] si verò est, qui cōuiuum lautum, ac sumtuosum adornare, cēnamq; opiparam dare possit, &c. mirum erit, si blandum, ac falsum amicum à vero secertere, atque internoscere queat. vñctum videlicet obsonium, ut Catull. vñcta patrimonia, id est, lauta, opipara.

L E V I] qui quoquis impellitur emolumēti spe.

B E A T V S] vel diues, vel, qui reuera beatus esset, si blandū amicū à vero internoscere posset, fed illud mālo, neque tamen alteram explicationem damno.

S E V Q U I D D O N . V O L . C V I] id est, seu quid eris aliqui donaturus, &c. quidam libri, vet. habent vñci cui.

T I B I] abs te: vt locis innumerabilibus: nō tauimūsque alibi.

F A C T O S] quidam libri habent factos.

P L E N V M L E T T I A] latitia affectū vel ob munera abs te accepta, vel ob spē vilitatis, Significat, eos, qui à poëta emolumētū aliquod vel sperat, vel iam cōsecuti sunt, non esse illius poēmatum iudices incorruptos, neq; vñquam casti, integrē, iudicatu. Nobis ergo iij sunt adhibendi nostrorum scriptorum audidores, ac censores, qui liberè, & admodum nō, seu incorrupte, hoc est, nullis promissis, nulla spe, nullis beneficiis obstricti, quod sentiunt, pronuntiēr.

P V L C H R È , B E N E , R E C T È] voces si de approbantum assentatorum. M. Tull. lib. 2., de orat. Quare bene, et præclarè quamvis sepe nobis dicatur, bellè, & festinè, nimium sepe nolo. Pers. sat. 1. sed recti finēque, extremāque esse rectus Eugeniuum & belle, &c.

S V P E R H I S] ὅτι τέτοιοι ad hæc.

S T I L L A B I T A M I C I S E X O C V L I S] illa criminabit, gaudere se similians. stillate, cū

A accusandi casu: vt illud epist. ad Mæcen. 3. libr. 1. fidis enim manare poëtica mella.

T V N D E T P E D E T E R R A M] pra latitia saltabit, non est autē supplosio pedis intelligentia, cūm sit gestus indignantis, & dolentis: vt diximus.

V T , Q V I C O N D U C T I P L .] vt præficiæ mulieres, quæ mercede conductūt, vt mortuo lugeant, & collaudent. Plaut. in Truculento, sine virtute argutum ciuem mihi habeam pro prefica, Quæ alios collaudat, capse se vero non potest. Lucilius, Mercede que conducta flent alieno in funere prefica, Multo et capillos scindunt, et clamant magis. Nauius, Hac quidem mehercule prefica est, qua sic mortuum collaudat, consule & Nonium.

M V L T I S V R G E R E C V L V L L I S] animorum enim, & ingeniorum lene tormentū est vinū, eoque variae hominum naturæ, quantumvis teatæ, ac reconditæ, explorantur, atque appetuntur: quæ de re vide, quæ annotauimus ad illū locum, tu lene tormentū ingenio admoines Plerumque duro, qui est Od. 21. lib. 1. dunes et aureis Mercator exsiccet cululis vina Syra reparata merce, in quibusdam lib. antiq. scriptum est vnguere, cululis vnguere autem, sive vnguere: id est, poulis torquere, & explorare.

L A B O R E N T] studeant, quidam lib. habent, laborant.

F A L L A N T] lateant, numquā tibi sint ignoti, vt sup. annot. Od. 10. lib. 1.

A N I M I S V B V V L P E L A T E N T E S] animi fallaces, dolosi, duplices, recti, infidiosi.

Q V I N C T I L I O] Quintilio Varo, hic erat auditor, & iudex scriptorum alienorum liber, & incorruptus, ad quem scripta est Od. 18. lib. 1. cuiusque mortem tristissimo carmine deflet Od. 24. ciudem lib.

C O R R I G E , S O D E S] aiebat Varus, corrigere hoc, & hoc, si audes.

M A L E T O R N A T O S] non satis tereteis, neque (vi ita dicam) rotundos, tralatio à torno.

I N C V D I R E D D E R E] recundere, id est, emendare, alia tralatio à priore differēs, & tamen continens.

I N S V M E B A T] sic habent duo cod. Vatic. Faecn. Iannoct. Torn. & alioquor alijs, quæ scriptura mihi visa est concinnior, alijs sumbat.

Q V I N S I N E R I V A L I , & C .] is amator amat fine rinali, qui deformem aliquem amat, neminem enim haber æmulum, neminem ruallem, transfert ad eos, qui ea magni faciūt, aut magnopere experti, quæ nemo aliis magni admodum æstimet. vtitur M. Tull. epist. quadam ad Qu. Frat. lib. 3. Hirrus anchor fore videtur. ὁ Δῆ, quām ineptus, quām si ipse amans sine rinali!

I N E R T I S] arte carreis, vel nō satis accuratè factos, sine arte: vt sup. sine pondere, & arte.

A L L I N E T A T R V M T R A N S . C A L .] s.] trans-

s.] transuerso calamo notabit, ac delebit, quod δελγεy dicunt Græci. M. Tull. epist. ad Dolabellam lib. 9. Profert alter (vt opinor) duobus versibus expensem Nitie: alter Aristarchus hos δελγεy.

A M B I T I O S A R E C I D E T O R N .] Jam purabit, & circūcidet nimis florida. sic sup. epist. ad Aug. luxuriantia conseru.

F I E T A R I S T A R C H V S] id est, castigator, & iudex feueris alienorū scriptorum. Fuit autē Aristarchus Grammaticus clarissimus, qui ad aliquor Homeri versus, quos non probabat, notam apposuit, iudicās eos non esse τέ ποιτης, sed παραπλεγμένοις. M. Tull. ad Attic. lib. 1. Quid multa? totum hunc locum, quem in Aristocratia ego variè mis orationibus, quarum tu Aristarchus es, soleo pingere, de flamma, de ferro, &c. valde & multum pertinet. Idem in orat. in L. Pisonē, Veruniam, quoniam non Aristarchum te, sed Phalarim grammaticum habemus, qui non notam apponat ad malum verbum, sed poētam armis per sequare, scire cupio, quid tandem isto in verū reprehendas. Idem ad App. lib. 3. epist. ut enim Aristarchus Homeri verum esse negat, quem non probat: sic tu (libet enim mihi iocari) quid disertum non erit, ne putaris meum.

H A N V G A E S .] verba sunt Horatij, quorū hæc sententia est, quas nugas esse ducis, hæc poētam semel ab assentatore derisum, ab eō, male acceptum, ac deceptrum, in mala seria deducunt, aut præcipitem agent, quoniam assentatorum oratione vana inductus, optimū se poētam esse sibi persuadet, & ita in magno, turpique in errore versabitur.

M A L A Q V B M S C A B I E S] mala, epithetum perpetuum. omnis enim scabies mala est, quamvis alia sit alia deterior: vt ea, quam ἄρχει, id est, scabiem feram nominant.

M O R B V S R E G I V S] quo qui affectus est, arquatus appellatur. Lucret. lib. 4. Lurida præterea fuit, quacumque tuentur Arquati: quia luroris de corpore eorum Semina multa fluunt simulacris obvia rerū, hunc morbum ἵκτερον appellant Græci, ab aue galbulæ, cuiusdem coloris: Celsus auriginem.

F A N A T I C V S E R R O R] ex quo fanatici appellantur, ed quod in fanis maximè furar, capita iactantes, oculos distorquentes, singulas denique corporis parteis, atque interdum totum corpus præter consuetudinem mouentes, vide Vlpian. titulo de adil. edito.

E T I R A C V N D A . D I A N A] que lymphares efficit, ex quo στελεχώναι dicuntur, significat obscurè, & dissimilante Horatius, fallitos, qui furore quadam, & afflato diuino poetam excitari, non studio, & doctrina cum ingenio coniuncta fieri existimant.

S V B L I M E I S V R R S] vel μετέργης, & neque calum, neq; terram tangentis, sublatos, à communi sensu abhorrenteis, de nubibus, & rebus supernis, vt suprà eod. lib. Aut dum vistum humum, nubes, & inania caput: vel sublimis intellige, ex alto, & intimo animi recessu deprom-

tos, vt Od. 15. lib. 1. sublimi ambitus, & Virg. Aen. 1. alta mente repotum, vel lege sublimi numero singulari, vt hoc significet Horatius, Hic dum sublimis, id est, plurimū sibi tribuēs, & magnifice se circumspiciens, & se plus nimio amans, verū ructatur, &c. vel sublimis, id est, μετέργης, id est, attentissima cogitatione suspensus.

R V C T A T V R J] imperu, nō ratione effundit: furore quadam mentis concitatus iactat, & euomit: vel dic verus ructatur, id est, putidos, ineptos & non ferendos versus facit: ructus edit, non versus.

D E C I D I T] quidam libri vet. habent decidat: ego nihil mutandum puto: decidit autem sic accipio, vt sit præter temporis.

E R R A T A] & animo, & corpore, ex quo error mentis: epist. 2. lib. 2. mentis gratissimus error.

L I C E T S V C C V R R . L O N G .] id est, licet clamet, iō, ciues succurrere, succurrere, eūmq; cladem lögē producat, nemo erit, qui curet attollere. vocent longum quidam coniunctè legūt cum verbo succurrere, id est, valde & multum productum, vt sit nomen, quod mihi non desplicer. alij coniungunt hæc duo, longum clamet: quibuscum facit Carissim. lib. 2. vbi huc locum profert. & ita longum erit pro longe positum, & ita Hom. 1. y. Autropo μάρχον ἀντεράδεξ αρδεύ αρέψαν: id est, at Agamemnon rex virorum longum clamauit.

S I Q V I S C V R E T O P E M] nonnulli libri vet. habent, si curet quis open, &c.

T O L L E R E] attollere. sic epist. ad Scœum lib. 1. crudelē tollere claudum.

P R U D E N S] sciens de industria. vt epist. 2. lib. 2. Prudens emīti vitium.

D E I C E R I T I] quidam libri habent projectum.

S I C V L I Q V E P O E T A] Empedoclis Argentini: de quo vide, quæ annotauimus super ad epist. ad Iccium.

D E V S I M M O R T . H A B . D V M C V P . E m p .] Exstar hoc in hanc de Empedoclis morte opinionē Laertij epigramma lib. 3. epig. quod ad hunc locum mihi videatur pertinere, Καὶ σὺ πότ’ ἐμπεδέκεις διέρη φλογῶνα καθίπεται, Πύρος ἔποντος ἐπτοῖς ἀθενάτων. Οὐδὲ επέρθηστο τοῖς σωτήροις βαλεσ, εἰς ποιόντας, Αλλὰ λαζήν ἐθέλων ἐμπτεῖται οὐδὲ λαζήν, id est. Et tu quodam Empedocles acri flammis corpore expurgato, ignem ex crateribus Aetnae immortibus ebibisti. Non dicam autē te tu sponte influisse in Aetnae flammis: sed cum te ex hominū conspectu subducere velles, in eas innitus incisti. Huius autem mortis genus memorie prodidisse Hippobotū scribit idem Laert. his verbis, Ιππόβοτος δέ φυσι τέλεστα τάρτη ἀδεκάνεια ὡς τοῖς τίλοις ἀγρύπνοις, εἴτα τοῦ Σεπτεμβρίου, τοῖς τέλοις καρποφόρος τῷ πέρας οὐαλέσθει, καὶ ἀφανίσθει, θελόρροιν τίλοις τέλοις αὐτοῖς φύλια βεβαῖσθαι, τοῖς ἐργασίαις θεοῖς. Ήτέροι δὲ γνωσθεῖ-

αὐτοῖς τέλος διῆ μηδὲ τὸν κευπόνων. Χλα-
ρὶς γὰρ ἐβέβαιον τὸν θάνατον, id est, Hippobrotus
estens aut ilium quondam se domo in montem Etnam
contulisse: deinde, cismē eō peruenisse, in crateras illas de-
finisse, atque ex oculis hominum tubatum esse, violentem
hanc de se sumam confirmare: se deum esse factum: posse-
riū autem rem patefactam esse, cum una ex eius crepidis
et flamus in altum subleuata, et electa esset, aree enim
crepidis viri solebat. Sed hanc opinionem refellens
Timaeus ait, Empedoclem in Peloponneso de
vita decepsisse, commemorantur & aliae de hu-
ius viri morte à Laertio opiniones, quas referre
longum esset.

P R I G I D V S] atra bile affectus, μελαγχολῶν.

atra bilis enim frigidissima est.

I N V I T V M Q V I S E R V .] sup. epist. ad lib.

qui enim inuitum seruare laborebatur?

I D E M F A C I T O C C I D E N T I] Gracum
 Iouendi genus, τὸν ποιεῖ τῷ κτενοντι, sic
 Lucret. lib. 2. de primis corporibus. Qui poterunt
 igitur rerum primordia dici, Et leibi vittare vias, ani-
 malia cum sint, Atq; animalib; sint mortalibus una,
 eadēque id est, ταῦτα τοι; ζωις. Idem lib. 3. quo-
 rum una Homeris Scenra potius eadem alii spon-
 quieta est. Idem lib. 4. Nempe eadem facit, & simius
 facere omnia turpi.

N E C S I . & C. F I E T H O M O,] huc admo-
 uenda arque accommodanda negatio est, vt sit,
 Nec sic homo id est, nec sanus erit, & ponet, &c. in-
 sanus enim, homo non est, & ita intelligentia
 locus ille Cicer. epist. ad Q. frat. lib. 2. sed cum ve-
 neris, virus te putabo, si salutis Empedoclea legeris:
 hominem non putabo, id est, patientem, & forte-
 mente putabo, si legeris: sed parum intelligentem,
 & parum sanum, & propemodum inhumaniū.

E T P O N E T F A M O S A M . A.] repente-
 da est negatio, οὐκούν: vt sit, nec ponet fam-
 m. am. vel sic locus explicatus, nec sic homo, vt
 factus homo deponat mortis fam. amorem. fa-
 mosam mortem intellige nobilem, & omnium
 sermonem celebratam, non ad laudem tamē, sed
 ad notam & vituperationem. Quidam formosae
 legendum censem: à quibus dissentiant.

N E C S A T I S A P P A R E T, C V R V E R-
S V S F .] id est, nec satis apparet virtus facinoris
 admissi causa tam grauiter sibi deos habeat ira-
 tos. non satis perspicuum est, vt iuri sceleris pa-
 nam luat, dum versus facit, sepulchre violati,
 an sublati, & loco moti bidentalis. signifi-
 cat autem cum poetas omnes in sanos esse, &
 miseros: tūm eos maximē, qui veribus incultis,
 & malis faciendis, sibi placent, vt bonis.

V T R U M M I N X E R I T I P . C .] utrum
 minixerit in sepulcrum patrum. locus omnis il-
 lato in eum mortuo ab eo, cui ius erat inferre,
 religiosus efficitur. Cū porrō neq; in loco fa-
 cro, neque in religioso cuiquā meiere fas esset,
 tūm multo habebatur sceleratissimum, filiū in
 patrum sepulcrum immicere: tūmque, qui id
 fecisset, existimabant furiarum rādis ardenti-

A bus, ut patricidas, perterriti, atque agitati.
B I D E N T A L] locum, in quem fulmen déci-
 dit, qui cæsis bidentibus, & ara exstructa expi-
 batur. Bidental (inquit Festus) dicebant templum
 quoddam, quod in eo bidentibus hostiis sacrificaretur.

C L A T R O S] clatros legendum, non clastros.
 Plaut. in Milit. glorioso. Nam certò neque solarium
 apud nos est, neque horus vallis, neque fenestra, nisi cla-
 trata.

T E N E T, O C C I D I T Q V E L E G E N D O] tale est illud sat. 3. lib. 1. amaras Porrecto ingulo histo-
 rias, captius ut audit.

N O N M I S S V R A C V T E M N I S I P L .

poetam ineptum, & sibi nimium placente, suol-
 que versus odiosè recitante, cū hirudine com-
 parat. Nam, quemadmodū illa tādiu hæret cor-

pori affixa, donec sanguine cōplexa exciderit:
 ita & molestus recitator auditore non dimit-
 it, donec ipse & recitando defessus, & suorum
 verbum laudibus satiarus sit. sic Theocritus in
 Pharmaceut. amore cū hirudine cōfert, quia
 videlicet amor instar hirudinis corpora vigi-
 lis, & curis maceret, sanguinemq; exsugat, At,
 οὐ ἔρεις ἀνίψη, οὐ πεν μέλαι οὐ γρός αἵμα Eu-
 phr., οὐ λιγαντίς ἀπει οὐ βδέλλα πτωτας; id
 est, hei, hei, amor moleste, cur atrum ex corpore
 sanguinem totum inhaerēs, vt palustris hirudo,
 ebibisti? Plaut. Epid. *Iam ego me vortam in hirudi-*

nem, atque horum exsugebō sanguinem, senati qui colu-
 men clienti, hirudines autē partibus corporis istū
 aut veneno liuētibus, & sanguine corrupto ma-
 le affectis admoueri solitas esse, ad venenū, aut
 sanguinem exsugendum declarat & Nicander
 θηλαιοῖς in extr. ibi, Διάποτε καὶ βδέλλας πορέ-
 σεις οὐτοῦ πάματος βόστων: id est, Aliquando cō-
 tiām hirudines locis à venenosa bestia morsis
 admotas sanguine pascens satiabis. Oppianus
 lib. 2. vbi loquitur de delphini, & amiarum pu-
 gna similitudine vtitur ab hirudinibus ducta.
 Ως δὲ οὐταὶ ιπτὴ πολυμήχανος ἔλκος ἀφίστων
 Οἰδηλέων, τῷ πολλὸν ἀνεργοῖς ἐνθέτεις Επέ-
 μελαι, θεραὶ δὲ γονὰ κακενόγονα λιγναὶ Ερπε-
 τὶς τερομόνῳ χτισθεῖσῃς οὐτοῦ θάλασσα θέ-
 λαι αἵμα, οὐ δὲ αὐτης γυραντοντα. Κυρτόταγ, ψυ-
 λύθρος ἐφέλκεται, οὐδὲ γενίτον, Εἰσότεις αἴμασερη
 ζερον ποτὸν δὲ ἐρύσαται. Ex γρός αὐτοκόλλη-
 τον, μεθύσον ομοια. Ως αἵματος, &c. i. quem-
 adinodū autem cū medicus multū sollers
 & ingeniosus vlcus hauriens tumidum, in quo
 multus impurus sanguis pascitur, humidus palu-
 dis generis, nigro corpore, reptilia corpori male
 affecto affixit, vt peredant nigrum sanguinem:
 illa autem statim in orbem circumacta incur-
 vantur, & sanie attrahunt, neque dimittunt
 donec sanguine grauata, exsucto calido san-
 guine ex corpore, sua sponte devoluta decide-
 rent ebris similia: Ita amisi, &c.

F I N I S.

ANNOTATIVNCVLA,

LECTIONES QVE VARIÆ IN OMNES Q.

HORATII FLACCI SATYRAS, ET EPISTOLAS,
 necnon in artem Poëticam, ad contextum Horatianum explicandum ac intelligen-
 dum oppidū quam utiles & necessaria: pagina & verū, proprio signo indicatis:
 dictionibus singulisque, sive locis, à quibus pendent, asterisco, seu stellula notatis.

In Satyram 1. lib. 1.

In Satyram 2. lib. 1.

Vagarum & impudicarum mulierum. Alij
 tibicinas, vel tibicines intell. vide annot. pag. 17
 vers. 1. saty. 2.

Alius, qui est avarus. ibid. D. vers. 2.

Vel in fasces, aut cumulum compressam
 profundat. ibid. vers. 6.

Fenori acceptis. ibid. vers. vlt.

Sic vappam, ac neb. sat. præc pag. 18. A. vers. 3.

Quinas centes. de forte deducit. cap. vt G.

τῷ περαλάγῳ. ibid. vers. 5.

N. scit. dat operam, vt habeat in nominibus

tirones, illis fenerans. ibid. vers. 7.

At(dices) pro magnitudine quaestus, in suum

vicium, & cultum sumptus facit. ibid. vers. 9.

Inquit illi Cato. Periph. ibid. C. vers. 3.

Qui gaudetis moechis suam nequitiam infe-
 liciter credere. ibid. vers. 8.

Penem amputaret. ibid. D. vers. vlt.

Iure omnes factum dicebant. ead. pag. 18. col.

2. Avers. 1.

Insanos sumptus facit. ibid. vers. 4.

Non plus daret, quām satis esset. ibid. vers. 7.

Hoc vno sibi placet. ibid. vers. 8.

Meretricis. ibid. B. vers. 2.

Damnum gr. accipit fama, quām res famil.

quām facultates. ibid. vers. 6.

Perf. matronæ euitare, & interim eandem fa-

mae, & rei famili. iacturam in aliis mult. facere.

ibid. C. vers. 1.

Pulchri, speciosi, pag. 19. col. 1. B. vers. 1.

Cupiditate illius accensum, Emere illū præ-

cipientem. ibid. vers. 4.

Recte faciunt. ibid. vers. 6.

Si matrone concupis, lege vetitū, & mul-

tis difficult. obseptum. ibid. C. vers. 6.

Cinerarij, qui calamistris crines inurūt. ibi-

dem. vers. 8.

Vel, Nil obstat cois tibi. ibid. D. vers. 1.

Vide annot. ibid. vers. 6.

Quidam rep. captat: de quo vide annot. ibid.

vers. 7.

Inutilia & vana ab vtil. & necessariis discer-

nere. ead. pag. 19. col. 2. A. vers. 5.

In Satyram tertiam lib. 1.

Cæs. cū effet is, qui cogendi potestatem ha-

beret. pag. 29. col. 1. C. vers. 2.

Mmm

Ab initio cœna vsq; ad secundam mensam
ibid.vers.4.

Clara voce inuocaret Bacchum. ibid. vers.5.

Qui sepe curr. velut fug. ibid. vers.7.

Iun. s. quæ qui ferebat, tardissimè incedebat.
ibid. D. vers.2.

Vt s. Nil æquale h. fuit illi. pag. 30. col. 1. A.
vers.3.

Seip. Epid. pro quolibet. ibid. B. vers.5.

Sagaciter odorantibus. ibid. C. vers.1.

Huius aratis. ibid. vers.2.

Ep. 1. l. 1. Si curtatas inæq. tons. capillos. &
ibidem, si toga dissidet impar. ibid. vers.3.

Examina. ibid. D. vers.1.

Alleg. de vitijs, qua innascitur animis, qui
Vestitus ianthinus. i. violacci coloris. pagin. 326. col. 1. A. vers. 1. in dictione, Lana.

Maligne. i. parcè. detrahere eorum laudi. ibid. vers. 3.

Per extētum fūmen. Rem difficillimam preſtare posſe viderur, & vel idem quod funā- bui, esse facturus, si opus sit. ibid. vers. 4.

Inaniter angit. angit peccitus, licet metu ina- ni. ita me afficit suis verbis, vt angat, irritet, &c. ibid. vers. 5.

Curam reddere breuem. vide annot. ibidem B. vers. 1.

multa q. u. f. m. f. p. sed tamen nonnulli sunt, quibus aliquid concedendum est. ibid. D. vers. 2.

Ædituos habeat, metaphor. q. d. custodes, in quorum tutela sit. vt æditius dicitur ab æde tuenda. ibid. vers. 3.

Alius, quam Lyssipus. ead. pag. 326. col. 2. A. vers. 7.

Iur. al. ex. esse Bæotum. alij, Bæotum. ibid. B. vers. 3.

Sic Satyra i. lib. 2. cupidum p. opt. Vires de- ficiunt. ibid. D. vers. 3.

Sedulitas grauat eum, cui stulte aliquod of- ficium, restandi amoris sui causa, defert. Präser- tim cūm scribendis versibus eum vult testari.

Quod dixit virget, dicit postea grauat. vide an-

not. pag. 327. col. 1. A. vers. 1.

In epistolam posteriorem libri

2. posterioris.

Agat, quidam exposuit, Loquatur rectilîus, paciscatur. pag. 346. column. 1. C. vers. 3. huius Epistola.

Verna, id est, seruus ex ancilla mea natus: aptus ministeriis ad nutus domini obeundis.

ibid. B. vers. 2.

Argilla. Talem reddes eum, qualem libu- rit, flecteo eius ingenium, velut argillam. ibid. vers. 4.

Plebecula, vide prolog. Hecyr. Terent. ibi-

IN Q. HORATII SATYR.

Res vrget. Nihil est, propter quod necessè fit mihi eum vendere. Nam quamvis pauper sim, in ære alieno non sum, sed meo. ead. pagin. 346. col. 2. A. vers. 1.

In scalis. Latuit met. h. p. in scalis. i. lori, quo serui caedeant flagris. ibid. vers. 4.

Excepta nihil. Si quidem nullum tibi scrupulum (vel merum) iniiciat fuga à me excepta, & quam præstare nolo. ibid. vers. 5.

Id est, milites, vt quidam volunt. Alij tamen de certo quodam milite intelligit. ibidem C. vers. 1.

Vehemens lupus ad prædandum factus acrior ex illa egestate, vt lupus ex fame. ibidem vers. 3.

Q. d. Inopia quantumuis rusticum ad illud ardiendum compellat. pagina 347. column. 1. A. vers. 1.

Imitari se velle dicit illius militis Luculli institutum. ibid. vers. 3.

Iratus Graii. Doceri quantum Achilles ira- tus, id est, doceri Iliadem Homer. ibidem vers. 4.

Quidam élleborum intelligunt, quasi ita vocer ad medicamentorum infamiam. Alioqui Auticennam cicutam vocasse élleborum nigrū. vide annot. ibid. C. vers. 1.

Comicis versibus, à Bione Aristophanis pa- tre. ibid. D. vers. 2.

Sale nigro. Salibus mordacibus, & amarulentia plenis. Vt contrā, dicuntur candi- dus, & candor, cùm ad animum referatur. ibid. vers. ed.

Fideiūsum, ad fideiūbendum. ead. pag. col. 2. A. vers. 2.

Quidam ex. interualla humano more comoda. i. non valde comoda, quales esse solēt res humanæ. vide atnot. ibid. vers. 6.

Pura, vacua obſculis. ibid. vers. 7.

Iurisconsulti. ibid. D. vers. 3.

Ædem Apollinis, & bibliothecam ei adiū- ãtam. pag. 348. col. 1. A. vers. 5.

Al. vacat. ibid. vers. 6.

Sannites, gladiatorum genus. Tanquam Sann. vide annot. ibid. B. vers. 3.

Obtrurare possim. vel, ausim. Obtrurare mihi liceat. ibid. C. vers. 4.

Quidam expon. Quamvis non debeant lo- co moueri, vt pote eius laetitate tutu. ead. pag. 348. col. 2. A. vers. 1.

Saltat. ibid. B. vers. 5.

Quod dixit torqueri, quidam aliter. ibidem C. vers. 2.

Non irasci ad insaniam usque ob leue ser- torum peccatum: quale est, cūm lagenam refi- gnant. ibid. vers. 8.

Q. d. Si sapiam, numeros illos pueris relin- quam, vt nugas illorū ætati aptas: ipsa aliud nu- merorū genus discam. Vel sapere, pro sapienter inſtituere. pag. 349. col. 1. A. vers. 1.

Al. mercatur & ære. Vide annot. de seq. ibid.

C. vers. 3.

Se fructibus suis ali putat, non autem em- ptis. ead. pag. 349. col. 2. A. vers. 2.

Suū vocat, quod eo usque patet, vt hi pu- puli, adīta pro limite est, qui distinguat agrum vicini a suo. Quidam adīta expon. viti marita- ra. ibid. vers. 4.

Frutic. & arboribus sylvestribus, partim succisis, partim incensis, fertiliorem reddat. aut, faciat, vt non adeo sit sterilis. ibidem C. vers. 6.

Sue magna natu, sue parua. vel, utrum naue magna, an parua ferat, nihil refert. fe- rer enim vnu & idem. Si non ingentes no- bis sunt opes, at certe non sumus inopes. pag. 350. col. 1. B. vers. 1.

Quidam expon. Tui generis authores li- benter recenses? Alij de arte intelligunt: de qua ingraescente non libenter cogitamus. ibid. C. vers. 6.

In Epistolam ad Pisones, de
Arte Poëtica.

Corpori cuidam ex diuersi generis mem- bris conflato, comparat poēma, cuius par- tes nullam inter se conuenientiam habent.

pagina 367. column. 1. vers. 1. huius Epi- stolæ,

Hypophora ex dicto vulgi. Atque pīct. &c. ibid. B. vers. 4.

In eos, qui ornatum suo poēmati querunt ex quibuslibet digressionibus, & episodiis ibid. vers. 9.

Imitari vis pīctorem, qui quid in pingendā cupresso esſet exercitatus, eius pīcturam illi etiam tabellæ inferuit, in qua illi depin- gendum erat naufragium. ibid. C. vers. 5.

Dum nimis ornatus sum studiosus, & po- lito genere orationis delector. ead. pag. colum. 2. A. vers. 1.

Gladiatorum, cuius tab. est infima. alijs no- men proprium. ibid. vers. 7.

Q. d. habita potentia sua ratione. i. virium suarum. ibid. C. vers. 1.

Quidam intelligunt de ea, quam compo- ſitione dicimus: vt Cicero juncta dicit, quæ nos composta. ibid. D. vers. 3. in dictione iun- citura.

Indicis. i. vocabulis. ibid. vers. 4.

Post rerum in al. est partie. &c. ibidem cod. vers.

Al. dedit. Ademptum Virg. i. negatum, non conſessum. pag. 368. col. 1. A. vers. 3.

Al. producere. ibid. B. vers. 2.

Sue portus Iulius, mari in Lucr. & Auernū lacum immisso, naues à ventis defendit (quod

Nnn. jj

ANNOTATIVNCVLÆ

est Augusti opus) siue Pontina palus siccata, nūc aruit, & fruges vicinis vrbibus ministret. ibid. vers. 6.

Versibus elegis, vt mox ead. pag. col. 2. A. vers. 1.

Illi scripta fuerunt res latae, & quæ ex animi sententia euenerant. ibid. vers. 2.

Socci & Cothurni. i. Comœdia ac tragœdia. ibid. vers. 6.

Lyricis versibus. ibid. B. vers. 3.

Reiicit à se. ibid. D. vers. 2.

Affetum varium pro mutatione fortunæ nobis indit: facitque, vt cum vultu prodamus, deinde & verbis declaremus. pag. 369. col. 1. A. vers. 8.

Sic versu 227. Ne, quicunque Deus, qui cūque adhibebitur heros. Sunt alioqui & aliæ lectiones, de quibus vide annot. ibid. vers. 6.

Argum. fabularum in medio posita, & à nemine præoccupata, sic tractare, vt ex iis propria facias. vide annot. de proximè sequentibus. item de po. Cyclico. ead. pag. 369. column. 2. A. vers. 2.

Fidus interpres, id est, seu fidus: perinde ac si fidi interpretis officio fungi velles. ibidem vers. 7.

Alias, referre. ibid. B. vers. 1.

Ouo, ex quo exclusa fuit Helena. ibidem D. vers. 1.

Elatus, elato animo. pag. 370. column. 1. B. vers. 6.

Ambitiosus est. ibid. vers. 8.

Cupidus sciendi, quæ futura sunt, contra illud. Quid sit futurum cras, fuge querere. Quidam exponunt, cupidus vita. ibidem C. versu 5.

Non discedemus ab iis, que vnamquam que atatem consequuntur, & illi conuenient. Vel, cogitatio nostra immorabitur in iis, quæ, &c. ibid. D. vers. 5.

Cic. Vt tragicis poëtae, cūm explicare argumenti exitum non potestis, confugitis ad deū, hinc prouerb. Καὶ τὸ μηχανῆς. eadem pag. 370. col. 2. B. vers. 4.

Alias, amicè. Legitur verò, & concilietur amicis. ibid. C. vers. 2.

Alias, iuncta. Quidam exponunt vineta orichalco. orichalco ex parte circumdata. ibid. D. vers. 1.

Vtilis aspirare, adesse, compl. Gr. more. For. p. quatuor foram. ibid. vers. 3.

Motumque de saltatione, vel de gestu. pag. 371. col. 1. A. vers. 7.

Ex vocibus, id est, sonis, quidam chordas intelligunt, vt dicant chordas esse additas. vide annotationem de hoc, & sequentibus. ibid. B. vers. 2.

Iuxta illos, qui tragœdiam deducunt τὸ τεττάγιον. i. hirco, qui illius scriptoribus primum erat. ibid. vers. 6.

Nudauit. i. nudos introduxit. ibid. vers. 7. Humilem opificum, & tabernariorum seru monem imitetur. ibid. D. vers. 1.

Quorum vsus dominatur: quibus res quatumuis obsecnæ, propriè appellantur. ibid. vers. vltim.

Iuslif lambeos versus trimetros quoque non minari. ead. pag. 371. col. 2. C. vers. 4.

Cōmodum se, & patientem ea in reprobēs: sed nō sit secunda etiā & quarta fede cedere vellet, sc̄ociali quadam amore. ibid. D. vers. 4.

In scenam missos. Iambus rarus, versus iambos in scenam productos, qui nimis tardi sunt ob spondeos, accusat vel nimis festinantiæ, vel ignorationis artis. pag. 372. column. 1. A. vers. 1.

Quidam rep. extra, pro, intra. At intra sperni venia intelligo, quamvis veniam sperem mihi datum iri, caute agere malens. ibid. vers. 7.

In epist. ad August. donec iam saevis aperta in rabiem verti cœpit iocus, &c. ibid. D. vers. 3.

Lex est accepta. Ibid. -quinetiam lex. Pœna que lata, malo quæ nollet car. q. Describi. ibid. vers. 4.

In eadem epist. de hoc. queritur: sed turpem putat in scriptis, metuitque lituram: ead. pagin. 372. col. 1. A. vers. 4.

Praefectum vnguem, alias, perfectum, vt sit metaphora à marmorariis, vel à stitoribus. ibid. B. vers. 2.

Ingenium misera. In eos, qui, quid De-mocritus furorem quandam ad poëticam requiri putaret, id est illiuui, & squalore, necnon solitudine nomen poëtarum auctorarum paretur. ibid. vers. 3.

Nil tanti facio, vt eius obtinendi causa insanus essem, aut insaniam simulate velim. ibid. C. vers. 5.

Scripta discipulorum Socratis. ibidem D. vers. 4.

Ornara dictis, seu sententiis philosophicis. alias, iocis. pag. 373. col. 1. B. vers. 1.

Ponderē, scilicet, verborum. Quæ grauitate caret. ibid. vers. 2.

Nugæq; canoræ. i. versus canori quidem, sed quibus subsunt res futile. ibid. vers. 4.

Vide satyr. 6. lib. 1. Quo pueri magis ex cencur. orti, &c. ibid. vers. 7.

Eu, vt Grac. &c. Sic apud Ter. ex Agr. gramm. vide annot. ibid. C. vers. 3.

Seniores poëmatæ inutilia reprehendunt. ead. pag. 373. col. 2. A. vers. 5.

Rhamnes equites. Quidam per hos intell. quoilibet iuuenes generosos, & qui animo sunt excelsi. ibid. vers. 6.

Chærilo fit similis: quem miror, & rideo, si contingat ei, vt duobus, aut tribus locis recte scribat. ibid. D. vers. 2.

Quoties dormitat optimus poëta, qualis fuit Homerus. Alij non de alio, quam ipsomet

Homero

IN Q. HORATII SATYR.

Homero intelligunt ibid. D. vers. 4.

Mediocritatem, mediocrem, & tolerabilem peritiam. pag. 374. col. 1. B. vers. 2.

Consulit iuris. Hac vélut per parenthesin, hoc modo, certis rebus medium concedi; & me diocritatem esse posse, &c. ibi. vers. 3.

Columnæ. ad quas prostant libri, vt satyr. 4. lib. 1. nulla tabula m̄cos hab. neque pilâ lib. Alij referunt ad columnam, quæ erat, vbi recitatabantur carmina. ibid. C. vers. 1.

Habens equestrem censem. Cui inuentus fuit census equestris, cūm censeretur. ibidem vers. 4.

Eo iudicio, cāque prudentia es, vt nihil sis dicturus, vel facturus inuita Minerua. ibidem D. vers. vltim.

At cūm edideris, non licet delere: quia nescit vox, missa reuerti. eadem pag. 374. column. 2. A. vers. 5.

Edita furentur oracula. ibid. C. vers. 3.

Carmina scribendo tanta fuit ad regum amicitiam via. ibidem versu 6. in dictione, gratia.

Reperta sunt, quæ ad oblectationem facerent: vt comœdia, tragœdia, mimi. ibidem vers. 7.

Alias, Baccho. pag. 375. col. 1. A. vers. 3.

Qui adhibetur ad canendas laudes Apollinis. ibid. cod. vers. 1.

Ex pueroruſ lusu hoc dictum natum esse aiunt. ibid. vers. 6.

Opiparam coenam præbere. ibidem B. vers. 5.

Lacrymas emitte, quas præ gaudio se emit-

tere simulabit. ibid. C. vers. 5.

Poculis quibusdam grandioribus. Dimiti- nituum à culeo. ibid. vers. 3.

Si negares. eadem pagina. 375. col. 2. A. ver- su 2.

Recidere. Ita mutare emendando, vt alij esse viderentur. ibid. vers. 4.

Verbum addebat. alias, insumebat. ibidem vers. 6.

Arte carentes. ibid. B. vers. 1.

Sic paulò ante, Derisor verò plus laud. mo. ibid. C. vers. 2.

Mala scabies. Quidam intell. de ea, quam Graci. Λέγει ἀγέλαιον. Aduersus eos, qui non, nisi furore quodam, & afflatu diuino perebant, ad poëticam aptos esse putabant. ibidem vers. 3.

Diana iracunda. vnde στελεχόντος dicuntur, & à Latinis lymphati. ibid. vers. 4.

Longum clamet, Io ciues succurrere. ibid. D. vers. 3.

Idem atque ille, qui occidit. pag. 376. column. 1. A. vers. 4.

Ad mentem humanam redibit, id est, sanam. Quasi infans, non si homo, quod extra se dicatur esse. Vel desinet yellet haberi deus, vt Emp. ibid. vers. 7.

In patris cineres. In paternum sepulcrum. ibid. B. vers. 2.

Bidental. locū fulmine tactū: qui cæsis bidentibus expiabatur. ibid. cod. vers.

Tanquam hirudo, quæ dimittere non solet cutem nisi plena cruris. ibid. c. vers. vltim. totius operis.

FINIS.

Nnn iii

HENRICI STEPHANI DIATRIBÆ, DE VARIIS in Horatium observationibus.

DE TITVLIS, ET ORDINE LI-
brorum Horatij: & de quibusdam, quæ huic editioni sunt peculiaria.

DIATRIBE I.

V M mei in omnibus quæ ad hanc editionem pertinent consilij rationem reddere constituerim, ab ipsis poëmati, ut per eft, initium suum: primùm de illorum titulis, deinde & de ordine, vel yōpus, x̄eis, verba facturus.

P R M OS quatuor libros, qui lyrics versus habent, non minus vocari posse Odarum quām Carmínem libros existimauit. Præsertim quum in illis ipmis exempli, vbi Carmín, non item Odarum, inscribuntur libri, vnicuique poëmatio sive idyllo nomen Odes tribuatur: ita ut quæ coniuncta nomen Carmín habent, separata vocentur Oda. Hoc tamen constat, quāuis Carmen ad omne versuum genus extendatur, interdum peculiari significatione, non de lyrico sed de heroico ab ipso etiam Horatio dici (quod alicubi Græca vox eos appellat: vnde epicis poëtae dicit, quorum princeps fuit Homerus) vt Epist. 2. libri 2. Carmín tu gaudes, hic delectatur ianbis. Ali quanto pōst, Carmina compone, hic elegos. Odarum autem libros, non Odarum lyricarum titulum feci: quod hoc adiectiūm lyricarum, superiacaneum esse (quod pace veterum quorundam codicum dixerim) mihi videretur.

L I B R V M qui illis subiungitur, & Epodæ liber vulgo appellatur, scio quodam quām Odarum librum nominasse. Ego titulum illum retinui, & retineo: sic tamen vt à quibusdam in eo dissentiam, quod Epodæ versuum intelligam, id est, librum qui habet versus ἑπόδοις: quum illi Epodarum librum significari putent: & tamen (quod mirum est) quim illas vniuersè appellat Epodas, vnamquamque seorsum Oden nominant. Qui enim vult hunc librum complecti poëmatia quæ vocentur Epodæ, cur idem poëmatium & Epoden & Oden dicet, & prima Oden, secundam, tertiam, atque ita deinceps, potius quām Epoden nominabit? At vero versus ipsos appellando Epodas, poëmatia ipsa Odas appellari non displaceat: quamvis in hac mea editione Epodi vbiique retinuerim.

Item autem putidum esse existimo contēdere, vocari ipsa poëmatia Epodas vel Epodos, non autem eorum versus Epodos. Nam qui volunt

ēπόδοις vocari quasi Odas posteriores, & quasi quis dicat vna voce Postodas, ab ipso Græcē lingue vbi refellūtur, qui in verbalibus huiusmodi prepositionis significationem mutari nō permitit. Ut enim ex ἑπόδῳ fit ἑπτόδῳ, sic ex ἑπόδῳ ἑπτόδῳ. Sedenim illi nō animaduertentes hæc sua sequi verba, magis ridiculè volunt prepositionem cum nomine Odae iungere, & Epodas appellare posteriores Odas, quām si quis posteriores Elegias, Epelegias: Satyras posteriores, Epifatyras: posteriores Hymnos, Ephyminos diceret. Et hæc tamē (etiam si prepositionem alicubi ralem vsum habere sciām) vix dici nisi à ridere volentibus (si quidem Græcē lingue compositionibus affuefacti sint) existimabo. At qui ἑπόδοι, non ἑπτόδοι vocant, peccato illi aiud addunt, quod ita ἑπτόδοι dicant, significare volentes ἑπόδοις, ac si ἑπόδοι pro ἑπτόδοι dicī possent. Neq; ea quæ à grammaticis constitutur apud Pindarū Epodas, sicut Strophe, & Antistrophæ, eos iuuare hic potest: etiā daremus, nihil cū illo nomine subaudiendū relinqui.

Putidum itidē aut certè subputidū videatur, dubitare an Epodi vocati sint hi versus, quod singulis longioribus versibus singuli breuiores (& quidem eiusdem generis plerunque) accinantur, vel potius subcinantur. Quem autem hic quibūsdam harere scrupulūm scio, quod ex altera dyntaxat versuum parte, & quidem eorum qui sunt breuiores, nomen libro inditum esse dicendum sit: vbi in exemplo familiarī eximam, quos appellamus elegos versus, considerare iubebō. Quin enim dicimus elegos, nōne sub his, quin breuiores sint, etiam alteros longiores, quibus iunguntur, comprehendimus? Falluntur enim qui elegos propriè vocari putant, alias quām eos quī hexametrī subiunguntur pentametros. Alioqui cur Horatius exiguos appellaret? Nam quum ita loquitur in Arte poëtica,

versibus impariter iunctis querimonia primum,
Post etiam inclusa est voti sententia compos.
Quæ tamen exiguo elegos emiferit auctor,
Grammatici certant, & adhuc sub indicis est.
Quum, inquam, ita loquitur, primum quidem de hexametrī & pentametrī verba facit; eos appellans

H. STEPH. DIATR. DE SVA ED. HOR.

appellans versus impariter iunctos: at vero vbi exiguo elegos dicit, non iam (vt vulgo creditur) de vtrisque loqui pergit, dubium esse significans quis primus elegias mixtis duobus illis versuum generibus scripsit, sed de pentametris tantum hoc dicit: id est exiguitatis mentionem facit, quæ certè illis est, vbi cum hexametrī conseruntur. Ac pro me facit etiam Trentianus, qui ad haec ipsa Horatij verba alludens, scribit.

Pentametrum dubitant quis primus finxit auctor. Verum (vt in meo Græcæ lingue Thesauro docui) tam Latini quām Graci elegorum appellatione vtrisque ita iunctos impariter comprehendunt. Nec tamen dubito, quamvis coniunctos paucis inueniamus, quin pentametris solis scripta olim non pauca fuerint. Ipse certè quodam huiusmodi me legere memini: nimis qui hexametrī copulati non essent: quos protulifsem, si mihi hæc scribenti eos quære vacasseret. Hæc igitur cū ita sint, nihil magis in his versibus Horatij, quām in illis, totum à parte nomine accipere mirari debet: præsertim quum in eo etiam similes illis sint Horatiani, quod & iuncti itidem sint impariter, & adiuncti, qui sunt breuiores, cum longioribus nomen suum communificant. Iam vero quod inter Odas etiam tales versus Epodi, id est, odæ quædam illis scriptæ repertantur, nihil nos hoc mouere debet. Aliud enim est, aliquot huiusmodi odas ceteris admiscere: aliud, totum librum ex his confidere.

S A T R A S vocari etiam sermones videmus: sed & tertium quoddam nomen habent Elogias.

Illa duo priora nomina tñeri posse Horatij auctoritate videmur: quod de tertio non itidem dicere possumus. Satyræ quidem certè appellacionem agnoscit, initio libri 2. Suni quibus in Satyra videar nimis acer, & ultra Legem tendere opus. Pro Sermonū autem nomine facere creditur quod ipse dicit: Alibi, nostrorum sermonem candidus index. Sed an hoc de Satyris tantum non etiam de epistles intelligendum sit, incertum est: quamvis plerique de Satyris peculiariter intelligent. Nam nec de eo quod dicit Sat. 4. lib. 1. se scribere sermones propriæ, constat, an ad Satyras tantum pertinet. Nec certè de illis eiusdem verbis, quibus sua scripta vocat sermones repentes per humum, Epistol. 1. lib. 2. quicquam certi habemus, an ad Satyras tantum referantur. Sed tamen Sermonum nomen Satyris potius eum dedisse, mihi fit verisimile: & ita solitum eas appellare quoties alterum illud nomen, vt odolum, vitare vellet: atque adeo ita inscripsisse. Neque tamen Satyras esse negat in eo quē paulò antè attuli loco: vt etiam negare non poterat, quoties aliquis non genus dicendi, sed argumentum quod tractabat, spectabat. Quoniam autem quidam negant magis Satyris quām Epistolis hoc nomen conuenire, si genus dicendi consideretur, ego ad illam quām artuli rationem duas addo.

Nnn. iiiij

eps. Aut etiam pro poematiū voce alia inueniri posset. Quod tamen dixi, iterum repetō me hęc non ita dicere, vt affirmem. Hęc enim, & alia quae premētibus ob typographica negotia temporis angustiis, tumultuarie scribo, doctorum virorum, similiq[ue] otio ad talia abundantium, iudicio relinquo.

Tertium illud nomen Ecloga, quod non itidem auctoritate Horatij nisi potest, antiquorū exemplariorū & veterum enarratorum, nēcnon aliorū quorundam scriptorū testimoniō confirmatur, quorum in numero sunt Ausonius & Sidonius Apollinaris. Atque his potius quām illis enarratoribus assertorū: quod hi Eclogas de satyris potius dīcat, illi nomen hoc ad Odas etiam extendant. Aut enim ego valde fallor, aut afficerū nulla potest idonea ratio, propter quam Satyris potius quām Odis appellatio illa conueniat: nisi quis nouo quoq[ue] modo vocem illā Eclogas interpretetur. De huius autem significatiōne dīca quod sentio, si prius tērulerū quād dochissimi duo viri, Caius Scaliger & Adrianus Turnebus de illa tradiderunt. Ille igitur de isto vocabulo hęc scribit: Quum quādam (id quod sapientissimo cuique euenire solet) etiam suis autoribus dispuicissent, ex incōdita turba ecrujū quād meditati non essent satis, quaque subito calore excidissent, selecta quedam concinniora, ea de causa οὐλογίας appellare placuit. Turnebus autem exīstimat Eclogas primū esse dīctas, quales hodie ē Diodoro, & Polybius, & Ctesia, & Theophrastus, & Strabōne reperiuntur. vnde & poematia imitata, Eclogas ēsē vocata: ut Bucolica Maronis & Theocrito. Sed eodem nomine & poematia sine imitatione, quod imitatorum breuitatem & similitudinem haberet, fuisse appellata. Hęc illi, neque inter se consenentes, neque fortasse satis firmis coniecturis nitentes. At ego quin Odas etiam poētae huius ab Ausonio & Apollinari Eclogas nominari considero, in hac voce ad selecta variè argumenta respici sentio: & vocari Eclogas ea poematia in quibus non certum aliquod & vnius generis argumentum posta propostum est, sed per argumenta varia velut vagatur. Hęc autem in ea expōsito nescio an futura sit gratior, et certe simplicior: neque conjectura vlla ntitur, sed ex eo ipso quod cernimus petitur. At si Eclogas ad eam exigere normam oporteat, vt (sicut vult Lambinus) habeant disputationes aut sermones aut quoddā locos breves, infīgines, eximios atque electos, haud sc̄io quomodo in omnibus Eclogis (præsertim si Oda) quoque hoc nomine appellantur, talia comparebunt.

EPISTOLAE nomē suū apud omnes (vt opinor) seruantur: quamuis & Sermonum applicatione comprehendī hęc poematia quidam existimat. Qua de re paulo, antē dictum à me fuit, quum de Satyris agerem. Ac certe Sidonius Apollinaris prima fronte videri possit Sermo-

nies Epistolis tanquam cognomen addere, vel non minus à Satyris quām ab Epistolis eos distinguere: quoniam postquam dixit *satyras*, subiungit *epistolārum sermonūque sales*. Verū crediderim potius, quum Satyras dixisset, de fabib[us] qui communē illis essent cum Epistolis, hoc intellexisse: sed appellantem sermones quas nominauerat Satyras. Quod si quis neque hanc meam de isto loco sententiam, neq[ue] duas illas præcedentes (vt certe posterior saltem explodenda esse videtur) hōc unum supereſſe putto, vt Epistolas quoque satyricūn aliquid, iudicio illius, habere dicamus: siue accusatiūs *satyras* ad vtrūque referatur per appositionem (perinde acsi dixisset satyricos Epistolārum & Sermonū sales) siue genitivo Epistolārum adstrinatur. Nam de hac expōsitione, quā *satyras Epistolārum sermonūque vocentur sales* per appositionem, vel cogitare vix audeo.

DE ARTE POETICA liber ad Pisones, item Carmen, item Epistola dicitur. Atque illorum in numero quād Epistolam vocant, est Charissimus. Sed hic certe eam absque adiunctione sic appellat: atque adeo quidam verba illa. *De arte poetica* non ēsē adēndā contendunt: nihil magis videlicet quām aliis epistolis titulus argumentum earum ostendens praefigur. Sed enim vno eodēmque loco ille grammaticus inscriptum etiam fuisse *De arte poetica* hunc librum, vel potius *Artem poetam*, declarat, quum de adverbio Impariter loquens, & vēsum hunc affectis, *versibus impariter iunctis querimonia primū*, scribit Terentius Scaurus in Comment. in Artem poetam, libro io. Adverbium, inquit, figurauit. Quāz quoniam ita sint, variè olim quāz quāz in scriptum fuisse hunc librum existimo. Ad me certe quod attinet, si nō nominem Epistolam, non libenter addiderim *De arte poetica* sed tantum ad Pisones adiungere Epistolā appellationi malum, alioquin *De arte poetica librum* vel *libellum*, aut *carmen*, aut *poematum* dixerim. Nisi forte quispiam ignoranti illis fuisse hac vocem poematum existimet. Verūm hac adeo parui ēsē momenti iudico (quānus longis aliorum disceptationibus agitata) vt mihi propemodū de lana caprina contentio hęc ēfideatur.

ORATIONES quoque mentionem me facturū quād promiserim, aliquid de hoc etiam dicā necesse est: quum alioqui de hac controversia idēm propemodū quod de proximē præcessentes sentiant: idēque quām prolixī in hac alii fuerunt, tam brevis ēsē ego decreui.

Primum locum Odis & Epopis debet, nēmo (quod sciam) inficiatur. Neque vēdō inficiari quisquam potest, quum Epist. primā initio dicat, *Prima dīcte mibi, summa dicende canōna*: primā canōnam, omnium consensu, versus lyricos appellans.

Secundum locum alij Satyris, alij Epistolis tribuunt. Sed illis qui Satyris eum dant, assentiū duabus

tiri duabus de causis malui. Primum, quod in illo quem ex initio primā Epistolę protulī versu, vt Odas primā canōnam, ita Epistolas summam appelleret: id est, postremam. Deinde quod à plerisque versus ille in Epistola ad Alium, *Albi, nostrorum sermonū candide index*, de Satyris intelligatur. Inde enim, prius scriptas fuisse quām Epistolas colligimus. Postremo, quod in Epistola ad Augustum, se studio poetico valedicere, ac potius recte viuendi disciplinam velle colere dicat.

Tertium autem & vltimum locum Epistolis deberi, ex iis quāz modū dixi, manifestum esse videtur. Neque vēdō vltimas esse illas negabū, quod eas liber De arte poetica sequarū, qui hinc quoque ēsē Epistolam ad Pisones scriptā, paulo antē ex me audierint.

HACTENVS de poematum Horatiorum titulis (nisi quis inscriptionēs aut Graecē epigraphas appellare malit) necnon de co-rundem ordine. Nunc antequam ab hoc velut limine abeam, quādam huic mē editioni peculiaria, in quibus primus lectorum commodatātē inseruisse volui, declarabo: nequis ea quā certo consilio à me facta sunt, atque vt legentibus essent adiumento, temerē contrā esse facta exīmet.

Odarum versus ita collocaui vt qui eiusdem generis essent, ab illis qui diuersorum essent generum distingui à lectore statim & primo aspe-ctu possent: quum in omnibus editionibus quā hanc meam præcesserunt, plerique quaternaria collocatione in odīs quā dīcoloi sunt vel trīcoloi, non solum discrimen illud tollatur, sed etiam quā diuersa sunt, inter se misceantur. Quāz quoniam vix absque exemplis intelligi possunt, ad ea vēnam: & primū vt in aliis ad huius vēque diem positi fuerint, deinde vt ipse posuerint offendam: ab Ode 50. libri. initium sumens, quā est trīcolos,

*Quis multa gracilis te puer in rosa
Perfusus liquidis urget odoribus
Grato Pyrrha sub antro:
Cui flauam religas canam
Simplex munditia: heu quoties fidem
Mutatōsque deos flebit, & affera
Nigris aquora ventis
Emirabitur insolens.*

Nemo est enim qui versus istos ita collocatos quaternos, sive per quaterniones, spiciens, non arbitratur primo intuitu duo tātū ēsse in singulis quaternionibus versuum genera: & pri-mū quenque diuersi ēsse à tribus sequentibus generis. At ille multum falletur: quum contrā primū & secundū vniuersi & eiusdem sint genera, duo sequentes diuersorum sint genera. Ego igitur contrā vbiq[ue] primū quemque & secundū quaternionis versum, quod pares & eiusdem generis essent, ab equali spatio cūrsū incipere, tertium & quartum, quod duoru-

nerum essent, à duobus diuersis spatiis currere voluī hoc modo:

*Quis multa gracilis te puer in rosa,
Perfusus liquidis urget odoribus,
Grato Pyrrha sub antro:
Cui flauam religas canam
Simplex munditia: heu quoties fidem
Mutatōsque deos flebit, & affera
Nigris aquora ventis
Emirabitur insolens.*

Eodēnique modo illa editiones quā dimēsio-nis notas singulis Odīs præfigunt, frustrā hīc quatuor dimensionē exempla ponunt: quā duo primi versū vnam & eandem habeant: atque ita tres tantū poni dimensiones debeat: hoc modo,

* -uu- -uu- u-

-uu- u-

-uu- u-

Ut vēdō in hac Ode, & ceteris quā sunt eiusdem generis, ita etiam in iis quāz alius sunt generis peccatur. Exempli gratia, Ode 6. eiusdem libri,

*Nos, Agrippa, neque hac dicere, nec grauen
Pelida stomachum, cedere neficij,
Nec cursu duplicit per mare vlysses
Nec sauvam Pelopis domum
Conanur, tennes grandia, &c.*

Quāz nimis primus quisque versus sibi peculiarem dimensionē habeat, tres qui eum in quaternione sequuntur, aliam inter se communem: quām contrā primi quique tres eiusdem mensurae sint, at quartus quisque differentia ab illis mensuram habeat. Idcōque ita collocandi fuerint,

*Nos, Agrippa, neque hac dicere, nec grauen
Pelida stomachum, cedere neficij
Nec cursu duplicit per mare vlysses
Nec sauvam Pelopis domum
Conanur, &c.*

Ex his exemplis, vbi à ceteris editionibus hac in re itidem deficiunt, lectors animaduerte-re poterunt. Atque idea mei consilij reddendā mihi fuit ratio, necui contra meum morem, no-uitatem (quās nimis studium in aliis repre-hendo) temere quās fuisse videberet.

NOTAS autem illas quibus versūm di-menſio, & quis cuiusque syllabā modū sit, indicatur, maliū, cum quibusdam, ad calcem libri reiicere, quām singulis Odīs præfigere. Verūm quām duo de horū carminū dimensionibus scripſissent fūsūs post Diomedem, Aldus Manutius & Nicolaus Perottus, iis quidem quā Aldus scriperat contentus fuit: sed in subiungendis vñicū generi Odīs quā ad ipsum pertinent, Perottum sequutus sum. Quāratio quanto sit aptior, qui hac in parte mēā editionē cum ceteris conferat, facile intelliget. Ni-hil alioqui à me immutatum fuit: nisi sic ubi a liquid manifēste veritati atq[ue] adeo illi ipsi quā sequitur dimensioni repugnans occurrit: quo-

ab Aldo fecit scriptū fuisse, persuasum omnibus esse deberet. Exempli gratia, vbi de undecimo metri genere loquitur, quale est Ode 18. lib.

2. scriptum est in filij etiam editione, secundum quenque versum, cuiusmodi est hic, *Mea renidet in domo lacuna*, esse iambicum dimetrum acatalecticum. Atque horum utrumque falsum esse res ipsa offendit: ideoque & trimetrum pro dimetrum & catlecticum pro acatalecticum, reponere non dubitauit. Nam ipse quoque ita metitur,

Mea ueni u - det in u - domo u - lacu u - nat u

Tria vero sunt præterea de quibus lector à me hic admonendus est. Primum, quosdam versus esse, in quibus metiendi nonnulli aliam, quam Aldus & Perottus, viam sequantur. Atq; vt illam ipsam Oden, ex qua modo versum attuli, in exemplum sumam; primum quenque versum, qualis est hic, *Non ebur neque aureum*, volunt Aldus & Perottus esse lambicum Archilochium dimetrum acatalecticum, qui constet amphimacro, & duobus iambis, vel ultimo pyrrhio: hoc modo,

Non ebur u - nequ' au u - reum u
At quidam sunt qui malint Trochaicum dimetrum catalecticum esse: vt constet ex tribus trochais, & syllaba: hoc modo,

Non e - u bur ne - u qu'u re - u um

Quid, quod de illo genere quod primum est apud hunc poetam, inter omnes non conuenit? Nam hunc versum, *Magnas atanis edite regibus*, sunt qui alio quam Aldus & Perottus modo metiantur. Atque hoc mirum videri non debet, quin etiam pentametro elegiaco, cui hic similis est, si unica syllaba addatur (veluti, si pro *Mercator metuens otium, & oppidi*, dicas, *Mercator metuens otium, & oppiduli*) non eosdem ab omnibus pedes cādēmque dimensionem tribui videamus. Plures tamen Aldo & Perotto de pedibus huius primi versus, quam de pedibus alterius, quem paulo ante protuli, assentiuntur. Alioqui & ipse Diomedes (quem consuli quium iam praecedentia scripsisse) priore loco alterum illum scansionem ponit. *Prima ode* (inquit) *metrum Aesclepiadeum habet. scandit uero sit.* (Et dicitur *tau - qu - u - epi - s*) *Spondeus, Dactylus, Semipes, Dactylis duo.*

Secundum, de quo lectorem commonefaciendum esse putauit, magis etiam scire refert. Quā enim mea versuū collocatio, cuius paulo ante mētōnēm feci, non habeat illos tērniōnes & quaterniōnes qui in aliis editionib⁹ spe-stantur, eam nominib⁹ illis quibus vntur, quā oden tristrophon vel tetraphon esse dicunt, minime respōndere p̄dico: ne forte quispiam in quārenda illa tristrophia & tetraphobia frustā laboreret: id est (si ingentē dicere licet quod sentio) in quārendis nūgis. Ita enim appellabo, donec aliquis strophon in his appellatiōnib⁹ aliquid commune habere docuerit cum ea quam apud veteres grammatici Græci

describunt. Illi enim scilicet eos versus qui digesti essent in duerniōnes, duas strophas: in terriōnes, tres strophas efficere dixerunt: qui in quaterniōnes, quatuor: & ita ex odis aliam, di-strophon, aliam, tristrophon, aliam esse tetra-strophon dixerunt. Imò verò (vt iam serio lo-quar) duo hīc quārenda sunt: primum, an credibile sit ita voluisse Horatius suos versus binos vel ternos vel quaternos incedere, etiam vbi non talis est metrorum viciſtudo: deinde an possit esse verisimile, aut illum aut ex veteribus quenquam, odis hoc vel illo modo gradientibus ex strophis facta nomina impofuisse. Quod ad illud prius attinet, non video quorsum interi vel quaterni ponendi essent versus, nisi sententiā clauderent. At nūquām hoc, nisi in Sapphico carmine vnuenire videamus: vbi quartus quisque (præterquam paucis in locis) sententiā finit. De posteriorē illa quæſtiōne (quæſtiōne enim vocabo, tanquam *enī*: quia fieri potest vt aliquid arcāni sub his quāe nugas appello, latet, quod ignorem) non aliud habeo quod dicam, quām nullam me posse (ex iis quidem quā apud veteres grammaticos lego (strophe) rationem inire cur in huiusmodi versuum ordinibus (si ita vocare licet) quod sūnit versus, tot strophæ esse dicendæ sint. Sed addam quod mihi sem totam magis etiam suspectam reddit. Quām in prima ode neque Aldus neque Perottus (de Diomedē ræceo, qui non solum ibi sed vbiique de his nominib⁹ tacet) de strophis illius quicquam annotassent, sed tantum monocolon esse dixissent: quidam, nullam stropharum mentionem hīc quoque fieri, non æquo animo ferentes, tetraphon & ipsam vocarunt: atque adeo ita legitur & in quadam editione Lipsiensi, quā prodit anno 1571. Atqui (ne commemo-re) quām varia sit in aliis editionib⁹ versuū huius odes collocatio in illa ipsa ita sunt dige-sti, vt odes illa sit aliqua in parte tetraphos (vt illorum vocem ridicula vñstupem) alicubi hexastrophos, alicubi in loco octa-strophos, alicubi & dodecastrophos: adeo vt quisquis ibi versus in huiusmodi ordines in-a-qualis (nō temere tamen) collocauit, totam illā quam titulus promittebat tetraphos per-turbauerit. Sed quid ego tam polystrophe in ista matæostrophia me vexo?

Tertium, de quo lectores facere certiores volebam, erat, in duabus Odis quā sunt in Epo-don libro, vñdecima videlicet & decimateria, non consentire hanc meam editionem cum iis que ab Aldo de earum dimensione traduntur. quād ego quoque vñ librorum autoritate fre-tus ea verba quā ille versu vno comprehendebat, in binos partitus fuerim. Ita enim illius edi-tio,

*Petti, nihil me, sicut antea, iuuat
scribere versiculos, amore perculsum graui.*

At mea ita (assentientibus & quibusdam Lam-bini

bini exemplaribus)

*Petti, nihil me, sicut antea, iuuat
scribere versiculos,
A more perculsum graui.*

Atque ita, quam ille vocat penthemimerin he-roicam, constantem è duobus dactylis & syllaba, à dimetro iambico separo. Idémque in decimateria facio: vbi dimetris postposita est penthemimeris quā hīc præposita. Ita enim apud eum, sicut & apud alios, legitur,

*Horruda temp̄fās calum contraxit: & imbrē
Nūesque deducunt lōuem, nūc mare, nūc filiū.*

*Quā ego ita in tres versus diuīsi,
Horruda temp̄fās calum contraxit: & imbrē
Nūesque deducunt lōuem.*

Nūc mare, nūc filiū, &c.

*L o c o s nonnullos quorum ancipitem esse
interpu-tionem, id est, quos duobus modis posse
interpongū, videbam, maluī lectori interpu-gendos relinqere. Veluti hoc in loco Odes 26.
lib. 1. *Quid Tīrid. item terreat vñc securus.* Ad me enī cum attinet, maluissim *vñc* cum verbo terreat iungere: sed quām viderem in omnibus editionib⁹ iungi cum securus, liberū lectori arbitrium interpongendi relinguendum putauī. Quo autem maioris momenti esse videban-tur loci, ex diligentius illi hac in re caui. Eandem verò cautionem & in Virgilio, quem vno codēmque tempore prelo commiseram, adhibui.*

I N E P O D I S versus duos loco suo motos in eum restitui. quod non sine vñius exemplaris allenū feci: quānq; illam iis deberi sedem tam manifestum it, vt multi fortasse, si hoc animaduertissent, absque vñlius etiam libri autoritate id ausuri fuerint. Qui autem sint illi versus, in sequentibus declarabo.

L I T E R A S quas maiusculas siue initiales appellamus, quibusdam vocabulis in versuum etiam medio apposui, vt sermonē ab una persona ad alteram transire, & dialogi formam habere ostenderem. vt in hoc loco Satyra 3 lib. 2.

Quid cessas agendum, sume hoc pisanarium oryz.

Quanti empti? Parvo. Quanti ergo? Octo asibua. Ehen

Quid referit, morbo, an furtus perāmne rapines?

Quis nam igitur sanus? Qui non stultus. Quid auarum?

Sutius & insanus. Quid si quis non sit auarum,

Continuo sanus. Minime. Cur Stoice? Dicam.

Alicubi autem possent fortassis & parenthesēs nota personæ vñius verba includi, quum vide-licet his alterius personæ sermo interrumpitur. vt Sat. 7. eiusdem libri,

*Vnde nisi lapidem? (Quorsum est opus?) unde sagittas?
Eodem illo typorum genere in primis vocabu-lis versuum, qui aliquam sententiā, id est, gno-men, habent, vñsus sum. Quā autē verè sint gno-ma, (nequis miretur, me nō pluribus locis eam notam apposuisse) docui non ita pridem in li-bello quem inscripsi. De virtutū encomio. Ne-que tamen negauerim fieri posse vt etiam ex il-lis ipsiis quæpiam prætermissa fuerit. At verò in*

illis dīctis quæ gnomica quidem nō sunt, sed partim ab ipsomē poeta usurpata esse videntur tanquam proverbia, partim apud eius postpe-ros in proverbia transfrerunt, quanta cauzione opus sit, docebo in destinata illis Diatribē. Interim exempli gratia proferre haec non pigebit, quandoque bonus dormitat Homerus. Hæc enim verba, vt hodie proverbialiter usurpantur, nihil mi-nus sunt quām Horatiana.

Versus etiam quosdam, quos Horatius ex a-liis in exemplum afferit, differentia typorum ab Horatianis distinx.

Placuit præterea mihi, vbi duo versus vocem vnam inter se partirent, ita vt eius prior pars præcedentem finiret, posterior sequentem inchoaret, posita utrobiusque eadem nota hoc in-dicare.

In scholiis autem seu annotationib⁹ mar-gini adscriptis quid sibi velint literæ illæ quæ fini quarundam sunt apposita, declarabo, vbi de opera illis nauata differam.

Cæterū quod attinet ad Odarum necnon ad Epistolārū numerum, lectorē monendū putauī, me posteriores potius editiones quām priores in eo sequutum esse. Nam in quibusdā ante multos annos excūs exemplaribus Odes libri primi plures necnon Epistolā numerātur: quod vñam Oden in duas partiti sint, ita dēmque ex vñna Epistola duas fecerint. Nam O-de septima, cuius initium est, *Laudabit alij claram Rhodon, aut Mytilenē, clauditur ibi hoc versu, Mobiliibus pomaria riuis.* ita vt hic versus, *Albus ut obsuro deterges nubila celo saepe Notus,* alia inchoet. Hoc autem nequis miretur, etiam in plerisque libris vñstus, versu illos in duas Odes distri-bui sciat: atque adeo Porphyriōnem huius distributionis mentionem facere: quam tamen non probat. Contrā autem quodam olim duas libri quarti, nimis decimā quartā & decimā quintā solitos fuisse in vnam commi-scere, ex eodem enarratore discimus: & quidem (quod mirum est) corum opinionem qui vñcam esse Oden volunt, non improbante, atque adeo magis tum receptam fuisse ostendente. In hunc enim versum, *Phœbus violentem prælia me loqui,* qui primus est Odes 15, scribit, *Quidam se-puant hanc Oden à superiori; sed potef illi inqui; quoniam hīc laudes dicuntur Augusti.* Vbi debuit potius dicere, separant hos versus à superioribus. Libri autem primi Epist. decimāquinta, ea est quā bi-fariam scaturit: vt narratio illa cuius initii est, *Menius, ut rebus maternis atque paternis fortiter ab-sump̄ta urbanus capit haberi,* aliam Epistolā inchoet. Atque hæc versuum istorum separatio etiam in plerisque libris veteribus cernitur. Sed video mihi profecto, quid in hūc errorē quodam impulerit, videre. Nam quād ex abrupto hanc narrationem aggrediatur, id arbitrio in causa fuisse cur cum præcedentibus cohædere non posse crederet. Quām ex abrupto eam esse

aggressum dico, intelligo, nihil praefantem, ac ne villam quidem particularam adhibentem, quam tanquam vinculo quadam cum praecedentibus connecti posset. Hanc autem coniecturam confirmat quod in alia naturatione, ad quam similiter ex abrupto transit, similem separationem in iisdem exempli inueniam nimirum Epistola septima: ut hic versus a quo initium sumit egestia illa de Vulteo historia, strenuus & fortis causisque philippus agenda Clavis, alij Epistola det principium. Fortassis autem & illi apolo, cuius initium est, Cerius equum pugna melior communibus herbis pellebat, idem contigisset, ni breuitas obstatisset.

Ceterum alias etiam editiones olim prodidisse sciendum est qua in alia re non minus stulte fidem nonnullis manuscriptis exempl. habuerint: nimirum in aescendis fronti Satyræ to.lib.1. hisce octo versibus,

*Lucili, quām sis mendosus, tēste Catone,
Defensore tuo, perūncam: qui male factos
Emendare parat versus hoc lenior ille,
Quo melior vir est: longè subtilior illo,
Qui multum puer & loris & funibus vidi
Exorsus, ut effe opem qui ferre pœnit
Antiquis posset contra fas illud nostra,
Grammaticorū equitū doctissimus, ut redemptus illuc.*

Libuit autem de hoc quoque te monere, & ista duo ad ea de quibus me in hac Diatribe dictatum promiseram, adiicere.

D E L O C F S H O R A T I I
qui vel in hac editione vel in aliis ex veterum exempli fide emendati fuerunt: deque iis quos nonnulli ex coniectura emendarunt, Diatribe ij.

V N C, quum de iis dicere aggrediar quæ nō item ab artist typographicae solertia aut diligentia, sed à veterum librorum autoritate potissimum pendent: vt eos quorum manibus hęc editio teretur, securos ab hac parte reddam, ante omnia de exemplaribus quorum präsidio & autoritate nititur, pauca dicenda esse putau. Sic igitur habeant: primum magnum illum exemplarium numerum, quibus Dionysius Lambinus, Antonius Muretus, Georgius Fabricius, Iacobus Cruquius vñt fuisse, in consilium adhibuisse, eorumque fidem sequutum esse: deinde & paucula quæ aliunde habuissent, consuluisse. Animaduerti autem, vnum ex iis quibus vñt sum (sue ipsi codices, siue lectiones diuersæ ex illis exceptæ, ad me peruenient) cum vno ex iis que Lambinus versauit, in multis conuenire. Equidem quod in eo annotatum erat ad lo-

cum illum Epodon, *tuisque venti partim eis, hæc voce partim eis*, significari partur apres: idem & in illo mco annotatum compcri. Cum illorum autem exemplariū lectionibus, veterum quoque scholiarum, Porphyrionis & Aeronis (siue, vt aiunt, Pseudoporphyrionis & Pseudacronis) lectiones conferre operæ pretium esse putau: atque adeo hac collatione operæ pretium alicubi me fecisti vidi.

S E D quamvis tot exemplarium autoritate niti me viderem, magna cautione in mutandis quibusdam lectionibus vtendum esse censui, etiam vbi multorum simul testimonia ad alterius lectionis confirmationem concurrebant: nec tantum libris vllis tribuendum esse duxi, vt nihil interim iudicio, in habendo delectu, trubueretur. Semper enim hoc ante oculos habui, habeo, & habeo, ideo lectiones iam receperas, ex quibus commodus elici sensus potest, non temere esse cum iis quas veteres libri nobis supeditant commutandas, quod eos quoque qui typographicas editiones primi nobis dederūt, veterum librorum fidem (exceptis iis in quibus incuria typographica peccat) sequatos esse cōster.

Potissimum autem eos locos mutare nolui, vbi quum recepta lectio comoda sit, ea contraria quæ pro ea reponitur non commodiorem significationem, sed candem, & aliquid etiam incommodi habet: nimirum quod ei venia opus sit, vt pote aliquo licentia genere vnti. Talis est locus Ode 16.lib.3. Quām si quicquid arat non piger Appulus. Cur enim huc cum Lambino vulgarem lectionem non piger mutasset in impiger, quū nihil aliud quām licentia carminis hac mutatione accedat? Sic in Podis, O ego nō felix quem in fugi, ut pauet acres Agna lupos. Quānus enim apud Charisium legatur O ego infelix, sine elisione, lectionem vulgarem minime mutandam esse iudicau. Quid debuine & aduersus huic locum *Constantis inuenem fide*, aliquid moliri? Certe si Latinē atque adeo Latinissimè non dicitur homo constantis fide, multi ex primariis scriptoribus errant: at si dicitur, cur voluerit Horatius licenter ita loqui, potius quām constantis fide (præsertim numerus id permittentibus) dicere? Huic loco scilicet valde accommodatus erat genitius antiquus fide pro fidei, qui nulli alij Odaram vel Epodon loco conueniebat. Neque enim ibi vñlum aliud huius archaisma exemplū extare potest. Legitur quidem Sat.3.lib.1. fide pro fidei, sed cogente verso, - quid faciam si furum feceris? aut si Prodidierit commissa fidei? At Virgilii & Ovidii, hic fide, ille die, pro fidei & dici itidem dixerunt.

Quid nōne & illos eadem necessitate cogi locis in illis vides, quæ hic cogitur Horatius? Ita denique sentio, nonnullos esse archaismos, sicut tropos, quibus poetæ (ac præsertim Virgilii) nulla etiam cogente necessitate vñt sint: quod versi, aut nulla aut leui mutatione stare absque

absque illo poterit: quosdam contraria quorum velut opem & auxilium versus implorauerit, ad numeros aptos alioqui non veniens. Talem esse hunc Nasonis dico, Metamor. 3

*Prima fide vocifera r̄ tamina fōfīt Cārula Liriope
Talem hunc Virgilii Georg.lib.1,
Libra die somniq[ue] pares ubi fecerit horas.*

Et AEneidos 1.

Munera letitiamque die, vt quidem nonnulli legunt, nam & dua alia lectiones afferuntur. At nulla necessitate cogēte minimè ita loquuturos fuisse puto: minus certè Nasonem quām vel Virgilium vel Horatiū. Atque adeo hunc nō magis delectatum hoc archaismo fuisse puto, quām ea quæ alicubi vtrius synchysi: qualis ibi est, *Phabbus volentem prelia me loqui, vñlitas & urbes, increpuit, lyra* Quis enim dubitet quin si huic ablatiuo locum aliū, suum videlicet, dare potuerit, datus fuerit? si quidem hoc tanquam certū ac minimè controversum statuar, illum eò ablatiū hunc referre voluisse. Video enim in plerisque editionibus nullam post verbum *increpuit* interputationem esse positam: nefcio an incuria prætermisam, an tāquam minime necessariam. Quā autē nō dubiu sit quin debeat huiusmodi synchysis in vtrio potius quām in laude ponit, miror esse qui versum hunc Satyr.5.lib.1.

*Penē macros arſit dum turdos versat in igne,
conquerantur ita ex veteribus libris esse mutatum,*

*Penē arſit macros dum turdos versat in igne,
etiam quorundam enarratorum siue grammaticorum autoritate hæc lectio hitatur. Nam his opponi non solum librorum veterum & alius cuiusdam enarratoris anonymi autoritas potest: sed hoc etiam, quod fieri non potuerit quin ista verborum collocatio quæ illam synchysin non habet, in mentem poeta prius quām altera veniret. Quod si quis alias multo duriores apud eum extare dicat, hoc illi concedam, sed non itidem nulla cogente necessitate illis vñlum esse, addam. Præsertim verò vbi lectionem vulgo receptam magis poeticam esse iudicau, alteram contempsi: vt hoc in loco, *Qās sit an adiçian ho-
dierne crastina summa Tempora dī superi*? Nam hic pro summa quādam exemplaria habent vita, non minus quidem certè aptum sententia, sed minus potiū, & quidem Horatiana (quām hīc illi sermones per humum repentes non scribat) conuenient. Sed adhibendo in variis lectionibus delectu plura in Virgilium.*

Interim tamen me nequaquam stulte religiosum fuisse videbunt, quicunque hanc meam editionem examinabunt. Ibi enim me quoque nonnulla Horatii vocabula reuocasse ab exilio competent. Quorum è numero est *Aclini*, in hoc Satyr.2.libri 2.loco, & quām *Aclini* falsis animis meliora recusat. Omnes enim editiones que illam Dionysij Lambini præcesserunt, *acclini* habent. Eandem autem vocem *acclini* nu-

*Tu, quum projectis insignibus, annulo equestris,
Romanorum habitu, prodit, excudice Dama.
Turpis, odoratum caput obsecante lacerna,
Non es quod similes?*

Non quid negem exindicem eiusdem esse formae cuius sunt exquastor & exconsul, pro eo qui iudicis officio functus sit: sed quid nichil in hac lectione tale animaduertam, ut alterius locum occupare debeat. Ut autem aliquid de his etiam lectionibus dicam, quae in aliquo vocabulo quod non itidem nouum est, inveniuntur, sed nouitatem tamen aliquam habent: ne his quidem assentiri me vobique potuisse fateor. Exempli gratia, quannus *regnant* & *Seruij* & ipsius. Porphyrionis testimonio confirmatum videbam, Qde vltima libri tertij, *Et qua pauper aqua Damnum agrestium Regnabit populum*, & constructionem Graciam, quam & in quibusdam aliis verbis imitatur, agnoscere, tamen vltimatam lectionem *regnator* tantisper retinui (sed *regnant* margini adscribens) dum veterum exemplis consensu accederet. Præsertim quoniam nihil præter nouitatem in altera viderem, quod eam nobis magis quam hanc commendare posset. Neque tamen eos qui illam sequi maluerunt, reprehendunt: tantum me in eam partem, ut nimium timidi, quam in alteram, ut audax iudicarer, peccare maluisse dico.

N B R V M. in coniecturalibus (vt ita loquar) lectionibus, me non religiosum tamum, sed plusquam religiosum, & ad superstitionem, vñque religiosum fuisse fateor: quod quidem ad earum in contextum receptionem attinet. Lectiones inquam ex coniectura profectas, tanquam pectora, à contextu procul remouisse, dico. Eas enim, quoniam extra libros autorum amem, sive in margine sive alibi sint annotatae, contra in ipsis libris postas cane pœius & angue odiisse me, & testatus sum iampridem, & nunc quoque restor. Lambinū igitur cum alibi, tum in iis quos proferam locis minimè sequitus sum. Legimus passim in illa aduersus Canidiam ironica, palinodia, *Citumque retro sole sole turbinem*. At Lambini editio habet, *volue, volue*. Vnde? Ex ipsis Lambini, Io. Aurati, & Caroli Vtenhouij conjectura. Omnes quidem libri (inquit ipse Lambini, in suis Comm.) & vulgari & manuscripti habent *slove, slove*: sed omnino legendum, *volue, volue*: itaque Io. Auratus, &c. Ad locum alium venio, qui est Sat. 4, lib. 1.

*Dij bene fecerunt, mox me quidque pusilli
Exixerunt animi raro & perpaucal loquentis.*
His Lambinum quoniam offendere genitius loquuntur, mutauit in accusativum *loquenter* ex conjectura. Quoniam verò, quoniam ex animi cogitatione proficiuntur oratio, ipse non dici posuit loqui: ut classaciones, quibus receptam lectionem aliquis mutaqueat, omittant: præterquam quod potest exponi. Eo sum ingenio, ea sum natura ut perpaucal loquar, vel, Naturæ sum taciturna,

Natura sum taciturnus. Nam etiam si animum pro natura minus aptè cum precedentibus adiectiuis accipi quis dicat, minimè nouum est ut idem substantiuum diuersis nominibus eodem in loco iunctum, diuersè sumatur. Est etiam quidam versus Ode 24, libri 3, qui ob similem dubitationem, vix conjecturalem eius audaciam effugit: *nimirum hic, virtutis que viam deferit ardua*. Ostendit enim in suis Comm. parum sibi placuisse epithetum *ardua*, iunctum cum substantiuo *virtutis*. At verò *ardua* possit cum Hesiode concineri. Ego verò Lambine afteram & alia quæ coniecturam tuam valde iuuent. Memini enim me *viam ardum* (sic ut op̄yion ορ̄ος dicit Hesiodus) legere itidem apud Silium, *Ardua virtutem preferit via*. Quinctiam apud Nasonem,

Difficile est fateor: sed tendit in ardua virtus.

Apud eundem de gloria virtutis comite,

Ardua per precep̄t gloria vadit iter.

Sed vicissim tamen vide quæ pro altera illa lectione recepta ex eodem Nasone afferre possim. Cecinit idem,

Ardua malimur: sed nulla nisi ardua virtus.

Quoniam hinc legi etiam *vincunt* fateor. Ille etiam locus quem modò ex eo attuli, de gloria virtutis comite, non minus pro hac lectione quam pro altera facere potest. quoniam vadere quidem per precep̄t iter dicit, sed simul arduam appellat. Quod si aperte tamē huius epitheti vñsum postulas, & qui neque ex alia lectione, neque aliunde in dubium vocari possit, entibz ex Statio, Theb. lib. 10.

Hac (air) in Thebas, hac me sub ardua virtus ire.
Libuit autem in his proferendis immorari, ut quam periculosè sint audaces coniecturae, letorem docerem. Alioquin tamē fateor, aut nullam aut parvam, quod ad sensum attinet, mutationem hinc esse, vt rōuis modo legamus. Nam virtutem arduam esse puto, cuius via est ardua, & quæ in ardua tendit, ut Naso loquitur.

Atque ut ad eos locos redeam qui non itidem audieram illam euadere potuerunt, exemplum habemus & in libro De Arte poetica: vbi scribit Horatius,

*Non quoniam videt immodulata poemata index
Et data Romanis, venia est indigna poetis.
Idcirco rōuis, scribāque licenter fan omnes
Pisuros peccata putem meatus, & intra
Spem venia cautes.*

Hic enim Lambinus & contredit legendum esse extra, nō intra, & illud pro hoc inter ipsa autoris verba reponere non dubitat. Sic legendum (inquit) quicquid obstrepat semido & i se positiuſ indocti quidam. Nam quid pœueritus lectione vulgata? Nemo enim cautus dicendus est qui spem venia peccat: contraria sibi omneith venia spem præcidit, & ita non peccat, cautus est. Hæc ille. At ego contraria tantum abest ut sine veteri, exempli autoritate ita emendate velim, ut ne illis

ne illis quidem autoribus (dum sint & quæ alteram lectionem habeant) id facere sustinam. Neque enim video quid obliter quominus ita exponamus intrâ spem venia, sicut in scholiis margini huius editionis appositis exposui. videlicet, *Quanvis veniam sperem mihi datum iri, cautē agere malens*. Q.d. *Quanvis non excludat illa spe, cautē tamen agere malēs, périnde acsi ea carem, non contra ea abutens*. Posset aliqui videri & istam expositionem admittere hic locus, Sic cautus ut interim de venia non desperem, siquid peccauerim. Verum alteram illam explicationem sequor. Carterūm de hoc quoque lectione obiter monebo (de quo admōnuit antea nemo, quod sciam) vocabulum *tutus* apud hunc scriptorem non vulgarem tantum significacionē habere, de eo qui est in tuto: sed posteriore etiā Græci nominis *τοπαλης* vñsum accipere. Est autem hic in illa itidem lingua rārior: pro eo nimirum qui se aliqua in re cautē gerit, & ita ut periculum viter, atq; adeo ut esse possit turus. Hinc sit ut hic tutu & cautum coniungat, alibi autem, cautum & timidū procellæ in poematio De arte poetica, *profissus grandia turges*. Serpit humi, *tutus nimium, timidus* procellæ. Huius autem significacionis apertissimum ex Thucydide exemplū tibi meis Thesaurus Græca lin-guae suppeditabit.

De *scie* autem vel *scie*, quod reponere ausus est pro cicutæ, quid dicemus? Ita enim Horat. Epist. 2, lib. 2.

- paupertas impunit audax

Pr̄ versi faciem, sed, quod non desit habentem,

Qua poterunt unquam satis expurgare cicutæ,

Ni melius dormire putem quam scribere versus?

Ita inquam in omnibus Horatiorum vet. cod. quorū quidem mentionem factam videbam: quoniam tamen nihil pro defensione huius nominis *cicutæ* afferretur quod Lambino satisfaceret, in *scie* sive *scie* mutare ausus est: quod Græcis medicis significat quas Lat. *cucurbitulas*, *interdum* & *cucurbitas* vocant. At ego non absimile vero esse arbitror (vt de iis quæ alij afferunt taceam) Horatii, partim ioco, partim etiam more poetico, speciei nomi pro generis nomine posuisse, & herbam istam *σεποδοκια* potius quam aliam nominasse. Quoniam ne hoc quidem, sat scio, Lambino facere satis potuisse. At si legisset quod quidam annotant, nimirum cicutam ab Auicenna elleborum nigrum vocari, non tam fortassis in sua coniectura sibi placuisse, aut saltē non tantopere admiratus fuisset, vt ea detruja lectione recepta, intrudere vellet.

Venio ad alium locum ex coniectura ab comedem emendatum. Is est Sat. 3, lib. 1.

insenit pater optimus horme,

vt fugerem exemplis vitiorum quæque notando.

Hic enim Lambinus non dubitauit contra omnia omnium editionum typographicarum (qua quidem in manus nostras pervenire potuerint) necnon veterum exemplariorum fidem quæ ipse

veteres codices illi assentiri vidi. Est autem is
Satyr. 2. lib. 1. quinetiam illud
*Accidit, ut cvidam testes canidamque saladem
Demeteret ferrum. Hic enim antea legebatur fer-
ro & quidam.*

Ceterum quod in Lambini, idem in Mureti quoque & aliorum omnium coniecturis feci. In huius certe editione insigne illius tam perniciose audacia exemplum habemus, Ode 2. libri 2. *Illum ager penna haud metuente solui rama fu-
perfer. Hic enim particula hand ex ingenio addi-
ta fuit: quasi alioqui Horatius contraria iis que
sentit dicturus esset. Quam emendationem, vel
potius depravationem, recte Lambinus repre-
hendit, atque ex aliis locis lectionem vulgarem
confirmat: sed nolim tamen cum eo, metuitque
tangi, *Nuptiarum expers*, exponere. Non vult tan-
gi, sed potius. Cautet ne tangatur. Sic, *Colpari me-
tuit fides*, non explicem, vt ille, Nemo est qui
violare fidem velit: sed, Fides cauet ne culpe-
tur. Caue prouider ne culpetur. vel, culpari
possit. Itidemque in aliis locis, atque adeo in co-
de quo nunc agitur, *penna metuente solui*: vt ita vo-
cetur penna qua caute volat, & quam sciat per-
niciose audacia exemplum habemus, Ode 2. libri 2. *Illum ager penna haud metuente solui rama fu-
perfer. Hic enim particula hand ex ingenio addi-
ta fuit: quasi alioqui Horatius contraria iis que
sentit dicturus esset. Quam emendationem, vel
potius depravationem, recte Lambinus repre-
hendit, atque ex aliis locis lectionem vulgarem
confirmat: sed nolim tamen cum eo, metuitque
tangi, *Nuptiarum expers*, exponere. Non vult tan-
gi, sed potius. Cautet ne tangatur. Sic, *Colpari me-
tuit fides*, non explicem, vt ille, Nemo est qui
violare fidem velit: sed, Fides cauet ne culpe-
tur. Caue prouider ne culpetur. vel, culpari
possit. Itidemque in aliis locis, atque adeo in co-**

terdum ore discimus. Nonnunquam enim à se-
ipsiis discedere, & mutata sententia, quod obuiis
amplexi vlnis fuerint (dum feruentem adhuc
fiam coniecturam admirantur, & in ea sibi pla-
cent) respire coguntur. Quod Lambino in hoc
ipso poeta accidisse videmus. Quum enim in il-
lis Epodis iam iambis, quibus Horatius Canidam
palinodia praetextu inflectatur, legeretur ita in
vulgatis editionibus,

*Quid amplius vniō mare & terra, ardeo
Quantum neque atro delibutus Hercules
Nefi crux, nec sicana feruida
Vrens in Atra flamma, &c.*

In vet. libris intuens Lamb. *virens*, sed htic le-
ctioni non acquiescens, mutauerat in *vibrans*,
atque hoc participium audacter in locum alte-
rius reposuerat, non tanquam coniecturam, sed
tanquam exemplarium testimoniis confirmata-
tam lectionem. Quid tamen aptius quam illud
virens, quid significantius requiri poterat? Quo-
modo melius exprimi poterat *flamma*, quæ non
paulatim vires pomeret, sed indomita, vt loqui-
tur ipse Virgilii, esset? Quānam alia quam hac
metaphora perpetuus flammæ vigor ob oculos
ponendum erat? Nōne etiam conferendus hic
locus erat cum altero eiusdem poetæ, vbi *vire-
re genua*, Graci poetæ Theocriti imitatione,
dicit? At ille, talia non considerans, Ex illo *virens*
inquit, quod depravatum est, coniectura du-
ctus sum, tanquam manu quadam, ad veram ac
germanam lectionem: *nimirum vibrans*. Quibus
addit, sibi videri flammam vibrantem ab Ho-
ratio appellari quæ stricti ferri aut luminis in
morem splendeat ac micet: vel quæ se attollat
atque ciaculetur in auras. Verū ecce, aliquot
annis post palinodiam canere cogitari, & faceri
perperam se ex coniectura reprobusse *vibrans*, re-
ctam enim lectionem esse *virens*, quod in vet. li-
bris legitur: sicut ab Homero dicitur *vicissim
φλάξ & παρχεὶν μαρτυρεῖσθαι*. Quid? nemone
fusas coniecturas, hoc exēplo deteritus, in me-
dium proferre audebit? Imò verò eos amo atq;
amplector qui libenter illas diuulgant, & om-
nibus considerandas proponunt. Fieri enim nō
potest quin aliqua saltē probentur, aliquæ a-
liorum ingenium ad intuendum quidpiam
aptius acuant. Neque verò ille qui aliquid in
hoc præstertim literarum genere editurus est,
expectare debet dum ita scripta sua recognoue-
rit atque limauerit, vt nihil in illis sit quod in
reprehensionem incurrire possit. Alioqui me-
ritò de illo quoque Horatianum illud dixerimus,
Ruficus expectat dum defensat annis. Sed vnum
hoc cauere debet, ne suo ingenio tantopere con-
fidat, ne ita sibi in sua coniectura, quantumuis
sit eu^oποντος, placeat, vt ipsi scriptoris textui
in typographicis editionibus manus emenda-
trices afferre, id est, emēdatricem coniecturam
inferre, audeat.

Vt autem ad Veneram illam editionem re-
deam,

deam, in ea certè multa sunt quæ Veneti typogra-
phi negligenter potius quam ipsius Mureti
vel oscitantia vel ignorantia imputanda esse
dixerim. Quale est satyri 8. lib. 2. non pro nos: hic,
Non maius veriti, postquam nihil esse pericli sensimus,
ergimur. Quum enim & præcedentes editiones
omnes habeant hic nos, & nemo dubitare poslit
quoniam ita legendum sit, hoc typographi esse erran-
tum persuasum habeo.

Quod itē Ode 6. lib. 4. *Egales* ibi scribitur,
sicut in editionibus inemendatoribus, non *A-
grym*, ne id quidem ab eo animaduersum esse cre-
diderim. Sic etiam de quibusdam interpuetatio-
nibus prauis iudicandum est. vt de hac, in Epo-
dis, *Horrida tempestus cælum contraxit & imbræ: Ni-
ueisque deducunt Ioseum*. Neq; enim Murecum igno-
rasse putandum est, hac verba, & imbræ iungenda
esse sequentibus. Quid quod etiam voces omis-
sa in ea editione non vno in loco reperiuntur?
vt Satyra 5. libri. *Nil illi larva aut tragicis effe co-
thurnu, pro, opus effe cothurnis*. Sed audi obsecro
cur potissimum hac commemorem. te mecum
misera Horatij forte deplorare volo, qui ex
illa typographica Scylla in Charybdi incide-
rit. Ecce enim, post illam editionem Venetam
quæ prodiit anno 1555. veniunt aliae cum aliunde
tum Lugduno, anno 1559. quæ omnes illius
editionis quos dixi errores (adiectis etiam if-
dem Mureti annotationibus) aliisque illis si-
miles quamplurimos fidelissime representa-
uerunt: adeo quidem vt etiam illud nomen *opus*
eo in versu omiserint, & nos in non eodem modo
mutauerint. Sic verò Ode 7. libri 1. in princip.
Bruto militia dulce, pro duce, quod videlicet in illa
Venera editione ita legeretur. Tantum verò ab-
est vt illis veteribus contenta fuerint, vt contrà
notas multe plures aduixerint. Quod ita
se habere, in illa præsertim Lugdunensi, non si-
ne summa indignatione cognoui: quod ante-
quam illam meis operis typographicis in exem-
plar proponerem, recognoscere necesse habe-
bam: ita quidem vt interdum in vnius pagina
emendatione & interpunktione non minus
temporis quam in scribendis meis in illam
scholiis consumarem. Vide enim obsecro pag.
205. illius editionis (vt vel hanc quæ prima oc-
currat, in exemplum afferam: vbi est pars Saty-
ra 1. libri 1.) quot illa mendis sit contaminata.
sed tamen amato queramus seria ludo, pro amoto. Ibi-
dem (vt de præcipuis tantum erroribus loquar)
Mille aret, pro Mille aret. Atque vt pag. 223. omis-
sa est vox *opus*, in illo versu quem attuli: sic pro-
nomine te, non procubil illis duobus locis cor-
ruptis, *Aut alius casus lecto affixit, habes qui, &c.*
quum versus non stet nisi legatur, te affixit. Sed
hæc menda quibusdam editionibus sunt pecu-
lia: at nonnulla proferre possum quæ maxi-
mum editionum numerum & occuparunt,
& quotidie occupant. Tam enim fuit iniqua-
fors eorum quæ Horatius scripta postea reli-

quit, vt quæ in illis selectissima verba erant, de-
prauationi maximè fuerint obnoxia. Simulat-
que enim vox quæpiam vel rara, vel obscuram
in eo cui adhibita erat loco significationem ha-
bens, occurserat, hoc vnum multis effugium e-
rat, vt in aliquam vicinam, quæ magis familia-
ris esset, mutaretur. Sic *adibibe* in *adhibe*, *sc. natat*
in *notat*, *sic pascit in poscit*, & multæ editiones o-
lim mutauerunt, & nunc quoque sunt quæ mu-
tent. Verū de istis Horatianis vocibus alius
etiam erit dicendi locus.

Ad Mureti autem editionem vt reuertar, sunt
quidem in ea & alia pleraque menda, quæ non
itidem typographo imputari debent: quum ip-
se Muretus in iis locis vulgatas editiones (alio-
qui tamen satis aperte corruptas) sequutus sit.
vt Ode 19. libri 2. *reclaque Penthei Diſicta non
leui ruina*. hic enim non stat versus nisi legatur
leni, sed superioris temporis editiones sequutus
est, quæ omnes vno consensu habent *leui*. Atque
ita legitur etiam in editione Lambini, quoniam
in suis Comit. erroris admoneat. Alicubi verò
quum superioris temporis editiones aliae re-
ctam aliae prauam scripturam haberent, prana
in illa Mureti editione seruata fuit, vt in illa ipsa
Satyra vltima, ex qua iam protuli *non pro nos*
positum, legitur, *siquis cananibus vna Fundant pul-
chre fuerit tibi, noſſe labore*: quum ex præced. edi-
tionibus quedam hanc lectionem habeant,
quædam verò non itidem mendosum, *sed quis*:
modò intelligamus esse quis pro quibus. quæ
in significatione queis aut quis scribi potius
folet, vt ponatur discriben. Sed enim de hoc
quoque mihi monendus lector fuerit: quedam
esse in illa editione quæ quum pro mendis ty-
pographicis haberet possint, sunt tamen ab ipso
Mureto ex veteri quopiam exemplari depro-
ppta. Quo in numero ponenda fortasse est vox
artæ pro artæ, Ode 36. libri 1. *memor Artæ non a-
lio regre pueria*. Ita enim ibi legitur pro artæ. Et
quamvis aperte mendosum effe videatur, hac scri-
ptura, vt illum eam ex vet. codice accepisse fu-
spicer (neque enim affirmare ausim) facit quidā
in quo eam inueni.

QVANVIS autem non paucorum Horati
locorum emendationem nos Lambino de-
bere fatendum sit, præter eos quos iam Mure-
tus emendauerat, ne ille quidem tamen nihil aliae
emendandum reliquit, & quidem vet. iti-
dem codicum, interdum & scholiorum testimoni-
o emendationem confirmante. Ideoque mihi
rari lector non debet, quoties aliae in hac
mea editione quam vel apud hunc vel apud il-
lum lectionem inueniet. Cuīs rei exemplum
habes Sat. vlt. lib. 1. vbi ita legitur in amborum
editionibus (sicut & in aliis superioris tempo-
ris) *Pollio regum Falsa canit pede ter percuso. forte
eos acer, & nemo, Varinus ducit, molle atque facetus*
Virgilio annuerunt gaudentes rure Camena. Hic dicit
epos ita exponit Lāb. vt in hac expositione labo-

rasse facile animaduertatur: at ecce tibi lector alia lectionem, qua te hoc labore leuabit, sicut & illum leuasset, si cognita illi fuisset: *-forte epos acer, vt nemo, varius, ductu molle atque facetus virg.* &c. repetendo ex præced. verbum canit. Consenit autem in hac lectione cum aliquot vet. codicibus enarrator quidam anonymous qui Iacobi Cruquij opera editus anno superiori fuit. Iam igitur unicus hic nodus supereft, cur nullam epicis carminis laudem Virgilis tribuat. Qui certè nodus Porphyronem non latuit. nam eum velle nobis solvere videtur, vbi ait, quum hoc Horatius scriberet, sola adhuc Bucolica & Georgica Virgilij in noritia fuisse.

Quemadmodum vero hunc locum ex illo etiam enarratore, vel (vt ibi vocatur) commentatore emendari videmus, ita certè non pauci olim ex illis Porphyronis & Acronis reliquiis corrigi à maioribus nostris vel postea falso potuisse: *si mens non leua fuisset.* Sed quæ apud eos emendationes tanq; in stercore iacebant, illæ postquam nostro tempore ex vet. cod. sunt allatae, non minore in pretio & honore, quam si celo delapsæ forent, habita fuerunt. Quum autem emendationes apud illos iacuisse dico, intelligo eos suis expositionibus tanquam manu ad emendationes quorundam locorum deduxisse, *si mens non leua fuisset*, vt dixi. Verbi gratia, quum in hunc locum Sat. 3. lib. 2.

Effugiet tamen hæc sceleratus vincula Proteus,

Quam rapies in iura malis ridentem alieni, hæc annotaret Porphyrio (sive Pseudoporphyrus, vt quidam eum vocare malunt) *Gracus est* * *Quid significat Si in ius rapere caperis,* non ex animo ridebit. Quoniam inquam hæc in locum illum annotantem Porphyronem multi quotidie legerent, nonne ad illius vulgaris lectionis emendationem, id est, vera lectionis inuestigationem, iter præbebat? præsertim quum in proximo sita esset? Nam si *iura* mutauerit in *ius*, ad eam peruerteris. Néque dubium est quin ex singulari nomine *iura* plurale *iura* quispiam fecerit iampridem, vt labantem scilicet versum fulciret: dum malarum non malorum ab Horatio mentionem fieri non animaduertebat. Interim vero tam fideliter hæc *Σελίδων τοις πόστερις* conservata fuit, vt etiam Mureti editio ea contaminata sit. Ex istimau autem aliquando decessit apud Porphyronem in lacuna illa Horaci versum, ex II. v.

Oi δ' ἡδη γναθμοῖσιν γελάων ἀλλογοῖσιν. Hoc saltem conflat, eum de illo intellexisse: etiam si verba non ascriperit, sed tale quid dicere contentus fuerit, Gracus versus est propter uberialis, vel Gracus ferme propter uberialis. Apud illum tamen enarratorem anonymum ita legitur *Gracus est ferme, qui significat, si eum in ius rapere caperis, non ridebit, ex animo, sed risum simulabit se malis, id est suo ore.*

Sic Ode 4. lib. 4. Porphyronem legisse per acuta belli (quam esse veram lectionem constat) non acuta bella, hæc expostio eius clamat, Absolutè dicuntur ea quæ sunt in bello periculifissima. Alioquin in eius scholiis verba Horatij ponuntur decurtata (sicut alibi passim) hoc modo, *Expediunt per acu. bel.* vt nescias verum illorum tibi legendum sit.

Sic denique & aliis plerisque locis vera lectiones apud eos, carumque nonnullæ in quibusdam etiam veterioribus edit, typographicis, integræ manifeste comperientur, quæ postea in alias mutatae multis in editionibus fuerunt. Sic videmus apud eos, Ode 15. lib. 4. *euaganti & emouit* apud eos legi,

Ianum Quirini clausit: & ordinem

Rectum euaganti frana licentia

Inicet, emouitque culpas.

Quæ lectiones in plerisque etiam libris vet. inueniuntur, pro *& vaganti*, & pro *amouit*. Quæ quoniam eiusmodi sint ut eas mutare minime necesse putauerim, habere tamen illæ aliquid magis Horatio dignum videntur, præfertimque illud *euaganti*: ac fortasse si illorum etiam enarratorum assensum vet. libris accedere tum comperisse, vulgatum ei cedere coegerit. Sic lectionis integratem conferuatum apud eos videmus & Satyra sexta, libri 2.

-ō si angulus ille

Proximus accedit, qui nunc deformat agellum.

Ite enim legitur in editionibus Lugdunensis in Parisiensibus, & nominativum in Coliniæ editione, anni 1539. aliis multis quæ postea prodierunt, accuratiore. Sic inquam legitur & in Italicis: sic in Germanicis, ac nominativum in ea quam dedit Friburgum Brisgoie, anno 1533. cum Glareani annotationibus. Sic deniq; & in Mureti editione legitur. Atqui vera lectione est non investigationem, iter præbebat? præsertim quum in proximo sita esset? Nam si *iura* mutauerit in *ius*, ad eam peruerteris. Néque dubium est quin ex singulari nomine *iura* plurale *iura* quispiam fecerit iampridem, vt labantem scilicet versum fulciret: dum malarum non malorum ab Horatio mentionem fieri non animaduertebat. Interim vero tam fideliter hæc *Σελίδων τοις πόστερις* posteris conservata fuit, vt etiam Mureti editio ea contaminata sit. Ex istimau autem aliquando decessit apud Porphyronem in lacuna illa Horaci versum, ex II. v.

Oi δ' ἡδη γναθμοῖσιν γελάων ἀλλογοῖσιν. Hoc saltem conflat, eum de illo intellexisse: etiam si verba non ascriperit, sed tale quid dicere contentus fuerit, Gracus versus est propter uberialis, vel Gracus ferme propter uberialis. Apud illum tamen enarratorem anonymum ita legitur *Gracus est ferme, qui significat, si eum in ius rapere caperis, non ridebit, ex animo, sed risum simulabit se malis, id est suo ore.*

teras dixisse, triens eu. Rem potius seruare tuam, ita legendum esse, non en, neque hem, neque heu, neq; hem, neque ve, satis declarat, quum exponit euge & bene: quoniam præue in en mutatum illud eu fuerit in eius scholiis. Nam & hoc miseris eorum commentariis non raro contigit, vt lectiones ipsi repugnantes in eos intruderetur. Quod cum alibi manifestò cognoscimus, tum vero in hoc loco, Odes ultimæ libri tertij,

Et quæ pauper aquæ D. annus, agrestium

Regnator populorum.

Quam enim hic scribat Porphyrio, notandum est eloquitionem quæ per genituum figurata est, atque his verbis se alteram lectionem regnauit (de qua dictum à me antea fuit) agnoscere testetur: tamen regnator his ipsis eius verbis prefixum fuit. Sed quid de his antiquis enarratoribus loquer, quum etiam quidam patrum nostrorum memoria (quum omnia barbarie ob sita essent, si quidem ea tempora cum nostris conferantur) de lectionibus nonnullis admonuerint, quæ hodie maximo applausu, rāquam è profundissimis tenebris nunc primum emergentes, recipiuntur? Sic enim videmus Christophorum Landinum, quod tandem à Lambino repositum fuit, male nominatis verbis pro male omittatis (quæ tamen lectio ferri & ipsa posse videtur) iam olim in lucem protulisse.

Quid si quis forte obiciat, vt è scholiis eorum hoc boni interdum percipimus, quod vera lectionem ex illis eruere possumus; ita vicissim ex multarum lectionum futilium & mendaciū originem esse: si neque in illos neque in illorum scholia culpam conferri debere, eidemque malo scriptores omnes qui adiunctas haberunt alias enarrationes, fuisse obnoxios cogite. Inde certè est apud hunc poëtam *properant pro trepidauit* in isto loco Odes 4. lib. 2. *Cuius oltanū trepidauit atas Clandera luftrum.* Nec dubito quid & obliquat, quod pro *denomat* in quibusdam libris legitur, Sat. 6. lib. 2. *depromptum inde fuerit.* Sic Sat. 4. lib. 1. *quemus media erue turba,* pro erue quidā cod. habent elige: quod è glossa sumptum videri potest. Eodemque modo Ode 4. lib. 3. v. t *premerer sacra. Lauaque collataque myrto,* Non sine dñs animo in infans, participium collecta, quod in quibuldam exempl. vet. legitur pro *collata*, non dubito quin sit expostio quæ locum vocis infinitiu, quem habet hic versus sequens, *No uendiales dispare cineres.*

Enimvero continere me non possum quia de illis enarratoribus aliquid adiiciam: id est, quoniam illorum sortem deponem, qui apud plerosque tantum abest vt ullam suorum laborum gratiam referant, vt etiam ob eos pessime audiant. Imo vero in eo illos reprehēdunt, in quo vicem illorum potius dolere deberent. Illi enim ipsi qui Porphyronem & Acrinem, quos habemus, subditios vel suppositios appellant;

qui lacros esse Comm̄tarios illorum, qui extera barbarie & quidem varia fœdatis negare nō possunt, qui Pseudoporphyrionem & Pœudacronem vocando consent, alicubi, tanquam sui oblitii, Porphyrionis & Acronis barbarie inuchuntur. Alij verò longius etiam progediūt, & eō quidem usque ut nihil eorum quæ sub horum grammaticorum nomine ad nos peruenient, illorum esse concedant. At ego cōtrā paucula quædam quæ apud Porphyriinem leguntur (nam ex eo Acro omnia prope modum mutuari videtur) tanti facio, ut dicam barbarie illam quæ plerisque locis eius scholja conspurcavit, esse velut nebulam (vt & hic Horatianè loquar) candidis stellis sparsam. Quid? nōne apud Seruium quoque, qui in Virgilium scripsit, nōne apud ipsum etiam Donatum qui luctuissimos illos in Terentium Commentarios edidit (apud illum tamen magis) multa legimus quæ aliquid barbariei respire videatur? Neque tamen quisquam est qui se multum ex corū lectione proficisse negare possit. Sed enim multo magis fœdati sunt illorum quam horum Commentarij, dicit quispiam. Hoc & ipse facto: sed propterea conteinandos esse nego: ac potius, quæ apud eos sunt insignia, tāquam autē stercore (vt aiebat ille) colligi debere dico. In eandem profectō & Gracorum scholia calamitatem incidisse videmus, & quidem ea etiam quæ primi ordinis esse existimantur. Potissimum autem particula A A A ΩΣ adiniculū hanc calamitatem illis inuestigata fuisse arbitror. Dum enim quisque sibi licere putauit quiduis illis inficeret, modò illam particulam iis quæ inserturus esset, præfigeret, ad ea tandem expositionum monstra ventum est, vt alicubi humano capiti cervicem equinam iunctam reperiamus. Multo tamen périculosiores sunt loci in quibus illa particula omissa fuit: quippe quæ lectorum (eum quidem certe qui talē eius vsum cognitum habet) præmonere saltem posset. Quis verò & in Latinis scholiis vocem ALITER eundem vsum prefittissime credit? Inauditam me rem narrare scio, sed quia tamen faciam ut lectors mox credant. Testimonium autem ex illo ipso nostri Horatij enarratore anonymo, cuius mentionem antea feci, vel potius ex iis quæ apud eum leguntur verbis, proferam. Hac enim apud eum scripta sunt, in Satyram scripta sunt, in Satyram septimam libri posterioris, Inductus seruus ex comedia, pura Danus callidus: qui dicit se non posse ferre, dominum suum alia ludare & alia facere. Alter inducit Horatius seruum loquenter cum domino suo de variis hominum moribus, liberè que taxanum domini sui vitia: quodque alter oīnat quæ pra se ferat. Hic enim verba illa. Alter inducit Horatius, quid obsecro sibi velle dicemus? quod referri illud alter censibus? Nimis aliter est illud Grecoī scholiorū A A A ΩΣ. debetque ita scribi hic locus, Inductus seruus ex

com, &c. qui dicit se non posse ferre, dom. suum alia ludare & alia facere. ALITER. Inductus seruus.

Sed neque omnibus locis quibus aliqua codem modo ab alio inserita fuerunt, appositum hoc aduerbiū inuenitur, neque omnia quæ inferre nonnulli aliorum commentariis ausi fuerunt, his similia esse (id est, cuiusmodi esse quæ itidem recipi possint, non minus atque illa quibus sunt adiuncta) compiciuntur.

Vt autem multa illis futilia & frivola adiecta fuerūt, ita non dubium est quin multa quæ magni momenti erant, & lectoribus magno adiumento esse poterāt, fuerint detracta. Quod nisi contigisset, multa querere alibi cogimur (& quidem frusta interdum) quæ ibi inueniremus. Eiusmodi est illud Satyra decimali libri primi, de Lucilio,

Non ridet versus Enni granitate minores?
Verisimile est enim enarratores aliquod huius irrisione exemplum artillifessūt à Seruio latum esse videremus. Quod non puto prætermis- situr fuisse Lambinum, si illum huius grammatici locum legisset, aut certe legere se meminisset. In hac enim Virgilij verba, En. II.

...sum late ferreus hafis
Horret ager, campique armis sublimibus ardēt, hæc
scribit, H O R A T I O N E S, terribilis est. Est autē
versus Ennianus, ut superatus à Lucilio, dicente per irri-
sionem debuisse cum dicere, H O R A T I O N E S, ET A L-
G E T. Unde Horatius de Lucilio, Non ridet versus En-
ni granitate minores? Neque tamen ita hunc ver-
sum puto afferriri, tanquam solus à Lucilio irri-
sus fuerit (alioqui dicendum esset Horatium pluralem pro singulari inuidiose usurpasse) sed tanquam unum ex iis quos Horatius ab eo ir-
risos esse dicat.

D E L O C F S H O R A T I I
ad quorū emendationē aliunde quam
ex vetustis exemplarib[us] iuuari pos-
sumus. Necnon de quibusdam in quos
diuersae lectiones ex auditu tantum
proferuntur. Item de nonnullis quos
alij non annotarunt, quum tamen
posse suspecti esse videatur.

DIATRIBE III.

A M V E R O (vt ad varias quo-
rundam nostri Horatij locorum
lectiones reuertar) præter illas
quæ apud eos quorū mentionē
fecit, inuenire potui, alias etiam
nonnullas alibi extare non dissimulabo: nimis
quarum vel apud veteres vel apud aliquos
etiam:

etiam nostri temporis fit fides. Quum autem veteres nomino, non tantum enarratores huius poëtae intelligo (quorum alicubi lectiones me cum vulgatis conferentem operæ pretium fecisse antea dixi) sed eos etiam qui alios poëtas enarrarunt, atque adeo omnes grammaticos. Neque hos tantum, sed alios etiam quolibet scriptores, qui hunc poëtam aliquando testem producunt. Incipiam igitur ab his verbis, quæ sunt Ode 18.lib. 2. Nulla certior tamen Rapacis Orci fine definata. Aula diuitem manet Herum. Hic enim ex non villo vet. codice, quod sciam, sed tantum ex Honorato Seruio habemus alia lectionem, sed ēa fine: quæ milii magis placet. Is exponēt versum istum Virg. En. lib. 6. sedibus huc refer ante suis, & conde seculero, postquam sedes de domo accipiendum dixit, addit, Aut dicit, Refer hunc naturalibus sedibus id est, terra, nam in aqua periatur. Peruntamen illud est, ut intelligamus eam dicere, sepelit eum, nam sepulchrū sedes vocatur. Horatius, Nulla certior &c. Vbi ramen typographicae horum Seruij Comm. editiones habet fine: sed legisse Seruium sedē ex eo manifestum est, quod hunc locū Horatij affectat ut probet sedēm de sepulcro dici. sicut Horatius loco Virgilianum subiungit, in quo itidem sedes de sepulcro usurpat: hunc videlicet ex initio libri 7. sumptum.

Et nunc ferunt honos sedēm tuus: sed que nō
Hesperia in magna (quia est ea gloria) signat.
Vbi tamen non minus aptum ex eodem libro
sexto testimonium afferre poterat. Istud vide-
licet,

Nec ripas datur horrendis nec rasa fluenta.
Transportare prius quam sedilis offa querunt.
Quamtis enim nullam hinc sepulcri mentionē
in sua expositione faciat Seruius, de sepulcro
dici, vel ex eo qui hos præcedit versu, manifestū
est. Iam verò & in eodem libro legitur codem
modo dictum, sedibus ut saltem placidis in morte
quietam. Neque verò Virgilium tantum, sed alij
etiam poëta sedem vel fedes de sepulcro dixisse
obseruanū. Sic enim Nafo Metamorphos. 7.
...parisque latronis Terra negat sedem, sedem negat ob-
sibus vnde. Itidem numero singulare, poëmatio in
Ibin, & nullā sedē quietus erit. Dici enim hinc sedē
de sepulcro, apparet ex hoc qui præcedit versu,
sue aliquis dignatus erit supponere terra. Nunc su-
perest ut videamus quam bene Horatij loco
scripta haec conueniat, portius quam altera,
fine. Nulla, inquit, aula exspectat diuitem herum
certior destinata, quam sedes rapacis Orci. Cui
simile fuerit illud Nafonis, ubi vtitur etiam co-
dem vocabulo, serua aut citius sedem properamus ad
vnam. At verò ex altera lectione eruemus quidē
eundem sensum, sed ita ut duriusculē dictum
esse fine fatendum sit: nimirum si non sedē Orci,
sed finem Orci appellamus aulam. Hoc vnum
addam, si retineatur fine, nolle cum Lambino ei
adiūgere participiū destinata: ut nec alteria abla-
tiōne sedē adiunxi.

Et quibus fuit illa iuria Argo.
Deucta in mare tam periculosum.
Quod si quis ideo parum fidē habendum esse
Accursio putabit Horatianum aliquem locum
afferenti, quod in sua tum arena non veretur,
ego contrā rem istam interpretor, & tanto mi-
nus suspectam eius fidem esse debere censeo.
Neque enim timendum est ne locum illum ci-
tans, è diabibus lectionibus vim fecerit: multo
etia minus nequid ex sua conjectura admiscue-
rit. Quemadmodum igitur magis suspectum
est vnum ne non satis sincerum sit, quod à cau-
pone quam quod ab aliis emitur, ita minus su-
spectam esse debere dico qua ab Accursio pro-
ficiuntur lectionem, quam si eam ex ore alicuius
qui poëtica studia tractaret acciperemus.
Ea est in Epistola 16.lib. 1.

*Nam de mille faba modis quum surripit unum,
Damnum est non facinus mihi pauci tenus isto,
ille enim hunc locum afferens, posterioreni
versum ita legit,*

*Est damnum leuius mihi, non facinus tamen esto.
Facit autem Latinæ linguae consuetudo vt lec-
tionem hanc illi præferamus: quum ea poscat
vt dicamus, sicut gracie damnum, & gracie faci-
nus, ita leue damnum, & leue facinus: non autē
lene, Alioqui certè eadem ex vtraque lec-
tione sententiam elicimus: quum manifestum sit
leuius etiam repeti cum substantio facinus de-
bere.*

*ATILLAS inter lectiones quas à hemihe
annotatas inueni, sed ex ore amicorum habeo,
primum dabo locum cuidam, quæ est in Ode
5.lib.; Quum enim ibi omnes editiones ita scri-
bant, *Hic, unde vitam sumeret, inscripsit, Pacem duello
misericordia, amicus quidam se in Antonij Contij ver-
teri libro legisse dixit aptius, non inscripsit.* Quæ lec-
tio non propter nouitatem (vt multi vñueni-
re video) sed ob maiorem concinnitatem magis
mihi placet. Videtur autem bifariam exponi
posse: nimirum hoc modo, Hic miscuit pacem
bello, è quo tamè aptius vitâ sumere potuerit,
quā è pace. Id est, *Quin tamen bellica forti-
tudo aptior illi ad vitam conseruandam, siue
ad consulendum salutis sua, effet.* Q.d. Quam
in bello collocare spem salutis debuerat, te ad
fortiter pugnandum comparando, eam in pace
collocauit. Sed alter sensus magis obuius esse
ac mollius fluere videtur. Hic miscuit duello
pacem, è qua aptius vitam sumere posset. Hic,
timore mortis correptus (nam proximè prece-
dunt hæc verba, *timuitque mortem*) miscuit bello
pacem, tanquam aptior fibi ad vitam conserua-
dam futura. est. Alteram autem lectionem
inscripsit, hunc esse sensum crediderim.
Hic quum nesciret quæ ratione saluti suæ con-
sulere posset, tandem id se consequuturum mi-
scendo pacem bello sperauit. Vido quidem &
aliam expositionem: sed quæ sit durior: nimirū
si ita explicemus, Hic pacem duello miscuit, nō
animaduertens quis facti huius futurus esset
exitus, per quod vitæ sua consulere volebat.
Vel, Non cogitans quid ageret, & quā male
suis rebus consuleret, quā è pace salutē quer-
ret. Quijetiam possit aliquis (vt opinor) unde
exponere Ex quo hoste, manente eodem sensu-
fici. Non præudens è quali hoste vitam redi-
meret (id est, redempturus esset) vt hoc efficere
posset pacem duello miscuit.*

*QVM autem ex his cognoscam, lectiones
aliquas in nonnullis reperi libris, aut etiam
in certo quopiam libro, eoque vnico (quippe
quum illi quos antea nominati, tot vsi exempli,
in nullo eas inuenerint) non sine aliqua spe
locos aliquot huius poëta posse me hinc propo-
nere. Ex quo hoste, manente eodem sensu-
fici. Loquitur autem de loco qui ita le-
gitur*

vulgata lectione in illis vel in illorum quopiam
habent, vt me certiores facerent (beneficij
non immemorem futurum) rogare. Quos igitur
mihi memoria nunc suggerit, sunt hi.
Satyra secunda, lib.2.

*- puer hunc ego parvus Ofellum Integris opibus noni
non latius vsum quam nunc acciss. Subdubito eni-
m he laetus ab Horatio scriptum potius fuerit quam latin. Melius certè conueniret & cum his quæ non multo post sequuntur verbis,
- quanto aut ego parcus aut vos O pueri nituisse. Altera
enīm lectione, vixisti pro nituisse, planè reicienda est. Neque verò Nituisse exponentum est
Splendide vixisti, vt quidam explicant: sed
potius, Pingues & nitidi fuisti: ex hoc ipius
Horatij loco, *Me pinguem & nitidum bene curata
cute vises.* Sic Virgilii taurum nitentem dixit
de pingui, Aeneid.3, quem Homerice θελαθοντες
ἀλοιφη dicere positis. Dixit verò idem ποστίλη
θελαθοτες, nechon ηλαθοφη.*

Item Epist. 17.lib.1, libentius legerem *cures
quam curat*: hoc in versu, *Ne semel irrisus triujs at-
tollere curat Fracto crure planum*, vt hic, sicut præcedens,
pēdeat, à particula *vii*. Haec enim sunt que
præcedunt verba, *vii mox Nulla fides damnis ve-
risque doloribus adiit.*

Maioris momenti est hic locus, in fine Epist.
1.lib.2, *Nil mori officium, &c.* Vix enim procedit
ea quæ mihi esse videtur huius loci sententia,
nisi scribatur *morer* & patio p̄st optem. Quæ au-
tem illa sit, dicam in sequentibus.

Leue est quod addam: videri legendum abra-
sum potius quam *adrasum*, Epist. 7.lib.1.

Nec de *cheragra* dicere pigebit quod sentio:
me mirari quomodo Horatius primam in hac
voce corriperet ausus fuerit, atque adeo vix hoc
mihi verisimile fieri: sed potius credere illum
cheragra scripsisse: quum fatis notum sit Græcos
χερα, etiam non minus quam χερα, dicere.

Alij quidam sunt loci mihi suscepiti, quoruſ
fortassis aliquis in margine libri à me annota-
tus fuerit. Sunt præterea loci nonnulli in qui-
bus reæpta interpunctione mihi non placet, quo-
rum aliqua sicut à me mentio vbi de iis qui va-
riè interpunguntur differam.

Ex his cognoscere poterit lector quam reli-
giofus in seruandis receptis lectionibus, quan-
tumlibet suspectis, fuerit: nisi vbi vñis saltē
exemplaris consensus acceperit. Alioqui enim si
illam cuius antea memini circa cōiecturas au-
daciām (id est, in arrogando conjectura id iuris
quod librorum veterum duntaxat aut aliciuius
ex vetustis scriptoribus fidei debetur) imitari
voluissim, aliquam saltem ex illis conjecturis
in ipsum contextum (vt vulgo vocamus) intrude-
re mihi permissem. Sed talem à me Deus
mentem auerterat. Quod verò in illis Epodis ver-
sibus quibus vita rustica laudatur, ordinē duo-
rum versuum mutauit, ne id quidem ex sola cō-
iectura feci. Loquitur autem de loco qui ita le-
gitur

DIA TRIB. DE SVAE D. HOR.

gitur in aliis editionibus,
Ergo aut adulta vitium propagine

Altas maritat populos;

Aui in reducta valle magientum

Prospectus errantes greges:

Inustilesque falce ramos amputans,

Feliciores inferit.

Horum enim ordinem ita mutant,

Ergo aut adulta vitium propagine,

Altas maritat populos;

Inustilesque falce ramos amputans

Feliciores inferit:

Aut in reducta valle &c.

D E A R G U M E N T I
tis quis singulis Horatij Odis, Satyris,
Epistolis in hac editione prefixa fue-
runt. Item de Odis quæ locos ab aliis
poëtis tractatos habent.

DIA TRIB. IIII.

R G V M E N T A quoque, non
solum vbi dearent, conscribère
necessè habui, sed etiam vbi ali-
qua in aliis editionibus erant,
mutanda (quod mihi præter o-
pinionem evenit) fuerunt. Hic enim labor, quam
ingratuus mihi erat, tam necessarius esse huic
mea editioni (nequid illi hac in parte deesset)
videbatur: quum plerisque locis præfixa eius-
modi videbant argumenta, qua id tantum de
quo in una Odes parte agitur, complecteretur:
nonnullis autem, quæ ad poëta verba quidpiam
de suo adderent, & non tam argumētum quam
mihi permisi. Quoniam autem trāpositio huc
multo etiam feedior & damnosior est quam ea
qua illo Horatij loco erat, remibi gratiam fa-
cturum me speravi si eam tibi proferrem, & iu-
dicem te sumere. Considera igitur hos versus
Aeneid.10.

*Ac velut ille canum mortu de montibus altis
Actus aper multos vñsuln quem pinifer annos
Defendit, mulosque palus Laurentia) glau
Pastus arundinea; postquam inter retia ventum est,
Substitit, infrenaque ferox, & inhorruit armos:
Nec cingulum iras propriae accedere virtus,
Sed taculus tuusque procul clamoribus instant:
Et aut aliter, iusta quibus est Mezentius ira,
Non ulli est animus stricto concurrere ferro:
Misilibus longe & vasto clamore lacefint.
Ille autem impavidus partes cunctatur in omnes,
Dentibus infrending, & tergo decutit hastas.
Venerat antiquus, &c.*

Hos enim datus versus, ille autem, &c. & proxi-
mè sequentem, ita sedem motos esse, & de aperto
non de Mezentio à Virgilio scriptos esse dico:
hoc modo;

*Sed iacula tuusque procul clamoribus instant:
Ille autem impavidus partes cunctatur in omnes,
Dentibus infrending, & tergo decutit hastas:
Et aut aliter, iusta quibus est Mezentius ira,
Non ulli &c.*

Pronomen autem ille in primo verso non ob-
flare quominus verba sequentia parenthesis in-
cludantur, quum alij quā vulgarem vñsum
habeat, in mea editione docui:

Farre pio & saliente mica.

Vbi etiam doctis vir Lambinus obsecrum ex
aperto locū facit, dum sumptuosa hostia vñlē esse
caſus septimi: & significare Propter sumptuo-
sam hostiam. Afferat verò & aliam expositionē,
vt immunis manus pro improba sumatur: & mul-
tam denique in huius loci explicatione se tor-
quet: quum alioqui non sit eiusmodi qui nego-
ti quicquam faceſtere possit, modò quis argu-
mento, quod huic Odæ præfigebatur antea, nō
præoccupetur: ita vt Horatij verba ad senten-
tiam illam trahi debere existimet. Ea autem nō
trahimus, sed ducemus sequentia nos libenter,
si ita exponamus, Hostia sumptuosa non erit
blandior farre pio & saliente mica ad molli-
cidos aerios Penates. Productur autem in sum-
ptuosa vñlē syllaba ob geminatam in principio

sequentis vocis consonantem. Ac certè ne præcedentia quidem nos aliter hunc locum expōnere permittunt, vbi dicit, si thure placarū & horūna Frige lare, quidque porca. Denique idem hic dicit Horatius quod Nas his versibus,

*Nec quæ de parva pauper diu libat acerra,
Thura, minus grandi quam data lance, valent.
Agnisq; tam latens, quam gramine pasta Phalisco,
Victima, Tarpeios insciit ita focos.*

Tibullus verò, in eadem re exprimenda, vocabulo etiam eodem vsu est quo Horatius: in his versibus,

*Parvaque celestes pacauit mica: nec illis
Semper inaurato tamis cadit hostia cornu.*

Quos locos si inter se contulisset, quidam, qui micam hīc tradit esse frustulum crusti, se longè falli statim vidisset. Ceterum quum illic dicat noster poëta salientem micam, hīc quidem micam sine adiectione dicit Tibullus, at verò aliibi salientem salēm: vbi etiam coniungit cum farce, sicut noster lyricus. Canit enim Eleg. 4. lib. 3.

*Et vanum metuens hominum genus omnia noctis
Fare pio placant & saliente sale.*

Ita enim & Horatium dixisse vidimus,

Fare pio & saliente mica.

Vt autem ad argumentum illius 23. Odes reverteret, idē cum Nasone canit Horatius, nisi quodd̄ talia pauperum munuscula ē manu pura vult proficisci, ita vt isti versus esse pro argumento huius Odes possent, si hoc illius poëta addidisset. Eodem certè modo Ode 17. lib. 2. existimat non minus agnam suam diis acceptam fore quam Macenatis victimas & ædem votuum.

Ita enim illam claudit, *reddere victimas Ademque vniuersum memento: Nos humilem ferimus agnam.* Vbi sicut victimas de maioribus hostiis, quæ diuitum erant, ita agnam velut pauperi conuenientem, dicit. Atque ita Tibullus vitulam & agnam inter se opposuit, Eleg. i.

*Vos quoque felix quondam, nunc pauperis, agri
Cufodes, fertis manera vestra Lares.*

Tunc vitula innumerous lastrabat cesa inueniens,

Nunc agna exi, qui est hostia parua soli.

At Naso laccentem quidē agnam, pauperis: at quæ pasta est Phalisco gramine, diuitis etiam victimam vult esse. Libuit autem hoc in loco immorari, vt cognoscerent lectors, etiamsi expositio quipiam eiusmodi sit vt eam sequendo pulcherrimum sit quod ab autore dicitur, non tamen prima fronte amplectendam esse, sed diligenter examinandam: tūmque præsertim, quum eam verba autoris non sequitur, sed potius ab ea trahuntur, esse repudiandam. Alioquin enim lubenter & ipse Horatium audiuissem præcipitem deos non alia re quam puris manus & conscientia bene actæ vita colere: vt nimirum hoc eius dictum cum illo conueniret,

*Non bone mactato calesta numina gaudent,
sed quæ prefandæ est & sine teste fide.*

Qui versus leguntur in epistola Acontij ad Cydippem, quæ Sabini potius est quam Ouidij: sed ne illius quidem esse arbitror.

Verò, vt ad eē quæ scripti argumenta redam, in iis nonnulla quæ alij suspicione dumtaxat aut coniectura ducti dixerant, prætermitta censui. Quis in re mirum est quanta fuerit olim quorundam audacia, quæ nunc Acroni vel Porphyroni immitterò (vt opinor) adscribitur: quum corum scripta (ac præsertim Porphyronis) multis aliorum non tam commentariis quam commentis interpolata esse constet. In quorum numero ponendum fuerit quod in hunc Epistolæ duodecimæ libri primi narratur locum,

*Si vero in medio positorum abstemius herbis
Vixit & vixit, &c.*

Siquidem sub Acronis nomine hīc leguntur, *Iocis iste, accumbens in presentia Agrippæ, ut fidelior ei videretur, parcissime epulabatur, intantum ve intermisso carnis herbis vesceretur, at secretò veniens* gulæ indulgeret.

Alicubi verò & titulus Odæ præfixus aper-tè falsus erat, veluti qui dicebat Oden 3. libr. 1. esse in Virgilium Athenas nauigantem: quum is in nullo totius Odes compelletur loco, sed nauis qua vchebatur Athenas. A qua tamen Itatim (tanquam inde occasione sumpta) sermonē aliud conuerit: nimirum ad descriptionem audacie plus quam humana (ex eius enim verbis talem dicere illam posse videbatur) illius qui primus nauigationem tentauit. Inde verò ad alia audacia vel potius temeritatis quorundam hominum exempla progreditur, eos etiam in ventit niti ostendens.

De illis autem vocabulis quæ vnicuique Odæ in nōnullis etiam vtr. exemplaribus præfiguntur, & illis velut epitheta quedam tribuuntur, alius erit dicendi locus. Ea certè varia sunt: quum alia vocetur Pragmaticæ (vt quæ primū in lib. 1. necnō quæ in secundo locū obtinet) alia, Prophoneticæ: alia Encomia: alia Paræneticæ: alia, Mempitice: quædā Euætice, sive Prosecutice: quædam, Erotice, quædam etiam Sylllogisticæ appellatur. Hoc vñ nunc addo, interdum illos epitheticos titulos (si ita vocare fas est) cū iis qui apud emmatoratores habentur conuenire. vt videre est Ode decimaseptima libri primi. Nam in quibusdam vtr. cod. Parænetice illa esse dicitur: quo nomine & Acro eam appellat. At verò Ode 19. quæ ab eodem dicitur Erotice, in quibusdā cod. eodem nomine vocatur, in aliis Pragmaticæ.

Quinetiam quod attinet ad eorum nomina ad quos Odæ scriptæ sunt, timidior esse quam audacior malui, in addendo illis quidpiam, de quo inter omnes non conueniret. Quod quum dico, Odes 12. lib. 4. recordor, vbi quædam editiones hunc titulum habent, *AD VIRGINIVM NEGOTIATORVM.* Nam Acronis

seu

gestas Cæsaris nō catheret suis carminibus Virgilii, nō dubium est quin multis ab illo p̄mis ob hæc donaretur.

Iam verò vt illi qui negotiatorein esse Virgilium hunc voluerunt, argumentum ex illo lucrī studio sumpçur: ita vicissim ex eo quod inueniū nobilis clientēs vocatur, meritō id sūp̄ceptū habere mihi videor. Nisi quis hū negotiatorem, quū myropola esset (vt addi à nonnullis dixi) illis iucenibus principibus, Claudio & Druso Neronibus, nardum heut & alia vnguentala solitum vendere, & inde ab illis in suā clientelam receptum, fuisse dicat. Sed hoc dicere, quid aliud erit quam risu risu vel potius camphoru addere? Imo verò suspicor potius, poetam, quum ita loquitur,

Sed preffum Calibus ducebat Liberum

Si gestis, inueniū nobilium cliens,

Nardo vina merebatur,

innuere voluisse, affermand ab eo esse nardum, quum ex illorū nobilium iuuenium liberalitate accepisset: quid d cum alia munera ab illis acciperet, cum etiam vnguentis donari soleret. Nardum quidē certè, duobus modis pretiosum vnguentū id est, quod nō soldū in magno pretio erat, sed magno etiam prelio emebatur: unde fit vt Horatius partu se illius vasculo seu pyxido contentum fore dicat dignissimum principium illorum liberalitate munus fuisse iudicandū est. Quæ tamen à me vt verisimilia tantū afferuntur, donec alij verum esse quod de Virgilio negotiatore dicunt, ostendant. A quibus hoc faltem pero, vt meliorem alterius Odes ad Virgilium scriptæ conditionem esse nolint, id est plus honoris illi non deferant: nisi aliquo tertio quād adhuc sit allatum, testimonio, illam ad Virgilium poëtam pertinere probent. Nam quod Virgilius ille Athenas proficisceret, nō protinus inde efficitur, non negotiatorem, sed poëtā fuisse: licet illuc plurimi bonarū artium studiorū tanquā ad earum mercaturam (vt modò Ciceronem loquenter audiūimus) proficisci solerent: atque adeò nostrum hunc poëtā ibi ingenium excoluisse, ex ipsius ore discimus: Epist. II. lib. II.

*Rome nutriti milii contigit, atque doceri,
Iratius Grais quantum vocuisset Achille.*

Adducere bona paulo plus artis Athenæ, &c.

Societā Propert. qui nō lōgo intercallo hōis sequit' est, illuc se proficisci velle dicit, hoc versu-

Magnum iter ad doctas proficisci cogor Athenas.

Hec autem fecerunt vt in quibusdā alii tituli suspecta mihi essent quā in nōnullis: exēplis inueniēm: præsertim quā ea non affentiri iis quā ab enarratoribus tradierentur, viderem. Exempli gratia, in titulo præfixo Epist. I. lib. I. *AD FVSCVM ARISTIVM ORA M MATICVM*, quum Acro tragediarum, Porphyrio comœdiarum scriptorem fuisse dicat.

AD ODAS venies quæ locos ab aliis tra-

Ppp

statos habent, incipiam ab ea quæ est octaua
lib. secundi,

*Villa si iuri tibi peierati
Pæna, Barine, nocuissit unquam:
Dente si nigro fieres vel vno
Turpior enqui:
Credorem sed tu, simul obligasti
Perfidum votis caput, omite tu
Puichrior multo, iuuuenimque prodis
Publica cura.*

Nā & Naso quādā ab his versib. elegiā inchoat,
*Eſſe deoſ credamneſ fidem iurata ſeſſellis,
Et facies illi que fuit ante manet.
Quād longos habuit nondum iurata capillos.*

Tam longos, poſtquam numina laſt, habet.
His versibus carceros ipſi, ſi libuerit, addere poteris: quibus hanc enumerationem persequitur. Non dubito autem quin hec ſcribens Naso ad illam Horatij Oden refexerit: quāuis alioqui exect de amatorio iureuando prouerbiū (cuius & à Platone in Philebo fit mentio) unde occaſionem vterque talia ſcribendi ſumifſe videri poſſit. Id Callimachus eleganter his versibus expreſſit,

*Οὐ μωτν ἀλλὰ λέγον ἀλλαβία, τὸς εἰ ἐφωτι
Ορπες μὴ δύειν έσατ' εἰς ἀβαράτων.*

Vnde & Tibullus cecinit, — perurari det amanī
Iupiter, & ventos irita ferre subet.

Nec ipſe Horatius alio respicit, quum in eadem
Ode addit, *Ride hoc, inquam, venus ipfa, &c.*

Quinetiam Ode Horatij quæ illam proximè ſequitur, idem habet principium cum elegia Nasonis quarta, lib. 4. De ponto. Ita enim Horatius Oden illam ordit, quæ eft nona lib. secundi,

*Non ſemper imbrez nubibus hifpidos
Manant in agros.*

Ita Naso initio eius quam dixi elegia,
Nulla dies adeo eft australibus horrida nimbus,

Non intermisit ut finat imber aqua.

Vterq; deinde materia quā tractandā ſucepit, eſſe ſententiā accōmodat. Sed ante utrumque cam
Græci protulerant. Ita enim Theocritus,

X. Ζεὺς δὲ λόχη μὲν αἱδειος, δὲ λόχη δὲ θεος.

Potiflum verò illā Horatij Oden ultimā lib. tertii, quæ tam magnifice de ſuis versibus ſentire ſoſtendit, atque adeo magnificenteriſſimē de illis loquitur, tanquam illis ſcribens melius immortalitati nominis ſui conſuluerit, quām ſi obtinueret ut ſibi æreæ ſtatuae aut ut pyramides erigerentur: illam inquam Oden in mētem Nasoni veniſſe crediderim, in versibus quos ſuo Metamorphoſon operi ſubiunxit. Ita enim Horatius,

*Ecegi monumentum are perennius,
Regalique ſtu pyramidum altius.*

Sic & Naso, eodem etiam vocabulo vtens,
Iamque opus exegi, quod nec tuis ira, nec ignes,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetusſa.

Inter alia autem confiderandum eft quomodo

pro his Horatij,

*Non omnis moriar: multaque pars mea
Vitabit Libitinam, ut que ego poſter,
Crescam laude recens,
dixerit Naso,*

*Parte tamen meliore mei ſuper alta perennis
Astra ferar: non ēque erit indebile noſtrum;*

Quaque patet domitis Romana potentia terris,

Ore legar populi pēque omnia fecula fama,

(ſiquid habent veri vatum preſagia viuam).

Vbi obſervandum quomodo viciſſim vno verſu id complectatur, quod Horatius in treſ extenderat: hoc videlicet, *Quaque patet, &c.* Horatius enim ita,

Dicar, qua violens obſtrepit Aſtūdīs,

Et qua pauper aqua Daunia, agetruſum,

Regnator populorum.

Sunt verò & quæ non cū Nasone rātūm, ſed etiam cum aliis poëtis cōmunia habet. Qualis eft illa carminū laus, Ode 8.lib. 4. Sic enim non à Nasone tantū, ſed à Tibullo etiam aliisq; nō nullis poëtis carmina laudari videmus, ut quæ posteritati atque adeo immortalitati commen- dament nomina eorum quos celebrādos ſuſcep- rint. Ita enim Naso,

*Carmine fit viuax virtus, exp̄rſque ſepulcri,
Notitiam ſera poſteritatis habet, &c.*

Sic etiam Tibullus,

*Quem referent Mafia, viuet, dum robora tellus
Dum calum ſtellæ, dum vebet annus aquas.*

Quæ autem præterea poſſent cum ex iſſdē tuū ex aliis eodem pertinentia afferri, ea tibi apud eos videnda relinquo.

Insultatio etiam illa in Lydiā Ode 25. lib. 1.

*Inuitem mochlos anūs arrogantes
Elebū in ſilo leuis angiportu, &c.*

apud Nasōne & Propertium legitur: ſed apud hunc, per imprecationem, in fine lib. 3.

*Exclusa inque vicem fatis ſatiare ſuperbos,
Et qua fecisti ſatia querari anūs.*

Tempore rit quo tuque nunc excludis amantes,
Frigida deferta nocte iacebis anūs.

Quibus addit,

Nec tua frangetur nocturna ianua rixa.

Quod cum illis Horatij versibus conuenit,

Parcūs iunctas quatuor fineſras.

Iclibū crebris iuuenes protervi.

His autem lectors ad aliorum etiam locorum obſervationem velut manū duxero, quos interſe conſerte, non iucundum tantum (ſi poëtica ſint ſtudioſi) ſed ytile etiam fuerit: praſertimq; vbi ſeruum aliquid tractatur. Atque hiſ addere poſterunt locos quos paulo ante, nimiriū pag. 72. inter ſe cōtulī: necnon illos verſus quos in-

ter ſcholia margini appaſita, ut cum Horatia- nis aliquia in re conuenientes, annotauit. At ve- rò iis quæ poëtae quidam Horatiani imitatione dixerunt, alium locum deſtinati.

DE SCHOLIIS

2. DE SCHOLIIS SEV
annotatiunculis in Horatium editis,
& ad calcem appofitis. Item de no-
uis quorundam locorum expoſi-
tibus.

DIATRIBĒ V.

SCHOLIA autem, ſeu annotationes culæ, ſi non laudem plerisque meriti videbuntur, quod ſua expectatione non reſpondeant, at venia faltē ea dignētur velim: atq; hunc meū labore ſēpōris breuitate potius quām ſua expectatione metiātur. Quū enim vno codēmque ſēpōre & hunc poētā & Virgilū preliſ cōmiflum, ideōq; ita mihi festinādum in ſcribēdiſ meis ſcholiis eſſet, ut prelorū curſum meo curſu aequarem, fieri non potuit quia maximās nonnunquam in anguſias temporis compelle- rer. Quoniam tamen non itidem in hūc poētā, ut in Virgilium, excerpandas prius eis variis annotationiunculas curaueram, non tantum plus negoti mihi exhibuit, ſed etiam ad annotations inreas lectorē plerisque in locis remittere coa- cūtus tandem fu. Adde quod eſſe ſpes quam de Lambini cōmentariis conceperam, tanquā mihi locupletiſſimum penū & quoddam copia cornu futuri eſſent, me fruſtrata eſt. Nam do- & iffimi ſunt illi quidem, & varia eruditione re- fertiſſimi: ſed in locis plerisque loquaciflumi, vbi pauci loqui eſſe poterant: contrā, vbi loqua- ces ſaltē eſſe debuerat, muti. Interim, niſi & me non parū iis legēdī profecifl, & multa lectorib⁹ uſtilia futura inde hauſiſſe fatear, ingratifi- ſimus iure optimo habeat. Multo pauciora ta- men ex eo ſumpſi quām credēt iſ qui mea hæc ſcholia cū illius commentariis non conferunt.

Primū enim, in iis quæ illum ex Porphy- rione & Acrone ſeu Pseudoporphyrione & Pseudacrone, ſive ex Porphyronis & Acronis reliquiis, mutuātū eſſe animaduerti, ad fontes ipſos recurrere malū. Plerunque verò, vbi illo- riū ſententiā contempſit, ego minime con- temnēda eſſe iudicani. Præſertimque vbi di- uera ſeſtio vel alicuius vocis inſolēta haſi- re cogebat. Ex eſplo autem fuerit vox partumeiu, de qua ſuperius à me dictum eſt.

Deinde, in nonnullis, vbi Lambinus ab illis diſſentit, ego, ſicut ab illis, ita etiam ab ipſo diſſent. Interdum etiam contigit ut de lectione ab illo diſſentire. Arque id cum alibi videre eſt, tum verò in quodam loco poēmatiſ Dearte poētica, qui variè legitur. Eſt autem hic, In- tererit multum, diuīſne loquatur an heros. Ille enim ex valde diuersis lectionib⁹ eligere maluit hanc, — *Dāniſne loquatur Erōne.* At ego, quum ab omni parte eſſent quæ ſcrupulū mihi iniiceret,

nihil tutius eſſe putauit quām illā ſequi lectionē quæ à me prior hic allata fu: quod ſequatur in hoc ipſo poēmate, ſatis lōgo internallo, hic verſus, *Ne quicunque deus, quicunque adhibebitur he- ros.* Viciflum autē qui *Dāniſne ſcribēdum putau- runt, ad hunc reſpexiſſe verſum videri poſſunt, vñ nihil interſit, Dāniſne loquatur, & audaz Pythias.* Vbi antea legi ſolebat an audax, perperam: quū ſequatur, *An auſtoſ, &c.*

Postremd, nunq; ea exponeſdi autores pla- cuit ratio, ſu nodus (quod ait) in ſcipo quē- ritur: id eft, vbi loci alicuius expoſitio lōgo pe- titur, quum aliam non minus aptam, interdum etiam multo aptiore, in proximo habeamus. Quo etiam nomine Seruini apud Virgilū mul- tis in locis & riſu & reprobenſione dignus eft. Neque tamen ſemper id enarratoribus impu- tādū eft, ſit enim interdum neſcio quomodo vt ea expoſitio quæ obvia eft, in mentem illis non veniat. Quod certè puto illis contigſe in hoc noſtri poēta loco, Ode 13.lib. 2. *Prinque fa- cro digna ſilentiō Mirantur umbra dicere.* Nam hæc verba ſacro ſilentiō digna, exp. Acro, adyto aliquo di- gna, Lambinus (quem alios omnes conſuluisse puto) Cur facio? (inquit) an quod in rebus diu- niis, quæ publicē ſiebāt, imperabat ut linguis fauientid eft, vel bona verba loquerentur, vel ſilebāt: An propter Bacchi & Cereris mysteria, quæ religioſiſſimo ſilentiō conſtabat? An, quod Pythagorei ſilentiū, diuinū quiddā eſſe exiſti- mabat, atque ob eam cauſam eius viſus in ſacris eſſet maximus? Hæc ille. At ego Horatiū nihil tale, quum hæc ſcriberet, cogitare existimo, ſed vocaſe carmina digna ſacri ſilentiō, quæ digna eſſent ſacraii Diſi: ut loquitor Maro, A. n. 12. *Prinque deūm infernam, & diri ſacraia Diſi.* Sed locum ab Horatio ponī dico pro iis qui ipſum in- colunt, cōtinentis nimiriū pro contento: ut deoſ infernos intelligamus, ſicut per co- lum, deoſ ſuperos ſepiſſime ſignificari vide- mus. Cū verò ſilentiū locū ille appellatur? Nimiriū quia locus eft quem qui incolunt, filē- tes nominantur. Ita enim Maro Aeneid. 6. *Dij quibus imperium eft animarum, umbraque ſilentes.* Quoniam ſilentes ab eodem ſine illo ſubtan- tio dicuntur: ille ſilentiū conciliūque vocat, vñſque & criminā dicit. Sic & Naso, Metam. 5. *& rex paueſ ipſe ſilentiū.* Idem de Eaco, li- bro decimo tertio, qui iura ſilentiū illi Reddit. Et lib. 15. — ſed eſſe intrare ſilentiū, iam verò & que Maro loca ſilentiū eodem libro nominat, Naso, ſubſtantiuo vtens, ſilentiū appellat: ut, *Per Chaos ho- ſingens, ꝑaſtique ſilentiū regni:* quum Maro di- xiſſet, Et Chaos & Phlegithon, loca nocte ſilentiū late. Silentium igitur dixerit itidem Horatius locum quem ſilentes incolunt: & ſacrum ad- diderit, quoniam (vti dixi) per locum vult ipſos deos qui ibi ſuam ſedē habent intelligi. Mi- rantrū ergo umbræ Alcaum & Sapponē di-

cere quæ suorum deorū auribus digna sint. Jam verò nequid omnino scrupuli in mea expositione relinquā, sicut durum videtur, deos hīc ex loco quem incolunt, significari: quanuis vel illud exemplū vocis celi, quæ passim ita vñspūtūr, illi pro me respōdere possit, tamen addam quod eodem figurae genere, paulo etiam audacius, à Marone dictum est. Ita enim ille, *Forte facer Cybele Chlorem, olimque facerdos nimirum locum, montem videlicet, ponens pro nomine quod in eo colebatur: ut ver, quoq; enarratores fatetur.* Quod autem ibi vulgo in plerisque edit. legitur Cybele, id errore factum est, duabus lectionibus in unam mixtis. videlicet *fatus Cybele & facer Cybele.* Alioquin certè *facer Cybele,* in dandi casu scribendum fuisset. Sed firmior, ut spero, expositione mea videbitur, quam ut tot adincolulis sustentari necesse habuerit. Est autem in extrema Ode locus, in quo itidem ab omnibus dissentio: hic videlicet, *Dulci laborum decipitur sono.* De quo meam sententiam aperiām ubi de hellenis agam.

Sic Labinus in hoc etiam loco, qui est Ode 4. libri 4.

& iura sagaces

Expediunt per acuta belli, maualt illi assentiri qui *acuta belli*, exponunt solertia bellicas, quam acquefere iis qui dicerimina intelligunt. Ego contrā non video cur aptius si illud quam hoc, vel quod afferit Porphyrio ei simile, *Expediunt per acuta belli.* inquit, *absolute dicuntur ea que sunt in bella periculissima.* Quæ exppositio aperè ostendit. (ut ante dixi) cum *belli* scripsisse, non *bella;* quum alioquin apud eum vocabula sint ita decurtata (qualia hic à me scripta sunt) ut neutrum legatur. Ac profecto si adfuissem Lambino hæc scribēti, illi, ut opinor, acquiesceret huic expositioni persuasissim. Nam tu (dixissim) qui interdum vis Horatij lectionem obtorco collo ad hellenisnum peirahere, hic eum aperte ad Græcum loquendigenus, & quidem prouerbiale, & quo Homerus etiam necnon φιλόμυτος Sophocles vñ sunt, respicere sive alludere non vides? Atque hīc illum exemplis obruiſsem. Nam ex Homero attulism.

Nūν γέρη πάντας οὐδὲ ξύρτας ἀκμῆς
Ηταλα λύχος ὄλεθρος Αχαιοίς μέ βίων.
Quinetiam apud Homeri polteros hoc genus loquendi perpetua quadam serie propagatum fuisse ostendissim. Sic enim in veteri epitaphio Corinthis, qui ad Salaminem aduersus Persas occupuerant,

Ακμᾶς επινῖαν οὐδὲ ξύρτας Ελλάδας πάντας
Ταῖς μηδὲ λύχος καμψα, μοσαίδοι.
Et in quodam Anthologia Epigr. loco,
Εύροτης Αστης τε δρυς θερέες βασιλεῖς
Γεῦν αρφατροῖον οὐδὲ ξύρτας ἀκμῆς.
Tις κεὶ οὐδὲ τλίθυμος οὐδὲ νόστος ἀκούτης.
Interdum vero non οὐδὲ ξύρτας ἀκμῆς, aut ξύρτας, sed tantū οὐδὲ ξύρτας dicitur. ut apud The-

critum in Dioscuris,
Αὐθόπτειον τοπίος οὐδὲ ξύρτας οὐδὲ ξύρτας.
At Sophocles in Antigone,
Φρόνει βέλας αὐτὸν οὐδὲ ξύρτας τύχει.
Atque adeo idem dixit, *ξύρτας εἰ τρέπει,* vbi exposuitur, *εν ξύρτῳ ιγαλα τὰ φράγμα.* Ex his autem quāto in vñ fuerit Græcis illa metaphorā, quāque illis placuerit, cognoscere potest: ut viciſſim quām lubēter hic poeta sua loquendigena ē Græcis mutuatus fuerit, nemo ignorat. Sed mihi penè id exciderat, vnde initii sumere debueram: nimirum & ipsius nominis οὐδεις (cui acutis respōdet) eodē pertinēs significatio, vnde etiam Νοσέλας οὐδεις prouerbialiter dici videmus. Exciderat propemodum & ηρφήνης, in quo eadem metaphorā vtūtūr: quā propriè vtrinque acutum, quod Latini dicunt *ancipitem*, significet. Quid nōnne ipsi itidem *ancipitem* pro dubio & periculoſo dicunt? Hisce tot exemplis illum, ut opinor, manus dare coegerim, & à qua rēenda explicatione alia deterruim̄.

Illi autē loco libet hunc subiungere. Sat. 7. lib. 1.

- postquam illi iusta chiragra

Contudit articulos. Hīc enim iusta chiragra vult Lamb. dictam esse magnam & grauem, & suis numeris omnibus absolutam: quemadmodum dicimus Iustum exercitum, Iustum poëma, Iustum iter, Iustum viatorum. At ego contrā non video, quid obsteret quoniam iusta in sua prima, & vñstatissima significazione accipiāmus, ut quēmadmodum iusta pœna dicuntur, sic etiam iusta, quæ pœnas iustas & meritas sumit, appellatur. Sic Naso, Tristium lib. 5. eleg. 9.

*Pidi ego naufragiumque, vitas & in equore mergi:
Et nunquam dixi, iuster vnde fuit.*

Cur enim nō itidem iustum chiragram ab Horatio dici intelligemus? Certè aut aliqua ratio afferēta est cur eadem significatio illi voci hīc non tribuatur, aut itidem deneganda illi fuerit in isto eiusdem loco, Ode 12. lib. 1. *seu Partibus Latio imminentibus Egerit iusto domitis triumpho.* Ac minus etiam fortassis alicui mirum id hoc in loco quam in illo videatur. Scripti autem chiragram, lequēs eam quæ ab omnibus assertur scripturam, libenter alioqui chiragram scripturam sicut antea docui, quod illius prima syllabæ correptio valde meas aures offendat. Nequatenus apud Martiale quoque & Persium ita scriptum esse ignoro, sed eūdem errorem apud hos quoque potuisse committit, viciſſim scio.

At vero verbo *peruidere* Sat. 3. lib. 1. ita quā quæ passim in vñ est significatio dari apud hinc poëtam, non miror: quā ea quæ illi adiūcta sunt, eam prima fronte repudient. Sed tamē & illi posse suam significacionem relinqui dico, atque adeo plānē relinquendam esse contendo. Iudicet tandem lectores, qui aliquo in hīu modi rebus iudicio prædicti sunt, an ego in verbo *peruidere* aliquid acutius quam ceteri videre potuerim. Ita igitur Horat. Sat. 3. lib. 1.

Quum

*Quum tua peruidens oculis mala lippis inunctis,
Cur in amicorum vittis tam ceruis acutum,*

Quām aut aquila, aut serpens Epidaurius?

Hoc loco P. Victorius & Petrus Nannius (aliorum enim expositiones prius recensere libet) tradunt *peruidere* idem esse quod *ηρφήνης*, Non admundum contentis oculis inuerti, Neglingeret, aſpicere. In quo certè magnā (quod tantorum virorum pace dictum sit) præpositione iniuriā faciūt, quām eam ad minuendam significacionem adhiberi dicunt, quæ contrā augere eam solet. Accertè quidvis potius faciendum est, quām ad huiusmodi expositiones, quæ sermonis vel Latini vel Græci confuetudini vim afferunt, configiendum. Quid hic Labinus? Existimari (inquit) hoc loco cōtrarium significare, propter has voces adiectas, *localis lippis inunctis*, sicut suprā dixit, Ode 7. lib. 3. *nam scopulis surdior Icarī voces audit adhuc integer.* Verūm hīc Labinus ex malo vno in alterum, & fortassis ex Scylla in Charybdis incidit. Quomodo enim hoc ratione consentaneum fuerit, vt quis id significare velit quod contrarium est figuratio verbi quo vtūtūr? Scio quidem nos audacem interdum vocare quem timidum esse innūmis; prudentem, quem pro inconsulto & incogitāte habeti volūmus: sed hoc fit per ironiam: quam hic neque ipse constituit, neque quisquā constituere potest. Jacobus Cruquius, qui post Lambinū nō minus laboriosos quam doctos in Satyris huius poëtae, commentarios scripsit, similique veteres quo sdam edidit. Quid si *peruidere*, inquit, *oculis inunctis*, fit videre per oculos inunctos, ita ut præpositionis vis transeat in instrumenta videndi, manēte verbi proprietate? Hæc eius est sententia & eamque potius quam alterutram ex superioribus sequeret (vt minus violētam) si è tribus vñnam sequi necesse haberet. Sed, aut ego valde fallor, aut ille quoq; eam magis probabit quā afferam: quā mībi in meo typographio inter operas meas versanti, dum hæc editio excuderetur, in menteū venit. Dico enim Horatiū verbo *peruidere* suam significacionem reliquise, sed eos reprehendere voluisse qui quām se in cernendis suis ipsorum vitiis summa perspicacia vti simularēt, cōtrā ad ea cōniuerent: & pro perspicacibus & Lynceis oculis (quibus vtebantur in aspiciēs aliorum vitiis) lippis & inunctos oculos afferent. Q.d. Quām tu ad pēruidendum scilicet tua virtus, oculos lippis & inunctos afferas. Vel, Quām tu in vitiis tuis aspiciēdis vtaris oculis lippis & inunctis, perspicax futurus scilicet. Vel, Quām tu lippos & inunctos oculos (quos tamen perspicaces videri cupis) ad cernēda virtutis tua adhibeas. Vel, Quām conniuente quadam perspicacia vtaris in cernēdis tuis vitiis. Vel, Quām tu, qui perspicax invitiis tuis videri cupis, tāta perspicacia vtaris quanta oculorū lipporū esse potest. Perinde enim loqui eum puto ac si quis di-

ceret, Tu qui tam fortiter plūbō gladio hostes tuos inuadis, vel, hostibus tuis resūtis. Aut, Quātā celēriter podagrosis pedibus incedis. Quale illud Maronis, *- illa gradū studio celebrabat anili.* Quod autē Lambinus suam expositionem, quā dicit verbo *peruidere* contraria significationē dari, confirmare vult illius loci exemplo, *-nam scopulis surdior Icarī, voces audit adhuc integer*, ego contrā (vt de hoc etiam loco dicam quod sentio) non video quomodo eam iuuare possit. Nā audit surdior scopulū, non dubito quin ita intelligendū sit, Surdior est ad audiendum quām sīt scopuli. Vel, Surdiorem se præbet. Vel, Nil hīlo magis mouetur auditu vocum illarum, quām si esset surdior scopulū.

Quod verbo *peruidere*, idem & nomini *nares* apud hūc poëtam cōtigisse video, nimirum vt ei significatio itidem noua tribueretur. Sed de hoc nequaquam cum adeo robustis aduersariis certandum mihi fuerit. Agitur enim de hoc loco, Ode 15. lib. 2. *- tum violaria er*

Myrtus, & omnis copia narium

spargent oluetis odorem

Ferrilibus domino prioris

Hic enim nares multi significare flores putauerunt, ex enarratoribus alij flores, alij odores, alij herbas odoriferas ex posuerūt: quod hēc significatio huic loco videatur esse accōmodatissima. atque adeo hodiēque plurimi sunt qui vocem illam ne intelligi quidē aliter posse existimēt. Verūm si hi Lambinū quoque cōsulant, eum mihi in retinenda naribus sua significacione assentiri comperient. Is enim omnem copiam narium appellari tradit omnes flores, omnia; virgulta, ex quibus odor suavis naribus afflatur. Additque, eadem ratione ea omnia quæ ad narium delectationem nata sunt, narium copiā ab Horatio appellari, qua Catullus hīrcū, quo nares offenduntur, nasorum pestem nominet.

Quod autem attinet ad vocem *copia*, perinde

esse puso ac si flores illos odoriferos, opes siue

dūtias narium vocaret. Ac merito quidem o-

mnes flores ad delectationem narium compa-

rati, & quos hīc in deliciis habent, eātū opes

appellantur, ut quā illis referuntur, & quo-

dāmodo sīt illarum peculium.

Quidam vero non minore errore, in hoc lo-

co Sat. 2. lib. 2. *- foris est promus, & atrum*

Defendens pīces hyemat mare, putauerunt hoc pro-

missus esse pīces nomen: quod pōtā maris mē-

tionem facere viderent.

Nonnullis duplex vocis alicuius significatio

imposuit, dū eam esse duplēcē nō animaduerte-

rēt. Sed alicubi veniā hic error ineretur: veluti

quām *sagitta* in vulgari significacione accipitur,

Ode 2. lib. 3. *Rampas & serpens iter institutum, si*

per obliquum simili sagitta Terrui mānū. Alicubi contrā crassior est quām vt venia dignus es-

se posuit. ut Ode 4. lib. 1. *Nec regna vini fortire talis,*

quā enim Horatius de fortitione loquatur quā-

Ppp. iii

fit per talos, illi talū cum vini iunxerunt: quasi diceret Horatius, vini quod tale sit.

Aliud autem ambiguitatis genus (si tamē ambiguas ibi esse dicenda est, vbi sensus communis vnicam admittere expositionem videtur) in errore non minus crassum olim eruditissimum quandam virum impulit, in fine Odes 19.lib.1. *Mātata venet lenior hōstia*. Erasmus enim, vir alioqui doctissimus, quique alioqui locis plerisque, in quos totas ingenii vires cōtēdit, egregiā operam nauavit (in cuius certē manes tam integratam esse polteritatem queror) *mātata hōstia lenior prouerbiali figura dixisse Horatii tradit, de sponte ac mansuetis. Additque, sumptū esse à sacrificiis, in quibus explorabatur hostia ducto per frontem cultro: quod mātata vocabant.* Intelligit igitur Erasmus, *mātata hōstia lenior* quā sit hostia, postquam mātata est. Quā explicationem ridiculam esse, iam pri dem admonti in iis quas scripsi Animaduer sionibus in Erasmicas quorundam adagiorum expositiones. Vbi etiam eorum quā de verbo Mātata scribit, mentionem facio. Verū & hoc miror, cur hanc comparationem (vt quidē illē esse putabat), inter prouerbia referandam putaret.

Sunt verò & quādam vocabula quā omnes quidē qua de re dicātur videare possunt, sed eorum significacionis ratio à nemine redditur, & paucis fortasse intelligitur. Exempli gratia in hoc Epodō versu, *Nullū à labore me reclinat otium, vetus enarrator anonymus reclinat exponit adi mit, itē liberat: quorū prius illud conuenire cum præpositione & accusatiōne me nō potest: postē rūs cōuenit quidē, sed ita vt ex ea minimē apparet cur hoc verbo potius quām alio vīsus fuit. At ego tamen Horatio sua trālationis rationē cōstare arbitror: & verbo *reclinat* videntem pro Relaxat, vel Relaxationem dat, sive intermissionem, aut requie: vel Requie cere finit: ad eos qui inclinato corpore opus faciūt respicere.*

Quādā etiam sunt vocabula quā in recessu aliquid habent, quod ab enarratoribus non declaratur. Atque id ex eo cōtingit interdū quidē hāc latē patentem alioqui suam significacionē eo in loco refringat: nonnunquā verò quidē ab ea re quā nobis primo aspectu proponit, cogitationē nostram, ad aliam, tanquam per gradus ducant. Sed vicissim aliquādo, vbi vni ex altero intelligendū videtur, contrā id ipsum quod prima & propria significacionē vox fōnat, intelligere oportet. Exemplo erit hic locus Od. 18.lib.2. *pelitus paternos In sinu ferens deos Et uxor & vir, soridōsque natos*. Hic enim quum prima frōte soridōs videamur debere pro pauperibus accipere, multo aptius (meo quidē iudicio) re vera soridōs à poēta significari existimabimur: indicare volente, ita vrgeri ab illis qui eos expellunt, vt ne ad sorides quidē natis ablē das otium esse possit,

Inter illa vocabula quā negotium apud hūc poētam faceant, est *alite*, in hoc loco Odes sex ta lib.1.

*scriberis Vario fortis, ex hostium
Victor, Māonij carminis alite,
Quā rem cūnque ferox nauibus aut equis
Miles te duce gesferit.*

Nam *alite Māonij carminis* quidam exponit Auspiciis Homerici carminis (quē explicatio prima est quā locum hunc legentibus se offert) alij, granditate & maiestate Māonij carminis. Eodēq; modo & Porphyrio, sublimitate: qui vtrāque expositionem velut jungit. Nam postquam scriptis *alite M.c.* perinde esse ac si diceret Homerici auspiciis (Acro etiam, Auspicio, sive bono omni) addit. Ac per hoc, Homerica subli mitate. Quidam de celeritate carminis & concitatis ac rapidis eius pedibus accipere malūt. Sunt etiam qui *alite Māonij carminis* significari putent pennam & stilum Homerici carminis: sicut Propertius *pennis felicibus* vicissim dixit pro felicibus aubus. Nec desunt qui ablatiū illum *alite* suspectum habent, & in datum diū mutandum putent: vt hic sit sensus, Scriberis à Vario, qui est aut Māonij carminis. hoc est, poēta cui datum est posse res gestas canere Homerico carmine. Vel, *Qui cantu plane Homerico præditus est. Addūntque, poētas sape aues appellari: atque afferunt illum Theocriti locum, in Thalysis,*

*Kαὶ Μάονις ἄριξε, τότη τρωτή Χίον ἀστροφή
Ἄριτα κοκκύζοντες, ἐπόντια μεθάρμοντι.
Ego certè quid & ipse sentiā de illo verbo, ad dānō, quid certius aliquid affere mihi posse videar, sed ne solus λόγιον θαλασσος ab hoc sermone discedam. Ac primū melibenter assentirum iis codicibus profiteor, qui nobis datuum *alite* dederint pro ablative illo *alite*: sed tantisper dū reperientur qui lectionem illam habeat (quod fortasse nūquam contingit) *alite* pro volatu libētē accipiāt, vt perinde sit ac si diceret, Carmine quo Homericī volatum ēquat, vt vel de Homero idem quod de Pindato sentiat, de quo scribit,*

*Multa Dirceum leuat aura cycnum,
Tendit, Antoni, quoties in altos
Nubium trābus:*

vel (quod olim me suspicari dixi) ad illud Homeri epithetum, quo verba appellantur alata, respicat. Scimus enim passim apud eū versum hunc esse obuium,

Kαὶ μη φωνάεις, ἄπτε περόπεται ταχεόνδιδι. atq; ita volatus Māonii carminis volans Homerī carmē significabit, vel potius carmē quod volanti Homerī carminī simile est. Q.d. Vārius suo carmine, quod illam volantium Homerī verbōs felicitatē habet, res à te gestas scripturus est. Quādā videlicet illud epithetū quo verba ēsta alata dicuntur, cōueniat Homerici verbis (quādā ipse Homerus alio retulerit) ob eam celeritatem

celeritatem qua scripti esse videntur: quod ita fluant, vt pauci ēquē nulli magis. Nisi simplius hoc dici putemus ab Horatio, qui volens ἀγείλεσθαι, tribuat, carmini Homerī id epithetū quod ille passim iis verbis quibus alter alterum compellat, tribuere solet. Quantū autē hāc istius loci expositionem esse eiūmodi animaduertam, quā nimis subtilis videri posst, vel ipsam tamē vel alteram priorem alij cuilibet anteferrem, si ipsius Horatii aures non offendunt, ut hāc explicatione nominis *alite*, vt nimis dura, existimarem (līcer nihilo mollior videatur ea exppositio quā nomine illo pennam significari tradit) quod si quis mecum veretur, illam expositionem vt omnium tutissimam sequatur, quā pro auspiciis accipi censeret.

Ad aliud verbum *vénio*, quod non minorē molestiam vel maiorem potius quibusdam, ac prefertim Lambino, exhibuit. Id habemus in fine Odes 35.lib.1. *Δινανα noua Incude diffingas retusum in Massagetas Arabasque ferrum*. Hoc autē in loco, non minus quādā in aliis plerisque, imo etiam maius illius de qua questus sum anteau adacīae documentum ille dedit. Quippe qui in priori editione vno cōiectura iaculo quōs poetā huius locos confoderit: & pro confuso *diffingas*, *Distringas*, *pro retusum*, quod itidem confederat, Reculūm reposuerit. Sed in posteriori editione in *diffingas* emendando exemplaris cuiusdam autoritatem cōiecture sua anteponēdat esse censeret, in quo legitur *diffingas*: quod de emendatione alterius itidem non scribit. At qui tantum abest vt vnius exemplaris vel duorum (nam & alijs libri testimonium ex auditu se habere dicit) opponere fidem omnibus alīis, & eorum autoritate frētus lectionem hanc dare isti loco deburivit contrā in altera lectione *diffingas* (si hanc in vno exemplari aut duobus tātum inueniri cōtigisset) id faciendum illi fuit: tanto hanc altera illa aptiore esse dico. Ceterū in priore quidē editione, vbi ex sola coniectura Distringas in Distringas mutare aūsus fuerat, hunc esse sensum dicit. O vīnam distringas ferrum in Massagetas & Arabas, & ceteros hostes populi Romani, noua incude recusum, id est, Posteaquam noua incude fuerit recusum. Est enim bellis ciuilibus & corporibus ciuium Romanorum retusum. In posteriori autem mutat quidē illud Distringas in *diffingas* (vti dixi) sed quod ad *recusum* attinet, se mutare suam sententiam negat, quidē ferri id nullo modo possit. At ego contrā suum illud cōiecturalē Recusum in Retusum, itidēque suum cōiecturalē Distringas, non in *diffingas*, sed in Distringas mutare illū debuisse dico. id est, lectiones passim receptas in pristinum honoris gradum restituere. Quidnam igitur tandem illud Distringas, à quo tantopere ille abhorruit, significare dicemus? Ego, *diffingas retusum in Massagetas Arabasque ferrum*, esse dico, (sicut in scholiis margini

huius editionis appositis scripti) Arma aduersus ciues hebetata diffingēs, alia ex iisdem refingas in Massagetas & Arabas. Addo etiam, perinde esse acī quis ita loqueretur, Templum hoc in basilicam diruas, pro, Dirue hoc templum, vt ex eius lapidibus basilicam cōfices. At durum hoc loquendi genus est, dicet pro Lambino quispiā. Exemplistamen non carere, respondeo. Sed mihi nūc non alia fuggerit memoria, quādā sunt in verbis mutationē significantibus. Legimus enim in vīcto Aeschylī Prometheo, pag. 23. mēe editionis,

Γίνοντε στρατοί καὶ μεθάρμοσα τρόπους

Νέους νέον γέρα τρέμοντος εἰς θεούς. Vbi necesse est verbum *μεθάρμοσα* duabus itidē diversis rebus seruire, quarū vna sit p̄sens, altera, futura, idēq; in duo verba diuersa resoluī: hoc (aut simili) modo, *μεθάρμοσό εργος, λέματα τρόπους κρυψος*. Atque huius simile loquendi genus non vno in loco Euripidis obseruatum à me esse scio, quantū nūc exemplum non sit in promptu, fed ex Platone (in quo nimis durū loquendi genus magis mirari quis possit) affera. Legimus enim apud cum, De rep. lib. 4. *ἄρδε γέρα κρυψόν μυστήν μεταβάλλειν εὐλαβεῖσθαι*. Quod tam illi Aeschyleo simile est, vt oum ouo similius esse non possit. Sed quid ego à nostro poēta ad inuenienda huiusmodi loquendi genera discedo? Ecce enim, Ode 16.libr.2. legimus, *quid terras alio calentes sole mutamus?* Siquidē nūmo mutare dici possit terras in quas nondum pedem intulit. Hic igitur *mutamus terras*, ita resoluamus necesse est, Relictis terris quas incoluimus, imus ad eas quā alio sole calent. Vel, Relinquimus terras nostras, & petimus alias, &c. Sic *Diffingas ferrum*, id est, *Distringens ferrum*, ex eo refingas aliud. Scio tamen & magis similia possē exempla inueniri: sed interim letōtem his contentum fore spero.

Verū vt de aliis locis dicere perm̄, quōrum sensus ab vnius vocis significacione non itidem pendet, sed aliū de dubius efficitur. Lambinī & aliorū expositionem minimē sequor in hoc insigni & vītē auro Horatii dicto, *Quāto quisque sibi plura negaverit, & diu plura feret*. Ita enim ille, Quāto quisque paucioribus desiderabit, tanto facilis cupiditatē suam explebit. Atqui nihil nisi vulgare diceret hīc Horatius, nihil quidē non satis omnibus, vel co tacente, notum esse possit. Hunc igitur potius sensum eseputo, Quāto plura quispiam cupiditatē suā denegauerit (id est, quanto paucioribus contenitūs esse voluerit, suā cupiditatē morem non gerens, vel cupiditatē suā refranans) tanto maiorem deorum in se liberalitatem experietur, & tanto ditor ab illis reddetur. Quomodo autem ditor? Quia is demum est diues qui contentus iis que habet vīvit, nihilque sibi deesse credit: ita vt plura non cupiat. Illis enim quā non cupit, carere sibi non videtur, aut certē carere se

non sentit; ideoque dum cupiditati sua dominatur, simul etiam dominum in rem contemnam exercet. Ideoque paucis interiectis, subiungit,

*Contemptus dominus splendidior rei,
Quam si quicquid arat non piger Appulus,
Occultare meū dicer horreū,
Magnas inter opes mops.*

Denique pro eo quod dixerat,

Quanto quisque sibi plura negaverit,

A diu pluraferet,

dicit aliquanto post,

Contractio melius parua cupidine

Vestigia porrigam,

Quam si Mygdonus regnum Halysattici

Campis continuam.

Neque aliud his in locis dicit quam quod dixerat in isto Odes 2. libri 2.

Latius reges audium domando

Spiritus, quam si Libyam remotis

Gadibus iungas, & uterque Penus

Serviat vni,

Quid si verò & quum auream mediocritatem dixit, eodem respexisse, & tanquam verè diutinem sic appellasse existimādū sit? Hoc certè crederem, nisi vererer ne nimium subtilis hæc expostio iudicaretur: præstern quum ea quæ recepta est non aliena esse videatur. Optime autem cum illis duobus locis conuenit istud Publianum dictum, *Effugere cupiditatem, regnum est vincere.* Et cū illis verbis, *Magnas inter opes mops,* hæc eiusdem scriptoris belle congruunt, *Instruenda inopia est, in diutius cupiditas.*

Quoniam autem idem enarrator in explicazione huius loci facit etiam istius mentionem,

Sed quod non desit habentem

Quae poterant inquam fatis expurgare cuncte,

Ni melius dormire putem, quam scribere versus? atque vt de horum verborum expositione, *quod non desit* (quæ eodem quod superiora pertinent) à ceteris dissentit, ita & ego ab eo dissentio: de illis quoque differendum fuerit. Proligo igitur sermonem illa explicat, cuius hæc summa est, eum dici habere quod non desit, qui scit uti iis quæ habet, quū opus est, & quū res postulat. Refert enim ad id quod vulgo de auariss dicitur, illis tam id quod habent deesse quam quod non habent: quoniam iis quæ habent non audent uti. Sed assert & aliam explicationem: vt id dicatur habere quod non desit, qui sumptus moderatos faciat, & fructibus aut vestigialibus suis aquales. At ego non puto deesse hæc accipi vt quini dicimus, Hoc deest mihi, id est, Careo hac re (quæ tamen significacionem illi dat prior expostio) neque etiam expono *quod non desit*, quod respondeat sumptibus quos facio, cōque æquet: sed potius ad ipsum Horatij animum refero: qui ideo habebat quod non decesset, qui eo contentus erat, nec plus habere cupiebat. Q.d. Habentem, quod expletat cupiditatem meam, vel po-

tius votum meum, aut vota mea. sicut ipse dicit initio Satyræ sextæ libri 2. *Hoc erat in votis, modus agri non ita magnus, Horius ubi, &c.* Si quis tamen ad animum referre nolit, ego non valde repugnabo, sed simplicius exponendum dicam, quā de redditibus qui sumptus æquent: quum Horatium, præter illa quæ ex redditibus habeat, alia subinde à Mæcenate accipere solitum verisimile sit. Interim certè fatendum est, rarum esse huīus significationis verbi deesse exemplum. Est enim quod Graci dicunt *cōdēs èva.*

Liber eadem opera & alium locum, qui ad argumentum idem pertinet, examinare. Is est Sat. 1. lib. 1.

*Illuc unde abij, redéo: nemón' vt auariss
Se probet, ac potius laudet diuersa sequentes?*

Quodque aliena capella gerat dissentia vber,

Tabeſcat neque semaior pauperiorum

Siquidem in huius loci expositione planè à Labinio dissentio. Ita enim ille exponit, Itane fieri oportet vt nemo auarus se satis vñquā beatum putet, sed alienum vitæ institutum pluris faciat quam suum? At ego planè contrarium ab Horatio significari dico: qui queratur non accidere auarū idem quod alii, vt suum vita institutum cum alieno comparet, & laudet diuersa sequentes, sicut alij faciūt. Dixerat enim hic poeta initio Satyræ,

*Quā fit, Mæcenas, vt nemo, quam sibi fortis
Sen ratio dederit, seu Fors obsecrit, illa*

Contentus viuā laudet diuersa sequentes?

(vbi ante laudet subaudiēda est particula sed: hoc modo, Nemo viuat contentus illa, sed laudet) & exemplis aliquot ostéderat quomodo alij aliorum diuersa studia laudare soleant: nunc igitur dicens se eo redire vnde abit, illis ipsis verbis vtitur, *nemón' vt auariss se probet, Ac potius laudet diuersa sequentes?* Id est, Vt nemo se probet, ac nemo laudet potius eos qui diuersum vita institutum sequuntur? Q.d. Itane verò semper fiet, vt nullus auarus in se descendat, & suam ipsius vitam examinet, atq; vt, idem faciens quod ceteri homines, & suam vitam cum aliorum vita emparás, eos laudet qui aliud vitæ institutum seu aliam vitæ rationem sequuntur? Ex quibus quibus intelligimus, cum queri quid ceteri quidem id faciant, atqui sunt auari, sibi in suo vita instituto placant, suo vita generi acquiescant, eo delectentur, in eo libenter firmi manent. Atqui, non ad eos homines qui itidem bonis abundant respicere (a quibus si vel minimo commodo superari se videant, angutur) sed potius cum maiori pauperiorum numero comparare se deberent, qui tamen suis contenti vivunt: & quanto laudabilius sit vita genus quod hi sequuntur considerare. Verum quum dicit, *laudet diuersa sequentes*, generalius loquitur: potesta pauperiorum mentionem facit, vt illi opes suas cum horum opibus conferentes, & multis partibus

partibus diiores se illis esse videntes, miserum illud lucri studiū deponat. Huc verū esse huius loci sensum arbitror: in quo si nō fallor, multū certè Labinus fallitur, qui (vt dixi) putat Horatiū dicere de auaro, quod cōtrā omnino negat, nimur diuersa sequentes ab eo laudari. Ex eo autem in errore incidit, quod non animaduerit repetendum esse *nemone*, etiam eum verbo *laudet*, sed putauit probare se & laudare diuersa sequentes, separari, qua contrā coniunguntur (quum auarus, vbi suum vita genus probauerit & examinaveit, tum demum diuersa sequentes laudatur) sit & particulam ac pro aduersatua Sed accepit: perinde acsi dictum esset, Non se prober, sed potius laudet, &c. Deinde verbum *probare* non accepit in ea significacione in qua à me accipitur, sed in ea qua illi opponitur improbare. Scio alioqui & in Commentariis qui post illos Lambini scripti fuerūt, expositionem quæ cum illius non cum mea conueniat extare. Sed eorum etiam autor fortasse (quem indicio valere nonnulli alij testantur loci) vbi meam diligenter considerauerit, non repudiādam existimabit. Verum is aliam in huius libri initio lectionem sequitur, quam tamen ex unico exemplari afferit, *qui nemo vt auariss, se probet, vt ita resolvantur verba, Qui fit vt nemo alias ita se probet vt auariss?* Sed valde mihi durum videtur, *Qui fit pro Qui fit vt.* Alioqui meam expositionem nihil minus hæc lectio, quam altera, admittit.

Pergam autem (priusquam ab hoc loco discedam) patilo vñperius, & ad illū versum veniam, *sic festinanti semper locipletior obflat:* vt de obflat, quod suspectum habeo, aliquid dicam. Versum hunc cum precedentibus cohærere arbitror, & verbum quod h̄c ponitur, à particula vt pendere, sicut & superiora: quo fit vt in obflat mutandum esse credam. Dicit enim, *nemón' vt auariss se probet, ac potius laudet diuersa sequentes?* Cum quibus conueniunt hæc quæ sequuntur, tabescat, compare, labore. Aptè inquam & obflat scripturos esse nos dico, quo pertinente codem sententia claudatur. Sic verò in quadam loco qui hunc versibus aliquot interiectis præcedit (libet enim eadem opera de hoc quoque lectorem monere) quidam versus distinguuntur, qui fortasse superioribus iungi debent: id est, proximè præcedens sententia clausula esse: sed mutando at in aut. Ita enim legitur in omnibus editionibus versus illi de quibus nunc à me agitur.

*Mirari, quā tu argento posse omnia ponas,
Si nemo praestet quem non merearis amorem?*

At si cognatus, nullo natura labore

Quos tibi dat, retinere vell, seruareque amicos,

Infelix operam perdas, &c.

quintam tamen hæc etiam reperi verbum mirari (vt dicat, mirari si perdas, sicut dixit, mirari si nemo praestet) ideoque Horatium *Aut si cognatus scripsiſſe existimem.* Neque tamen vel de hoc loco

vel de illo acris cum quoquā contendere velim.

Quidam etiam sunt loci, in quibus quum varijs afferri posse rationes dicti Horatiani videantur, ea quam præcipuam esse & primam debuisse in mentem venire aio, omisla fuit. Nonnunquam verò quum à vetustis enarratoribus aut ab altero eorum annotata esset, à recentibus, aliquid noui afferre malentibus, contempta immerito fuit. Atque hoc quum dico, cujusdam loci qui extat Ode 14.lib. 4. recordor: huīus videlicet,

*Te non paenitentia funera Gallia,
Duraque tellus audit Iberia.*

Quum enim non paenitentia funera vocaret Galliam, quadam epitheti forma hoc ei adiungens, ad historiam aliquam vel consuetudinem valde inter scriptores celebrem respexit, arbitror: ideoque vix de iis que ex Aristotele afferuntur, cogitasse illum patem: Celtae neque terræ motus neque fluctus extimescere, ac ne quidem quæ ex Aeliano adduntur, occasionem illi præbuīsse Galliam hoc epitheto ornandi credidērim: neque alia etiam que huc quidem pertinent, sed cum aliis nationibus communia habere dici queant. Quin potius cum recordatum tunc sūlisse dixerim eius rei quam & Cæsar & ita se probet vt auariss? Sed valde mihi durum videtur, *Qui fit vt pro Qui fit vt.* Alioqui meam expositionem nihil minus hæc lectio, quam altera, admittit.

Pergam autem (priusquam ab hoc loco discedam) patilo vñperius, & ad illū versum veniam, *sic festinanti semper locipletior obflat:* vt de obflat, quod suspectum habeo, aliquid dicam. Versum hunc cum precedentibus cohærere arbitror, & verbum quod h̄c ponitur, à particula vt pendere, sicut & superiora: quo fit vt in obflat mutandum esse credam. Dicit enim, *nemón' vt auariss se probet, ac potius laudet diuersa sequentes?* Cum quibus conueniunt hæc quæ sequuntur, tabescat, compare, labore. Aptè inquam & obflat scripturos esse nos dico, quo pertinente codem sententia claudatur. Sic verò in quadam loco qui hunc versibus aliquot interiectis præcedit (libet enim eadem opera de hoc quoque lectorem monere) quidam versus distinguuntur, qui fortasse superioribus iungi debent: id est, proximè præcedens sententia clausula esse: sed mutando at in aut. Ita enim legitur in omnibus editionibus versus illi de quibus nunc à me agitur.

Mirari, quā tu argento posse omnia ponas,

Si nemo praestet quem non merearis amorem?

At si cognatus, nullo natura labore

Quos tibi dat, retinere vell, seruareque amicos,

Infelix operam perdas, &c.

quintam tamen hæc etiam reperi verbum mirari (vt dicat, mirari si perdas, sicut dixit, mirari si nemo praestet) ideoque Horatium *Aut si cognatus scripsiſſe existimem.* Neque tamen vel de hoc loco

vel de illo acris cum quoquā contendere velim.

Quidam etiam sunt loci, in quibus quum varijs afferri posse rationes dicti Horatiani videantur, ea quam præcipuam esse & primam debuisse in mentem venire aio, omisla fuit. Nonnunquam verò quum à vetustis enarratoribus aut ab altero eorum annotata esset, à recentibus, aliquid noui afferre malentibus, contempta immerito fuit. Atque hoc quum dico, cujusdam loci qui extat Ode 14.lib. 4. recordor: huīus videlicet,

Te non paenitentia funera Gallia,

Duraque tellus audit Iberia.

H E N R I C I S T E P H A N I

debuisse dico potius quam ea quæ allata esse videamus: aut certe ei ratione quam affert Porphyrio acquisendum fuisse. Scribit enim ille, Nō pauentes autem Gallos funera ait, quia vel fecroia, vel vana persuasione rursus renascendi, mortem non timebant. de quibus Lucanus ait,

animæ capaces Mortis: & ignavum est redditus parere vita. Verum si enarrator ille locum Lucani altius repetuisset, maiorem posteris fortasse acquisendi huic rationi, ac minimè alii querendi, occasionem præbuerit. Ita enim ille libro 1,

*vobis autoribus umbra
Non tacitas Erbis edes, Ditisque profundi
Pallida regna petunt, regit idem spiritus artus
Orbe alio: longe canitis si cognita vita
Mors media sit, certe populi quos despicit arctos,
Felices errore suo: quos ille simorum
Maximus, haud uget lesbi metus, inde quendi
In ferrum mens prompta viris, animæ que capaces
Mortis: & ignavum est redditus parere vita.
Vel hic certe locus facere debet ut attētius quæ veteres enarratores scribūt, considerentur. Nūc enim quum ad locum Lucani venitur, ad quem Porphyrio remittit, dum pauca tātum eius verba profert, inueniuntur quæ cuius satisfacere multo magis possint, quam illud etiam quod de solduris narrauit. tantum abest ut quæ Lambinus in hunc locum annotauit, ne mentione quidem illa Porphyrii expositionem dignatus, satisfacere (propter illam quam attulit rationem) queant.*

In nonnullis autem locis proponuntur quæcūm omnes fortasse quas illi admittere possint expositiones, sed iudicium in ea quæ apriſima est eligenda desiderari videatur. Quod vereor ne initio huius libri contigerit, circa initium vide licet Odes primæ, libri primi: ubi scribit poeta,

*Fuac si mobilium turba Quirinum
Certat ter gemini tollere honoribus.*

